


EX BIBLIOTHECA
JOSEPHI GARAMPI

Dominici Baglij Cesenas

[illegible] Laurentij [illegible]

[illegible]ized by [illegible]

CATELLIANI COTTAE

MEDIOLANENSIS
IVRECONSVLTI
Memoralia.

Ex uariis utriusque Iuris Doctoribus collecta.

Opus Multiplici eruditione refertum, ac postremo ab ipso auctore & recognitum & auctum.





VENETIIS,
Ex Officina Ioan. Baptistæ Somaschi Papien.
M D LXXII.

CLARISSIMO AC
GENEROSISSIMO
HEROI,
D. LEONARDO BOECCIO
A BOCKENSTAIN,

S. Cæsareæ Maiesta. Consiliario singulari studiosorum Mecœnati, Ioannes Pyrrus.
S.



AGNAM ego semper gratiam mereri eos existimaui, Clariss. uir, qui pro uirili quidem parte sua, quicquid quacunque ratione possent, ad prouehenda hominum studia diligenter ac bona fide conferrent: quorundamque nimis iniquam de aliorum laboribus censuram ita semper abhorrui, ut quemadmodum poeta ait, cane peius & angue oderim. qui cum uel ipsi nihil aut inuenire operæprecij, aut proferre in lucem posint, aliorum duntaxat siue inuentis, siue lucubrationibus perpetuò insidiantur: uel cum inuenerunt etiam aliquid, ac publico hominum usui proposuerunt, nihil præter suum illud admirari, nihil commendare, nihil quod manibus hominum teri frequen-

tius debeat æstimare dignum apud se, execranda qua præditi sunt philautia solent. Atque ut nulla non ætas habuit id genus aliquot omnibus & blattis & fucis uirulentiori morsu grassantes Zoilos: ita hæc nostra (quæ an fælici ingeniorum alioqui & artium prouentu ulli unquam priorum seculo inferior debeat censeri, meritò ambigi possit) eiuscemodi pestibus nusquam nõ scatet. Quanto uerò prisci illi rerum atque artium seu inuentores, seu illustratores, æquiora de se suorum temporum iudicia experti sunt? Quorum hi quidem nominis immortalitatem, illi uerò diuinos etiam honores non tantum à suis, sed & eorum posteris sunt consecuti. Vnde enim omnium ferè literis celebrati, Athlas, Orpheus, Chiron, Triptolemus, Hercules, Gyges, Danaus (ut innumeros alios prætercam) æternam essent memoriam sortiti, nisi æquior industriæ aliorum æstimatrix, neque ita liuori obnoxia Antiquitas, astrologiæ, musicæ, medicinæ, agriculturæ, athleticæ, picturæ, nauticæ, inuentis per hos atque excultis artibus, eam deberi gratiam iudicasset? Quinetiam rebus multo adhuc minutioribus eandem libenter detulerunt ueteres, quarum aliquis saltem quamlibet leuis hominibus esse usus posset: quale est quod Pyroden, ob excussum primò ignem è silice: obque eundem in ferula seruatum, Prometheum celebrant: atque ita plures alios, ob quædam etiam minoris momenti alia. Sed &

deorum

deorum cœtui adſcribendos quoſdam exiſtimarũt, cùm diuino aliquo munere affeciſſe genus humanum uiderentur: cuiuſmodi eſt, quod uentorum obſeruationem Aeolo, maris uſum Neptuno, frumenti uiniq; Libero patri ac Cereri, literarum atque optimarum quarumque artium Mercurio, Muſis, Palladi acceptum ferunt, atque ob eadem illa ſibi iſtos pro dijs colendos arbitrati ſunt. Quin idipſum uel maximè ac propriè Deum eſſe homini, iuuare hominem, quidam prodere etiam ſcriptis non dubitarunt. Hæc igitur ſi diligenter expendamus, noſtrorumq; temporum cum priſcis illis facere collationem uelimus, meritò quidem certè mirari queamus: cur quæ res olim tanto ſtudio obſeruata atq; exhibita induſtriæ, tam multarum ſubinde artium in lucem producendarum cauſa fuit uel ſola, adeò ut prouerbij etiam loco iactatum ſit, Honos alit artes: eadem illa neglecta, ac tantum non proculcata hodie, non deeſſe tamen, qui identidem omnium in diſciplinarum atque artium genere proferre aliquid in medium ſtudeant, quo uel collapſis atq; diuulſis hactenus quorundã deſidia quãplurimis, aut ſitu alioqui obductis ueterum monumentis. partim illuſtrãdis, ſuoq; nitori priſtino reſtituẽdis, partim eo quo æquũ eſt ordine rurſus tradẽdis: uel ꝓpria ingenij ſolertia inueniendis nouis, non ſuæ tm̃ ætatis hominib. ſed & poſteris cõmendare operã ſuam atque induſtriam uoluiſſe uideantur. Quæcunq; igitur

 indefeßi

indefeßi illius multorum studij causa est (nam plurius eam inquirere, alio nobis loco, ut spero, cõmodius licebit) magnam deberi omnibus gratiam semper existimaui, quicunque ita uitæ suæ rationem instituerint, ut non tam sibi se, quàm alijs natos esse declarent: eoq; nulli neque operæ, neq; oleo parcendum putant, dum aliqua saltem pro parte, aliorum uouisse studia, iuuare testentur. Si enim (ut uerè alicubi canit Horatius) Nil sine magno Vita labore dedit mortalibus: cur non tãtum cuique & laudis & gratiæ deberi libenter atque ingenuè fateamur, quantum succurrisse labori isti sua quisque industria uideri potest? Atque ut id in cæteris artibus & disciplinis, quæcunque ad sustinendam hominum uitam, ornandamq; pertinent, multum habere mom ẽti debet, ita in ea (ad quam hoc loco potißimum respicimus) quæ omnibus omnium gentium actionibus atque consilijs moderandis uel præcipuè uacat, Iurisprudentia, tanto par est pluris fieri quanto in hac omnis iusti, iniusti, æqui ac iniqui regula nihil ut aberretur, plus quàm ullis alijs in rebus, omnium hominum interest. Atq; hinc tot extant diuersorum hac in arte excellentium uirorum scripta, quos eum omnes sibi quem suprà diximus, præfixum habuisse scopum, ad eam omnes metam contendisse, ut aliorum usui uixisse se, non sibi testarentur, qui benigne existimant, multò facere honestius uidentur, quàm qui abijcien

dos

dos statim omnes, neque potius quod quisque boni contulit, grato acceptandum animo censent. Multum igitur Cattelliani Cottæ, doctissimi uiri instituo ac uigilijs debere se quoque legum studiosi omnes libenter agnoscent, qui ex immenso illo Doctorum utriusque iuris pelago, omnibus quæcunque memoratu præcipuè digna arbitratus esset, in certa quædam ueluti capita ac locos digestis, ingenti cùm labore tum molestia cunctos illis ipsius lucubrationib.usuros leuarit: Memoralia ob id nimirum appellitans, q; memoriæ, omnis lectionis thesauro, quæ tanta alioqui rerum uarietate posset obrui, ita consulendo duceret: idque clarissimi Iurecõsulti Baldi Perusini exempto, quem etiam ipsum hoc modo constat ex singularibus Antiquorum dictis Peculium composuisse, quemadmodum ipsemet Cotta suis istis Memoralibus semel atque iterum testatur. Itaque hunc librum suum quum ante annos aliquot, ueluti immaturum adhuc fœtum, edere plagiariorum quorundam insidijs fuisset compulsus, subindeque posterior lectio aliquid suppeditaret, quo & melius dici non pauca, addi uerò quamplurima uiderentur posse: neque deessent ex dictis aliquot, qui ad re cogniti iam ultraque dimidium aucti à se Operis editionem illam denuò exhortarentur: accidit ut & ego unà cum alijs idipsum sedulò inquirens, Do. Andreæ Calui ciuis Mediolanensis opera illud ab ipso D. Catelliano typis meis excudendum

impetrarim. Quia tamen librum ille ἀκέφαλον miserat, hoc est, præfatione à seipso facta carentem, differre potius aliquã diu editionem libuit, quàm uel absque præfatione illum emittere, atque ita surrepti fortè inuitoq; autore euulgati ipsius suspicionem apud aliquos incurrere: uel attexere nostrarum nugarum aliquid. Cùm igitur etiam adhortatus illum per literas aliquoties essèm, ut si quid addi procemij loco uellet, tandem aliquando ad nos mitteret: id uerò frustrà me expectare, Caluus ipse non semel literis ad me suis testaretur, quippè qui eum ut maturari editionem uelle, ita qualicunque etiam præfatione commendare, & quasi uino alioqui satis uendibili futuro suspendere hederam nolle diceret: parum abfuit (liceat enim ingenuè fateri quod res est) quin omnem edendi Operis huius curam etiam ipse deponerem: nisi ante menses aliquot hàc fortè iter faciens Clariss. uir D. Ioannes de Ingo Syracusanus, Cæs. Maiest. Consiliarius, denuò nobis addidisset calcaria, meq; non differendæ longius editionis promisso etiam obstrinxisset, suo quodã intimæ cum Catelliano necessitudinis iure id se à me exposcere, atque adeò ipse uti suo nomine præfarer aliquid hortari affirmans. Non potui ergo institutum differre longius. & quia necessitatem nobis exponendi consilij nostri non leuem incumbere uidebam, circumspiciendum mihi, quærendumq; patronum aliquem dux i, cuius auspicio

ac numine & commendatior in studiosorum manus prodire hic liber, & à calumniatorum morsu, quicquid studij atque operæ in eius editionem collatum a nobis est, defendi melius posset. Ibi tu, genorisissime Heros, inter alios primus occurristi nobis, quem & qua esse humanitate rara quadam præditus diceris, & qua polles apud optimos atque doctissimos quosque autoritate, utrumque id omnium optime præstiturum sperarem. Suscipe igitur, Clariss. uir, benigno & uultu & animo librum hunc, multiiuga eruditione atque prudentia refertum uelut diuersorum Iuris utriusque prudentum Copiæ cornu quoddam: nosque, in te nobis tanquam tutellari numine præ multis alijs diligendo, non fecisse uel temere, uel impudenter, testari, ubicunque res tulerit, quæso ne graueris. Certè quod ad nos attinet, ac ampliora aliquando in tuo nomine studiosis bonarum artium communicanda, animum nobis addes, ubi hanc obseruantiæ erga te nostræ declarationem qualemcunque, tibi non fuisse, ingratam intellexerimus. Bene uale, humanissime uir: & historiam illam Grecam de reb. Turcicis, quam nuper fidei nostræ, ut latinitate eam donari curaremus, committere dignatus es, mox ad te redituram etiam cum fœnore, persuasissimum habe. Certè rem te maximè dignam, & studiosis omnibus gratissimã præstabis, ubi illam prima quaque occasione

edi in

edi in lucem, ac tanti thesauri usumfructum quamplurimis facere communem curaueris. Iterum atque iterum Vale, Basileæ, Calend. Martij. 1545.

LOCA, QVAE OBITER PER COTTAM.

In his Memoralibus restituta sunt ex antiquis codicibus & auctoribus.



RESTITVTAE tres dictiones ex Pandectis Florentinis, in epistola Iustiniani, & in dict. Ciuem.

Locus apud eundem castigatus in praefatione digestorum. §. nos uerò, adi dict. Dypondium.

Accursi error in praefatione Digestorum, in uerb. Permutantes. adi dict. Caesaris.

IN I. DIGESTORVM LIB.

Quare Digestorum libros his literis. ff. demonstremus. adi dict. Pandectas.

Corrigitur codex Pomp. in l. 2. de orig. iur: qui in multis locis deprauatus reperitur, uide post trac. de Iurisperitis.

An diffinitio legis tradita per Iureconsul. in l. 1. & 2. ff. de legib. sit bona. adi dict. Lex.

Restiturus Pomp. locus. in l. 3. eod. tit. ut in dict. Lex ad finem.

Martiani locus in l. in tantum. §. ult. de rerum diuis. adi dict. Cenotaphium. ubi glossatoris Florétini opinio etiam damnatur.

Castigatus Iureconsult. codex in l. sanctum est. eodem

titu.

IN II. LIB. PANDECT.

IN III. LIB. DIGESTORVM.

IN IIII. LIB. DIGEST.

IN V. LIB.

IN VII. LIB.

IN VIII. LIB.

IN XIIII. LIB.

IN XV. LIB.

IN XVI. LIB.

Castiga-

IN XVII. LIB.

IN XVIII. LIB.

IN XIX. LIB.

etiam

IN XX. LIB.

IN XXI. LIB.

IN XXIII. LIB.

IN XXXIII. LIB.

IN XXXIIII. LIB.

Ve-

IN XXXV. LIB.

IN XXXVI. LIB.

IN XXXVII. LIB.

IN XXXVIII. LIB.

IN XXXIX. LIB.

IN XL. LIB.

IN XLI. LIB.

IN

IN XLIII. LIB.

IN XLV. LIB.

N XLVII. LIB.

IN XLVIII. LIB.

IN L. LIB. ET VLT.

Vlp.

HACTENVS QVAE IN PANdectarum libris nunc quæ in Iustiniani principis Codice restituta,& declarata sunt.

IN cõstitutionibus Imperatorũ,de quibus in Iustiniani codice, quid significent in inscriptione duo AA.& duo CC. uel simplex.A.& C. uidebis in dictione Pandectas.

N I. L I B. C.

IN III. LIB. C.

IN IIII. LIB. C.

IN VI. LIB. C.

IN VII. LIB. C.

causa

IN VIII. LIB. C.

IN IX. LIB. C.

IN XII. LIB.

IN XII. LIB. SEV. VLT. C. LIB.

HAEC SVNT QVAE IN IVSTINIANI *Institutionibus restituta inuenies*.

Iusti

SVPER AVTHENTICIS.
Iustiniani institutionibus.

IN IVRE PONTIFICIO.

FINIT INDEX EORVM QVAE
ex antiquis Codicibus & receptis
autoribus restituta sunt.

Echo aliquid mihi loquere, si placet. Placet.
Ego quis id operis fecerit nescio. Scio.
Dic ergo, num Catelliani opus est? Opus est.
Humanitatis studia igitur sapit? Sapit.
Iurisperitus nonne etiam est bonus? Bonus.
Id esse, dicas, quomodo potest? Potest.
Num neminem scire hæc duo referunt. Ferunt.
Papinianus alter an hic est? Hic est.
Hæc uera cum sint, credo nunc: uale. Vale.

COTTAE PRAECEPTOR
ad lectorem.

Irasci faciles Cottas. uultuque seueros
Fama refert: domui nomen & inde datum.
Si tamen in dubijs sententia libera cuique est,
Longè aliam causam nominis esse reor.
Quod ceu cote subacti mentis acumine præstent:
Vna sit ut mediæ litera iuncta notæ.
Ni facerent antiqua fidem: dant pignora ueri
Certa: Catelliani pectora docta mei.

QVINTIANI STOAE
Phal. quo liber Lectores alloquitur.

Legum claßice, candidate legum,
Huc huc fer rapidos pedes: citatum

Non

Non sum, sed reuoco pedes, uolumen.
Salne stas? meritum meum indicabo.
Cornu sum bona copia, & facultas.
Non cornu Iouis enitens capella,
Nec quod clauiger Hercules refregit.
Quamuis illud odoribus repletum.
Sed sum pulchrius, eminentiusque.
Quum me multi iugus Catellianus
Miro ex ordine floribus replerit,
Dissoluens iuga, luminans opaca,
Promens abdita, falsa corrigendo,
Legum restituensque dictiones,
Atque ænigmata tortuosa soluens,
Dircæus uelut Oedipus. Labores
Ergo hos fac teneas Catelliani,
Si legum cupis Annotationes,
Legum classice, candidate legum.


CATELLIANI

COTTÆ MEDIOLANENSIS MEMORALIA EX Varijs Doctorum Lectionib.



LITERA iuncta cum uerbo Sum, es, est, causam efficientem demonstrat, puta, Filius est à patre ita eleganter Bal. in lege 3. C. de act. empti. Quandoque etiam separationem indicat, ut retuli infrà in uer. Anni, & ideo si prędium uendatur à tali arbore ad talem, si talis arbor non est pars fundi uenditi, non includitur, alias sic Bal. in lege ultima. ff. de senat. Et si testis dicat Titium possedisse à decem annis, citra non concludit, quia potuit uno anno tantum possedisse. Bar. in l. Celsus, columna ultima, ff. de usucap. & passim habetur.

Abbates etiam si sunt parum literari, possunt tamen promoueri, quia in eis magis attenditur uita, quàm scientia, ita sing. Bal. in rub. C. de Summa Trin. & fid. cat. & in l. athletæ. §. de rusticis. in fin. ff. de excusa. tu. Pro cuius dicto est text. in cap. ex multa. in 1. responso, extra de uoto. ubi dicitur, quod religiosi plures sunt idiotæ, & iuris ignari. Nihilominus diligenter animaduertendum est inter sanguinem & sanguinem, lepram, & lepram, causem & causam, ut dixit tex. Deuteronomii transumptiue relatus in cap. per uenerabilem. §. rationibus igitur, extra qui filii sint legit. Nam aliter sciẽtia desideratur in clericis, & aliter in episcopis, ut apparet in cap. cum in cunctis, extra de elect. Vnde in hac quæstione Inno. sing. in c. 1. de Sum. Tri. & fi. ca. dicebat *Religiosi plures idiotæ.*



Clericorũ sciã qualis.

prælatos ecclesiæ, qui habent curam animarum, debere scire articulos fidei explicite, & distincte, qui continentur in symbolo, scilicet, Credo in unum Deum. & Quicunque uult saluus esse, cap. 1. & 2. & cap. seq. 38. distin. Sed episcopi debent etiam plus scire, quia de his articulis debent rationem scire reddere interrogantibus, cap. qui ecclesiasticis, uer. ecce 36. distinct. & cap. omnes. 38. distinct. non tamen, ut incontinenti de omnibus respondere debeant, sed præhabita deliberatione, & etiam si oportuerit cum consilio aliorum. Subdit etiam Innocent. se non negare quin minus literati possint promoueri in minoribus beneficiis, immo culpandi non sunt clerici inferiores, qui sunt ita pauperes, ut necesse eis sit uictum quærere propriis manibus, si tantum sciunt quantum simplex laicus, uel aliquantulum plus, circa altaris sacramenta, circa quæ quotidie uersantur plusquam laici. Et ista sing. dicta Innoc. reassumit, & multum commendat Bald. in d. rubr. de Sum. Trin. & pro sing. & peregrinis late prosequitur Andr. Sic in tract. de præst. Card. in 10. q. primæ partis, in 2. & 3. col. & de doctrina episcopi scribit etiam Firmianus in suo tract de episcopo, in prima parte secundi libri, in 47. quæst. Et ideo dicebat glos. sing. in l. societas contrahitur, in glos. 2. per illum tex. ff. pro socio. quod ad canonicatus ita debent promoueri literati, sicut nobiles, quã ad hoc pro ualde singulari commendat Andr. Siculus in consilio 57. Præclare scribitur apud Iob in 8. colum. 1. uersic præterea pondero. in 2. lib. Et propterea iure optimo dicebat Io. Monaci in cap. cum ex eo, de elect. libro sexto, quod ecclesia deberet abundare uiris literatis, & non asinis ferratis. Hinc etiam dixit Innoc. in c. cum iam dudum, ad finem, de præbendis, quod uiri literati sunt extollendi pluritatem beneficiorum, quia hoc est utile uniuersali ecclesiæ, & reassumit D. Felin. in capitulo nonnulli, in princ. in 25. columna in 7. fall. de rescrip. adducens tex. in capitulo ultimo de magistra. ubi tales uiri uocãtur stellæ, & splendor ecclesiæ.

Paupertas excusat clericos.

Literatura in beneficiis p̃ dest.

Et

Et hæc ociose libuit in frontispicio libelli nostri adnotare, ut huius sæculi clerici, & alii ecclesiarum rectores diligenter excutiant, an eis liceat in utrãque aurem totam noctem dormire. Cum tex. in capit.2.36. dist. disponat illiteratos, sicut aliqua parte corporis uitiatos, ab ecclesia remoueri debere. Vlterius etiam sciendum est, adeò fauorabilem esse causam studii personis ecclesiasticis, quod ualet donatio facta religioso etiam ordinis minorum, de annuo reditu in subsidium sui studii, etiam si eam procurasset, & acquiritur sibi solus usus. Ita latissimè, & singulariter cum ex facto incidisset, consuluit Do. Abb. Panormita. in consilio 63. quædam domina B. donationem fecit in secundo libro post Federic. de Senis consilio 12. fratres prædicatores sunt, quorum decisionem commendauit Dominus Felin. in cap. cum dilecta. in 27. colu. in 6. fall. ad finem extrà de rescriptis. Et hæc Abb. decisio in laico facilius procedere posset, ponendo exemplum in casu, super quo consuluit Corneus consil. 2. uisa petitione, in primo libro. quamuis ipse quibusdam generalibus argumentis contentus, putauerit scholari suo satisfactum. Et ideo dicebat sing Spec. in tit. de iudiciis. §. specialia uersi. quid si fideiu. quod iusta est causa instandi ut liberetur fideiussor, & eximatur ab obligatione, si uult ire ad studium, quod dictum sequitur, & pro sing. commendat Ludo. Rom. singu. 100. inci. quæro à te. & D. Fel. in cap. consultationibus in 2. not. extrà de off. de leg. quod est notatu dignum de fideiussore exonerãdo. Præterea Isocrates rector eloquentissimus, super audiendi studio monet Dæmonicum græcè quidem, sed ĩ hanc sententiam. Existima auditiones multas, multis pecuniis esse meliores, hæ nãque, celeriter deficiunt, illæ uero toto tempore permanent. Sapientia enim sola possessionum immortalis. Proinde Cato etiam apud Plutarchum ingenuè fatetur se semper ægrè laturum, si fortè aliquos dies per incuriam sine studio prætermisisset.

Clerici illiterati, stellæ ecclesiæ

Illiterati ab ecclesia remouendi.

Audiẽdi utilitas.

Sapĩa immortalis.

Abrasio quamuis uitiet instrumentum, tamen potest testibus iuuari, & sufficeret hoc casu unus bonus testis. ita sing. dicebat Bal. in l. si ueritas. in 1. colum. C. de fideicom. Et licet contrarium prima facie uideatur uelle idem Bal. in l. 1. in 2. not. C. ut in poss. lega. post Iacob. Butr. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. & propterea Ias. in l. ult. in 6. colum. uer. 6. notabiliter. C. de edi. Adr. tol. putaret Bal. in d. l. si ueritas. in 1. colum. malè dixisse: nihilominus hæc dicta possunt optimè ad concordiam reduci ex his quæ scripsi infrà in dict. Instrumentum rasum.

Timor iustus qs. *Absentes* licet non sint necessario uocãdi in alienatione rerum ecclesiast. quæ sunt tolerabilis præiudicii, sed satis sit citare præsentes in illo territorio, iuxta au té. hoc ius porrectum. C. de sacr. eccl. & c. præsentium, ubi glo. sing. & communiter approbata in uerb. Ipsorũ, de test. lib. 6. tamen hoc fallit in alienatione magnarũ rerum, quia æquiparantur causæ status l. propter litem in prin. ff de excus. tut. ita sing. declarat Bal. in c. cũ omnes. in 3. col. uers. dicunt Doctores, extrà de const. Et ꝓ sing. decisione citat D. Ias. in l. placet, ĩ 1. not. C. de sac. eccle. in lectura Ticinen. licet in utraque lectura referat aliquos contradicere. Et ideo sin. dicebat Cy. in l. inter positas C. de transf. ꝙ amisso magnæ rei est iusta causa timendi. Quod dictum pro sing. reassumit Andr. Sic. in consi. 1. ex sacris. col. 42. uer. modo in casu lib. 1.

Deus ubique præsens. *Absenti* potest acquiri, quãdo intuitu diuinò hoc fit, puta, promitto tibi centum pro maritanda puella, quæ absens est, amore Dei, nam obligor. Et promissio censetur facta Deo, qui ubique præsens est. Ita sin. D. Abbas Panor. in proœ. Grego. in ult. col. Et pro ualde sing. commendat ibi D. Fel. in 7. colu. uer. & ex isto. & est memoria dignum, ad ea quæ traduntur per omnes in l. stipulatio ista §. alteri & §. si stipuler. ff de uerb. obliga. & quæ latè scribit Corn. consil. 2. uisa petitione. in primo lib. Bene faciunt quę tradit Ludo. Ro. in rep. aut similiter in 5. speciali piæ causæ inter contractus in ult. col.

C. ad

C.ad l. Falc. Confirmo etiam per fing. dictum Aug. in l.cum quis decedens.§.codicillis.ff. de leg. 3. in aliquibus suis reportatis antiquis, ubi tenuit quod relictum factum pauperibus pro exoneranda conscientia, non posſit reuocari, quod habet uim debiti confeſſati,tanquam fuerit per te præſentem acceptatum. Et hoc Angel.dictum pro ſing.commendat cum multis ſimi. Andr.Sicu.in commento l.cum acutisſimi. in 12 .colum. uerſi. quid ſi teſtator dixit hoc modo. C. de fideicommiſ.cum his quæ retuli infra in dict. Apices. Alibi dicit in hoc propoſito eleganter Bald. in l. hæreditas. in ultim. quæſt. ff. de hæredibus inſtituendis, quod relictum ad pios uſus, relinquitur Deo immortali, unde legatum factum monaſterio durat, licet deſtruatur monaſterium, & pro eo capiet eccleſia Romana, quæ repræſentat Deum ubique, ſicut dicimus in fiſco. Quod eſt bene notandum, ad multa. Et hoc dictum Baldi approbat Do.Felin.in c.cum dilecta.in ult. colu. extra de reſcriptis tradit D.Alex.in l.hæreditatum.in ult. nota. ff.ad l.Falcid. Sed tamen debet intelligi ſecundum ſingu.declarationem Bart.in l. ſi uſusfructus municipibus ad fin.ff.de uſufructu legato, de qua ſcripſi infra in dictio, Perpetuum.

Legatum pro exone.conſc. non poſſe reuocari.

Legatum monaſterio factũ durare.

Actio redhibitoria, uel quanti minoris, an competat feudatario, uel emphiteotæ pro contractu feudali, uel emphitheotico, ad longũ tempus conſtituto. Bald. ſing.in l.2.in ulti.oppo.C.de ædil. actio. decidit, quod utilis competat, licet non directa, quia Aediles non habebant iuriſdictionem circa locationes. Et hoc dictum pro ſingul. commendat, & ſequitur Do. Iaſ. in l. 1.in 16.col.uerſi,item diligenter. C. de iur.emph. & in præludiis feud. in 13.col.uerſ.item adde quod feudatario. Et eſt quæſtio memoria digna ad titulum de ædilit. edicto. Sed pone,egi redhibitoria poſt ſex menſes, & ſuccubui,an potero infra annum agere quanto minoris? Baldus ſingu. decidit quod ſic in l.pen.in 2.colu. uerſicu.ſed pone egi. C. de ædil. action. Quod dictum

pro singul. commendat, & sequitur Franc. Cremen. notab. 164. post sex. Et posset contingere pro decreto de rebus uendendis ad Cridas, casu quo aliquis contradixisset post tempus statutum, ne per hoc sibi fiat praeiudicium, & ideo bene notandum est.

Actio de constituta pecunia non est necessaria, quando in pacto nudo deducitur id, quod alias erat nobis debitum aliqua parte iuris. ita sing. notat Bart. per glo. sing. ibi, in l. legitima in 2. col. uers. ex quo notat. ff. de pactis. Et pro sing. citat Ludo. Rom. singul. 427. tu audisti. Bal. in nouel. in repet. rub. ff. de uerb. oblig in 18. uer. 6. limitatio. Allegat Lud. casum sing. & a nemine ponderatum secundum eum in l. inter socerum. §. conuenit. ff. de pact. dotal. Sed illum tex. ante Lud. pro singu. adduxit Bal. sing. loquens in c. si cautio. in ulti. col. uers. si uerò uasallus. extra de fid. instr. Et tradit de hoc praeceptor meus D. Ias. in l. iuris gentium. §. sed cū nulla, in 1. not. in 14. fall. ff. de pactis. & in l. lecta. in 7. not. in primo casu ff. si cert. pet.

Actio iniuriarum an detur contra coniuges, puta qñ maritus atrociter uerberasset uxorem, est singu. q. Ioā. And. in sua ad Specu. paraphrasi, in titu. de iniuriis. su per rubr. ubi refert, aliquos tenere, quod sic. Tamē ipse putat melius esse, si uxor agat actione in factum, ut fama mariti illaesa praeseruetur, & hoc in propriis terminis dicit D. Alexan. quod non meminit alibi se legisse in l. diuortio. §. si uir. in 3. col. in prin. ff. solu. matrimonio. Et putat posse inueniri in rarissimis locis, ut per eum, qui ita refert se Paduae consuluisse. Et in hoc dictum Ioan. And. libuit diuertere, quia superioribus diebus ex facto incidit, iunctis his quae scripsi infra in uerb. Vxor. An autem liceat marito uxorem leuiter uerberare, uel etiam in carceres detrudere, ponit Ludoui. Romanus singul. 4. incipi. licet uxorem.

Famae mariti parcendū ab uxore.

Actore non probante reus debet absolui l. qui accusare, cum simil. C. de edend. quia negatiua ex-

ceptio

ceptio non est probanda, ut dicit text. in cap. quoniam contra falsam. ubi Lanfran. in tertio nota ad hoc not. extra de proba. & testatur Do. Alex. con si. 129. ponderatis his. col. 1. li. 1. Amplia etiam, quod intentio actoris se fundaret in negatiua, puta quod hæres mulieris diceret maritum priuatum lucro dotis, quia medicum non adhibuisset in infirmitate, ut debebat l. si ab host. §. 1. ubi scrib. sol. mat. Quia tenetur hæres probare, quod maritus medicum non adhibuerit, Corne. cōsi. 11. pro decisione col. pen. in 2. lib. 2.

Amplia etiam eo casu, quo ex forma statuti denegaretur defensio reo, ita sing. Bal. in rub. C. de manu. uin di. Quod pro sing. commendat, & sequitur Bar. Vero. caut. 343. similem cautelam, & est memoria dignum ad statuta quæ disponunt, quod contumax nō debeat audiri, sed pro confesso habeatur.

Actus ita debent interepretari, ut potius ualeant, quam quod pereant l. quotiens sec. de. ff. de reb. dub. Et eleganter dicit Matth. nota. 164. quod incipit. 'nota pulchram, & Lanfranch. de Orian. in comment. c. quoniam contra falsam, col. 14. uersi. quæro ulterius. extra de probation. cum his quæ scripsi infra in uerbo, uerbum præsentis. Et quæ tradit Deci. consil. 140. columna 2. Et latè consi. 77. uiso puncto in pen. colum. Et ideo si profertum instrumentum donationis, item instrumentum emancipationis, quæ confecta sint eodem die, & dubitetur quod prius factum sit, emancipationem præcessisse interpretamur, ut donatio ualeat. ita sing. Bal post Cin. in l. cum in testamento. §. hæc uerba ad finem. ff. de hæred. instit. Quod est memoria dignū, secundum D. Alex. in l. diuortio. in prin. in 4. col. uersi. sed circa hoc. ff. sol. matr. ubi dicit, quod non meminit alibi. ita in terminis legisse. Et pro singu. etiā citat idem Do. Alex. in l. 3. C. de codicill. Et pro notabi. commendat in consi. 81. lecto, & discusso, in 3. colu. uers. & cum fuerit lib. 3. & consil. 112. super eo dubio. circa med. lib. 5. D. Ias. in l. hac consultissima. in 1. col.

in fi.& feq.C.qui tefta.fac.pof.& in l.ult.in pen. col. a d fi.C.de ædi.diui Adr.toll.D.Fel.in c.capitulum S.Crucis colu. 18. uerf. de concurfu duorum.de refcrip. Dec confi.11.quoniam iudicantium refponfa. in 11. col. cũ multis fimilibus aggregatis per D. Feli.in cap. paftoralis.in 4.colu.per totam, extra de refcrip. Et propterea cauti notarii ad tollendum dubium, in inftrumento horam apponunt, iuxta gl.fing.in l.fi ex pluribus.§.ult. in uerb. obligauit.ff. de folut. quam in propofito dicebat rarò alibi reperiri And.de Rafani, ut refert Bald.in l.Imperator.in pen.colum.uerfi.& nota quod dies.ff.de ftat.hom. Et pro notabi. & fingu. citat Andr. Sicul. in rep.rub.extra de fide inftrum. in 28.colu.uerfic.quid de hora. Soci.in l. fi mulier.in 1.not.ff.de reb. dub. Et D. Iaf.in l.1.§.1.in 2.not.ad fi.ff.de eden. D. Felin.in c.2. in 1.not.& in c.confuluit.in 3.colu.in prin.de offi.delega.& in c.paftoralis.in 3. colu.in prin. de refcript. cum his quæ retuli infra in uerbo, Hora. Et prædicta clare procedunt, quando talia inftrumenta effent confecta a diuerfis notariis. Sed quid fi ab eodem tabellione?ui deretur quod id, quod primum in ordine protocollorum fe offert, præfumi debeat prius confectum. Ita in propriis terminis notat fignanter Bar.in prima conftitut.C.in ult.col.ante finem,per text.ibi,in uerfic.colligentes uero. ubi etiam Bald. in §. quibus.in 1.col. in 7.not.ad hoc ponderat. Et tradit D.Iaf.in l.1.in 1.col. ff.folut.matr.poft D.Felin.in c. cum delicta. in 4. colu. extra de refcript. In contrarium in hac decifione Bald. concludit D.Phil.Deci.in c.quoniam Abbas.in 7.col. uerfi.2.limitatur,extra de offic.deleg. Prædictis addo quod alibi in propofito dixi fingul. Innocen. in c. dudum.de decimis, ad finem per illum textum, quod confirmatio quantuncunque faciens mentionem de qualitate actus, in quo erat uitium, & defectus, licet confirmatio non fit facta in forma communi,puta,cõfirmamus talem actum,ficut actus eft,iuxta c.examinata. de confirmat. utili, uel inuti. fed fi fit facta per uerbum

Hora in inftrumẽtis.

In inftrumẽtis protocollorũ ordo infpicitur.

bum confirmo, quod uerbum uidetur denotare rem firmam facere cap. inter dilectos, extra de fid. instru. tamen si potest referri ad actum confirmatum, qui erat nullus, & ad actum qui erat aliquis, in dubio talis confirmatio refertur ad actum ualidum. Et hoc dictum Innocen. sequitur Bal. in l. bonorum, columna 1. in 2. not. C. qui admi. cum his quæ retuli infra, in uerbo rescriptum. & ulterius sequitur, & commendat D. Alexand. consi. 59. uiso instrumento, & titulo quæstiones, in penult. colum. uersicu. præterea respond. lib. 1. Item addo, quod singul. decidit Innocen. in cap. in præsentia. circa fin. de renun. quod si iudex ferat sententiam ex duplici causa, quarum altera est falsa, altera uera, ualet sententia ex causa uera, ut actus sustineatur. argum. cap. abbate. de uerbo. sign. quod dictum pro singu. commendat D. Alexan. in l. si donatione. col. 3. circa med. C. de collat. Et in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 47. uers. & quia dictum. & in l. si plagii. col. 2. ante fi. de uerbo. obliga. Iason in auctentica non licet, in fin. C. de liber. præter. & Franc. de Cur. consil. 8. uiso instrumento in 2. col. ad fi. licet contrarium, & malè tenuerit Fulgo. consi. 219. uisis binis col. penul. ad fin. & sequen.

Snīa ex cā uera sustinetur.

Contra Fulgo.

Actus nullus effectum non producit, ut in regul. non præstat impedimentum, de regul. iuris lib. 6. Et tradit Felin. in capitu. significantibus, colum. fi de offi. delega. post Aretin. consi. 18. colum. 1. & sequen. Et in pulchra quæstio. consuluit Corne. consi. 43. circa hanc in 1. colum. in 1. lib. post Dom. Alexand. consi. 114. ponderatis his in primo lib. cum similibus, de quibus per Decium in cap. 1. in primo nota. de confir. util. uel inutil. Et per Dom. Ias. in l. licet in prima colum. C. de procura. post D. Felin. in cap. gratum, col. 2. uersi. utrum actus, de offi. dele. Et in c. cum causa, in 1. 2. & 3. col. eodem titul. ubi ponit, an iudicis auctoritas inualida, excusat a pœna. Et ideo sing. decidit Bald. in l. 2. in 1. col. uers. ex prædictis. C. de episcopali aud.

Iudicis auctoritas inualida, an excuset a pœna.

quod

quod licet emphiteota alienans irrequisito domino cadat a iure suo, iuxta l. ultim. C. de iur. emphit. & cap. potuit de locat. Tamen si mulier emphiteota venderet sine solemnitatibus requisitis, puta quia in alienatione non interuenisset agnatornm consensus, secundum, quod communiter statuta disponunt, non per hoc cadit, quia venditio, nulla ex defectu solemnitatis non est venditio argumen. l. quartæ. §. condemnatum. ff. de re iudic. & l. 2. ff. de auct. tut. Et eorum quæ scripsit Dec. consi. 8. uiso puncto diligenter, in ultim. col. Hoc dictum Bal. pro sing. approbat Crem. no. 111. statuto cauetur, & Do. Ias. in l. ubi pactum in pen. colum. uersicu. 2. ad idem facit, & in l. causas in 3. not. C. de transac. & in d. l. ult in pen. colu. in 22. q. C. de iur. emphi. & latè D. Fel. in c. tenore in 4. col. ad fi. & seq. de rescrip. & in cap. cæterum col. pen. ad fi. de iudiciis. Bene facit etiam quod alibi not. Bal. in l. si quidem in 2. not. per illum tex. C. si mancip. ita fuerit alien. ne manu. quod frustratorium factum, pœnam efficaciter nō committit, quia ex nihilo nihil sequitur, secundum Philosophum. Et ideo dicebat sing. Bald. in l. edita in pen. colum. uersi. expedita prima, & substantiali materia. C. de eden. in repet. Patauina, quod quando libellus est ineptus nulla exceptio est pœnalis, de quo latè scripsi infra in uerbo, Mendax. Accendat quod alibi sing. decidit Bal. in l. si mater. §. 1. per gl. ibi. ff. de uulga. & pupil. quod substitutio uulgaris tollit suitatem quando est ualida, secus, si caduca. Et hoc pro singu. etiam citat D. Ias. ubi tamen post Ioan. de Imo. tenet contrarium in l. si filius hæres. in pen. colum. in 5. fall. ff de lib. & posth. Hinc est, quod confirmatio principalis, licet generalis, tamen restringitur ad actus ualidos tantum, & retuli infra in uerb. Confirmatio. Hinc & tertio infertur, quod falsificans nummum inutilem uel inexpendibilem, nō punitur pœna statuti punientis facientem monetam falsam, ut eleganter per multa similia, quæ etiam hic congruunt, consuluit D. Alexan.

Emphit. alienans sine solē nitatibus nō cadit.

Venditio nulla nō est uēdi no.

Frustatorius actus non punitur.

Nihil ex nihilo.

Substitutio uulgaris nō tollit suitatem.

xan.consi.104.statutum loquens in primo libro. ubi inter alia adducit notab.dictum Baldi in l.2. in fin.C.de eunuch.ubi per illum tex. Bal.not.quod de contractu inualido uel inutili, non debet solui Gabella, cum multis aliis similibus, quæ retuli infra in uerbo Vidua.Et ex istis inferri potest ad intell. decreti Mediol. quod quando res habet originem à contractu, non possit criminaliter procedi, nam hoc decretum debet intelligi de contractu ualido, secus si contractus esset inualidus per supra dicta, & per ea quæ scribit Ant. de Prato ueteri. Inter consilia Alexan.consi.63.non puto colu. penult.uersi.sed potest lib.1.& per multa alia quæ possent cumulari. Possent tamen dari aliqui casus, in quibus per actum inualidum tollitur actus ualidus, quorum aliquos tangit D.Alexand. in l. si cum dotem in princ.in 2.colum.uersic.sed glo. sequens ff. solu.matri. Et D.Ias in rep.l.re coniuncti colum 39.uersi. iuxta supra scriptam regulam de lega. 3. dum examinat, an substitutio inualida, uel inefficax tollat ius accrescendi.

Gabella pro contractu inualido non debet solui.

Decretum quod non procedatur criminaliter, quãdo res habet originem a contractu.

Addictio an adiectio dicendum sit in rubri. & toto ti.ff.de in diem ad. sæpius in dubium uenit. Ego in hoc libello, & etiam in aliis Memorabilibus sequutus sum communem consuetudinem, tamen ne ignorantiæ nobis adscriberetur, uisum est præsenti loco pauca hæc adnotare. Equidem puto secundum Latini sermonis normam in præfato titulo posse dici, & addico, & addicio, & hoc propter uarietatem casuum contingentium, & sic quæ inde descendunt, addictus, addictio, adiectus, adiectio, & ita quilibet inuenit apud idoneos scriptores obseruatum. Infinita possent adduci, sed paucis ero contentus.Et ne longè exépla petamus, satis nobis faciet iure cons. in l. licet autem eod.titu.cuius uerba libuit adscribere. Licere (inquit) uenditori, meliore allata conditione, addicere posteriori, nisi paratus sit plus adiicere prior. Et hoc in loco iureconf. probat utrunque. Item dum in l.seq. subdit,

Substitutio inualida an tollat ius accrescendi.

Locus apud Iureconsultos.

ſubdit, Neceſſe autem, ſubdit, uẽditor meliore conditione allata, priorẽ certiorem facere emptorem, & ſi quid alius adiecit, ipſe quoque adiicere poſsit. Idem & probatur in l.eum qui §.melior, & in l.quod ſi uno eo. tit.& in aliis locis non parum multis, quę quilibet etiã mediocriter eruditus obſeruare poterit, ex quibus unuſquiſque facile cognoſcet, quam lectionem debeat in Pandectis reponere, licet D.Iaſ.in l. ab emptione ff.de pactis aliter præſentem materiam pertractaſſe uideatur, qui ſolum putat poſſe legi Addictione, ſequutus Laurentium Vallam, & in hanc etiam ſententiam (quã falſam puto) pedibus uenit Siponti pontifex Nicolaus in ſuis in linguam latinam Commentariis, & aliis omnes Laurentium clauſis oculis ſequuti. Et huius quæſtionis difficultas fuit, quia uerbum Addicere diuerſis modis accipitur. Primo apud ueteres, & etiam apud Iuriſconſ. Addicti appellati ſunt, qui prætoris pronunciatione cum ſoluendo non eſſent, creditoribus uendebantur, ut in eos, & uitæ, & necis haberent poteſtatem. eſt enim unum ex tribus uerbis prætoriis, quæ ſunt hæc, Do, Dico, Addico. Corn. Nepos in libello de Viris Illuſtrib.c.21.de Virginio centurione loquens, Et filiam (inquit) iam addictam uideret. Idem cap.34.de Mãlio Cappitolino, & addictos (inquit) propria manu liberaret. Et Pomp.in l.2.§.initium fuiſſe ff.de orig.iur. Alio modo capitur in tit.præallegato. Et addicere ibi ſignificat, per licitationem uendere, quod etiam in huiuſmodi uenditione dicitur liberare emptori prædium, uel quid aliud hoc autem fit, cum multi emere uolentes concurrunt, & unus alio maius precium offert, & hoc modo Addicere eſt publicè uendere. Sueton. in Cæſare, Amplißima, inquit prædia ex auctionibus haſtæ minimo, ſeu (ut quidam malunt) numo addixit. Plinius: Tabulas inde omnes ex publico propter æs alienum ciuitatis addictas Scauri ædilitas Romam tranſtulit. Et hanc licitationis formam ponit Paul.Iuriſconſ.in l.1. ff.de in diem addic. In diẽ (inquit) addictio ita fit. Ille

Addicti. Addicere. Do Dico. Addico. Paul. locus.

fundus

fundus centum ẽsto tibi emptus, nisi quis intra calendas Ianuarias proximas meliorem conditionem fecerit quo res à domino habeat. tamen modus iste comprehendit solum personam illius qui uendit. Finge nũc fundum addictum Titio, sed intra illud tempus inuentus est Seius, qui maius precium obtulit. Certè respectu istius secundi emptoris dicemus, Seium centum, & uiginti adiecisse, uel adiectionem factam à Seio in uiginti, & secundum hanc significationem procedunt multæ leges huius tituli, & etiam rubr. ut dicat de augmento in diem. Vtque breuius concludam, Addico quãdo scribitur per duplex d, denotat actũ uenditoris, uerbũ autẽ Adiicio, emptoris secundi. Et hæc etiam Auctio appellatur, quæ fit licitatione, hoc est aucto ab emptoribus precio, cum res traditur plus offerenti. Et ille qui ita uẽdit, auctionari dicit, & uẽditor uocat Auctionarius. *Auctio quæ.* *Auctionari.*

Addico præterea idem importat, quod destino, deuoueo, deputo, seu morti adiudico. Cicero in tertio libro Officiorum. Et cum hic qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulasset, uas factus est alter. Idem, Qui certis quibusdam destinatisque quasi addicti, & consecrati sunt. Et Achemenides apud Verg. Aeneid. 3. Huic me quæcũque fuisset, Addixi. satis est gentem effugisse nephandam. Et Vlpianus apud nos in l. quod si Ephesi. §. ulti. de eo qđ cert. loc. dum inquit. Qui huic actioni addictus est, & in l. 4. per totam ff. de fideicom. liber. Et Iabol. in l. ita ut omnes §. primo, secundum ueram lectionem ff. mandati. Et secundum hanc significationem accipitur in l. addictos C. de episc. aud. & in l. addictos C. de app. & in l. lex quæ tutores §. serui C. de adminiſt. tut. Dum Imperator dicit, Quæ plerũque nouis maritis non solum res filiorum, sed etiam uitam addicunt, ut Valer. Max. de Carneade: Ita se mirifice doctrinæ operibus addixerat. In disciplina uero augurali aues dicebatur addicere, quãdo ratũ faciebãt auspiciũ. Liuius Fabio (inquit) auspicanti, aues semel atque iterum nõ addixere. *Addico, id est destino.* *Iaboleni lo. us.* *Aues addicere. quid.*

Aduersa-

Aduersatiuæ natura est, quod per eam qualitates casus præcedentis intelligantur repetitæ. Et propterea si statuto cautum est, quod extantibus masculis, filiæ ab intestato non succedant, ex testamento uerò contentæ sint quacũque re sibi à patre relicta. In hac secunda clausula intelligitur, extantibus masculis, pro pter uim copulæ. Nam dictiones Vero, pro, sed, licet sint aduersatiuæ, etiam coniungunt, & repetitionem inducunt. Ita multum sing. decidit Bal. in l. omnes populi in 9. colum. uersicu. tertio modo ff. de iust, & iur. allegat glo. in §. item lapilli, Institu. de rerum diuis. & tex. optimum in l. Seiæ §. Caio ff. de fund. instru. qui est ad hoc multum notab. secundum D. Ias. in l. 3. §. filiusfami. in 1. eiuden. ff. de libe. & posthu. ubi intelligit illum tex. loqui, quando qualitates sunt in eadẽ oratione, secus si in diuersa. Et est tex. sing. ad hoc secundum D. Alexan. in l. filius à patre in prin. in 10. col. uersi. quia uidetur ff. de lib. & posthu. ubi etiam putat hęc uerba Bald. esse bene notanda, quæ pro singu. citat D. Ias. in l. 1. in 5. nota. ff. nę quis eum qui. & in l. si pater in 9. colum. uersi. 4. pro ista parte C. de inst. & sub. & in l. 3. in princ. in 1. colum. ff. ad Trebel. & in d. l. filius à patre in princ. in 3. col. uersi. 2. quæro, & in commento l. re coniuncti, colum. 15. uersiculo quintum nouum intellectum delegatis 3. & in aliis locis non parum multis.

Vero. Pro. Sed.

Adulterium inter, & stuprum talem differentiam memoriæ commendauit Modestinus in l. inter stuprum ff. de uerbor. significa. quod adulterium in nuptã stuprum in uiduam, & uirginem committitur. Sed lex Iulia de adulteriis hoc uerbo indifferenter utitur idem Modestinus in l. stuprum ad l. Iul. de adul. Stuprum, inquit, committit, qui liberam mulierem consuetudinis causa, non matrimonii, continet, excepta ui delicet concubina. Adulterium in nupta admittitur, stuprum in uidua, uel uirgine, uel puero committitur, & hoc idem etiam dicit Papi. in l. inter liberas,

Stuprum quid.

§. 1. co.

§.1. eod.tit. Non eſt amplius quod miremur, ſi plures diuerſique Iureconſulti in diffiniendo inuicem diſſentiant, cum unus idemque Modeſtinus ipſe ſibi contradicere uideatur. Nam in uno loco uidetur ſentire cum l. Iulia, in alio non. Lauren. Vallenſis hoc attribuit eorum ignorantiæ, qui diffinitionis Iuriſconſ. deſcripſerunt, quæ ſi apte fuiſſent conglutinatę, probari poſſent, ut illa Papi. in præallegata lege inter liberas §. primo. Lex (inquit) Iulia ſtuprum, & adulterium promiſcuè græce appellat μοιχείαν, ſed propriè adulterium in nuptā committitur, propter partum ex altero conceptum, compoſito nomine. Stuprū uerò in uirginem, uiduamq. committitur, quod Græci corruptionem appellant, & iſta diffinitio magis placet. Animaduertendum tamen eſt, legem Iuliam rectè hæc duo promiſcueque appellaſſe non quòd omne ſtuprum ſit adulterium, ſed quòd adulterium omne ſit ſtuprum. Et ideo adulterium etiā in uirgine dixit, tex. in c. nemo 32. q. 4. ubi eſt text. unicus ad hoc ſecundum Lu. Ro. ſin. ſuo 677. nos ſumus. Tamen illud improprie dictum uidetur, & idem colligitur ex l. ſi ea quæ C. de adul. iuncta gl. ubi Bal. eleg. notat pro ſuſtinendis libellis.

Iureconſ. cōtrarietas.

Adulterium unde.

Adulterium ī uirgine.

Neque etiam rite ſecundum Vallam Iureconſulti excipiunt ſtuprum à nupta, cum in quotidiano ſermone ſic loquamur, qualis eſt apud Fabium Quintil. Vxor marito dixit appellatam ſe de ſtupro à priuigno & ſibi conſtitutum tempus, & locum, & alibi, Furtiua ſtupra, raptoſque concubitus obiiciat, uel falſo maritus fas eſt, fieri ſolet, parcius tamen ſi iam ſit, & mater & ſi in fide caſtitatis uxoria fœcunditate profecerit, & talis quotidianus ſermo, & præſertim Doctorum ſeruandus eſt, uulgata lege Labeo ait, ff. de ſupellec. leg. cum his quæ latisſime tradit D. Felin. ſuper 1. gloſſ. Decretalium in 2. columna & tribus ſequen. poſt Abb. & alios ibidem. Præterea (ut ſenſit Lauren.) ſtuprum eſt coitus lege uetitus, quod duplex eſt, Vnum cum nupta, aut cum puero, aut cum ſanguine coniunctis, aut cum ſan-

Cōtra Iureconſ.

Doctorū ſermo quotidianus ſeruādus eſt.

Stuprum quid.

sanctimonialibus, quãquam hæc duo posteriora potius appellentur incestus, ut etiam dicit tex. in c. lex illa 36. q. 1. & in c. uirgines 27. dist. Alterum, cum uim afferimus cuilibet personæ, etiam ancillæ, unde stuprare dupliciter accipitur. Cuius posterioris sensus testimonio est lex, quæ stupratoribus puerorum pœnam statuit, & de isto loquitur §. item lex Iulia, iuncto §. item l. Iulia de ui, Inst. de pub. iud. & l. & eum qui puerum. ff. ad l. Iul. de ui pub. Stuprum tamen pro turpitudine ueteres etiã usurpauerunt. Ennius, Fœde stupreque castigor quotidie. Stuprè ibi accipitur, idest turpiter. Et pro defensione Iureconsul. ita etiam accipi potest apud Quintilianum in loco superius relato.

Incestus. Stuprare. Stuprũ p turpitudine. Defendũtur à calũnia Iureconsulti. Sorori filius nõ ẽ pprie agnatus.

Agnati appellatione in statutis non uenit filius sororis, quia non est proprie agnatus, ita sing. Bald. in l. meminimus post med. C. de legit. hæred. & idem sentit in l. si auiæ circa fi. C. de success. ædic. quæ dicta commendat pro sing. D. Alexand. post Paul. de Cast. in l. ult. §. in computatione in ult. col. C. de iure delib. Et dicit pendere ab illo articulo, an statutum loquens in casu uero trahatur ad fictum, de quo uide, quæ scripsi infra in uerbo Statuta quod bannitus, per unum sing. dictum Barthol. in l. si mora in 1. col. ad fin. ff. solut. mat. Addo, quod hoc idem in terminis statuti disponentis, quod agnati excludant filias defuncti, dicit not. Bald. in c. 1. col. penult. uersic. extra quæro in tit. an agnatus, uel filius defuncti, ubi per hoc dicit fuisse Bononiæ disputando determinatum per D. Martinum, quod stante dicto statuto, filius sororis meæ non excludet filiã meã, licet habeat iura ciuilia, & fauorabilia agnatorum, quod etiam ad aliud dicit memoria dignum Io. Petrus de Ferrariis in forma libelli, quo agitur pro hæreditate ab intestato delata, in gl. in uerbo nullisque superstitibus ex eo liberis in quinta columna uersiculo, unum tamen scias, quia cum regulariter cognatorum numero habeãtur qui ex fœminis descendũt l. inter agnatos ff. unde leg. & inst. de success. cog. §. 1. & §. uulg. tñ hoc

de

de iure communi limitatur, non procedit respectu illius, qui ex sorore natus est, quia iura agnatorum sequitur in successione patrui, & auunculi, ut disposuit Imperator in §. hoc etiam adde. insti. de legit. agn. success. & in l. penul. uersic. in his igitur C. de legit. hæred. quod bene nota.

Agnati transuersales licet in feudis non succedant, nisi usque ad 7. gradum c. 1. §. hoc quoque sciendum, qui feudum dare poss. cum similib. traditis per Aret. cõsil. pen. col. 2. in prin. tamen fallit in regno, in quod succedunt etiam si centesimo sint gradu remoti, & ideo si moreretur tota domus regia, & extaret unus de sanguine antiquo, puta de domo Borbonæ, qui esset tunc proximior, dato quod distaret gradu millesimo, tamen iure sanguinis & perpetuæ consuetudinis succederet in regno Francorum, excluso fisco. ita sing. dicit Bal. in c. 1. in ult. col. uersic. & idem in regno de feu. march. & approbat ibi Aluar. & Martinus Land. multum exclamans & pro sing. citat Bar. Veron. caut. 156. est dubium, an regnum, ubi instruit agnatos principum, etiam pauperes, ut statim petant statum tanquam ad eos pertinentem, & late D. Ias. in l. ult. in 1. col. uersi. 4. fallit. C. unde leg. ubi dicit. quod est decisio magni ponderis, & diligenter considerandà, quia Bal. non uidetur hoc firmare, & latè pro ea consuluit Dec. cons. 85. col. 2. uers. 2. principaliter. Et procederet etiam in illis qui impropriè sunt agnati per sig. dictum Bald. in l. qui se patris, in ult. col. 1. q. C. unde lib. quod dictum pro sing. commendat, & declarat Paul. de Cast. ibi. in pe. col. circa fi. & alii scribentes latè, quos lege.

Borbonæ domus.

In regnis succedũt & millesimo gradu remoti.

Alabastrus, de quo meminit Vlp. in l. argumento §. mundus, secundum ueram lectionem, ff. de aur. & argen. leg. est genus marmoris perlucidi, & colorib. distincti, ex quo fiebant uasa unguentaria. Martial. Quot Cosmi redolent, alabastra, forique deorum. Etpropterea scribit Plin. Alabastrum seruandis unguentis maximæ idoneum, nasci circa Thebas Aegyptias,

Vlp. locus.

& Damascum Syriæ,quo Romani utebantur. Dicitur autem, & alabastrus, prout etiam usus est Iureconsf. & alabastrum in neutro genere, teste Martial. quem superias retulimus. Et alabaster. Cicero Acad. 2. Quibus etiam alabaster plenus unguenti putrescere uidetur, ut etiam refert Nonius.

Alienatione prohibita non censetur prohibita institutio hæredis etiam extranei. ita sing. consuluit Ang. consil. 56. domina Andrea, col. 5. uers. solum ergo uidendũ ubi singularius ampliat. Hoc proc. etiam, si testator in testamento expresse, & per uerba generalia prohibuisset extranei hæredis institutionem, sub pœna ademptionis bonorum. Cuius decisionem sequitur & secundum eam consuluit Do. Alex. ubi latè confirmat cons. 155. uisis col. 1. lib. 2. Et pro sing. refert. & sequitur D Ias. in l. filiusf. §. diui in 16. col. super 7. q. Bar. de leg. 1. in prioribus scriptis, ubi ita refert se Paduæ consuluisse, & iudicatum fuisse, & cons. 96. col. 5. lib. 4. licet idem D. Ias. in 2. lect. d. §. diui. in 22. col. uersic. 2. principaliter postea mutauerit opinionem, & hanc decisionem reprobet, addens quod contra eam consuleret, & iudicaret. Tamen durum esset in practica obtinere contra Ang. propter eius, & D. Alex. summam auctoritatem, & est memoria dignum ad multa, & etiam ad declarationẽ notab. decisionem Bald. in l. ea lege. in 2. q. C. de cond. ob causam, quam retuli infra in uerb. Filius grauatus ad fi. An autem prohibitio alienationis impediat, ne talia bona in fiscum transeant uigore alicuius delicti, late habetur in l. filiusf. §. diui. de leg. 1. ubi D. Ias. in 2. lectura in 6. not. Et tradunt Bar. & Ang in l. Imperator. ff. de fideicom. lib. D. Alex. Soc. & Mod. in l. 3. §. res quę ff. ad Trebel. Et latissimè D. Alex. cons. 23. opportune per totum, lib. 1. Aret. consil. 14. col. 4. uersic. ex his infertur. Et late reassumo inferius in uerbo Testamentum in quo pater.

Alimentorum causa fauorabilis est, ut in sing. casu cõsuluit Bald. in consil. 50. uiso in ult lib. & Anch. consil.

150.in quæstione quæ uertitur in 1.& 2.colum. quem retuli infra in uerbo, Dos sol.matri. Itē est causa pia, ut dicit Bal.consi.91.uidetur in 1.lib. Et ideo si quis nō habet unde se alat, potest etiam die feriato agere. Et iudex debet cognoscere, dato quod procedatur iure actionis, ita singul. Guil.de Cun.in l.2.ff.de feriis, quod alibi se non legisse dicit Do.Alexan.in l.1.col.6. uersi. his tamen solut. matrimo.

Alternatiuarum electio est debitoris l.plerunque in fi. eum uulg ff.de iur.dot.Limitatur sing. quando debitor promisit soluere, uel dare pignora, quia tunc præcise cogitur soluere, neque audiri debet offerens pignora. Ita singu.Bart.post Guil.de Cun.in l.quamuis in princ. per illum tex.ff.de pign.actio. Et hanc decisio. pro sing. commendat D.Alexan. in l.1.in 1.not.ff. qui satisda. cog.Et Do.Feli.in cap. inter cæteras in 2. colum.extra de rescript.ubi collegit multas alias fallentias. Sequitur etiam Deci.consil.12.colum.2.uersic.2.probat. ubi etiam notabil.limitat dictam regulam non procedere in alternatiua exigendi, in qua electio est creditoris, licet secus sit in alternatiua soluendi, per notabi. dictum Bal.in l.ulti. colum.2.ad fi.& sequen.C.de peti. hęred. Sed ulterius notandum etiam est, quod alternatiuè prohibitum censetur, quod simpliciter prohibitum est: tex.est notab.in l.quæ sub conditione.§.si qs ff.de condit institu. Per quem text. infert ibi sing. Bal. post Iac.de Are.Ci.& alios, quod licet ille qui iurauit se non uenturum contra contractum, possit petere, ut suppleatur ad precium, in quo fuit deceptus, tamen si peteret alternatiuè contractum rescindi, uel precium sibi suppleri, esset periurus, quod est mente tenendum secundum Bal.ibi.& est sing. secundum D. Feli. in cap. 4.ad fi.extra de rescript.ubi dicit, memento in æternū. Est uerum quod de ista reg.dubitat D. Ias. in l. ubi pactum in 1.col.ad finem, & sequen.C.de trāsact. tamen est multum notab.

Amor licitus tantum operatur, quātum clausula co-

dicillaris. Ita sing.dicit Bal. in l.si iure.C.de testa. ma. per glo.ibi.Et hoc dictum pro sing.citat D.Ias. in l.exigendi. in 3.not.uersic.2.facit C. de procura. ubi addit, quòd licet Bal. non audeat firmare, nisi ubi libertatis fauor concurreret, tamen hoc firmat Lud.Rom.in cõsil. 179.amplissime doctor,in pen.col. uersi. ad hoc debet.ubi singu.consuluit,quod etiam multò magis operabitur reuocationem clausulæ derogatoriæ, quod alibi se non legisse dicit Do. Ias. & est memoria dignum, ad declarationem legis, Si quis in principio testamenti. in princ.ff. de lega.3. Hoc dictum Bald.etiam approbat And.Sicul.consi.3.Clementissimi Dei. in 5.colu.in 2. lib.ubi etiam ponit,quomodo probetur talis amor. Et idem Barb.in repet.l.cum acutissimi.in 11.col.uersi.& si uerbis daretur.C.de fideicom. & in tract. de præst. Card.in 3.q.primæ partis, in 1.colum.ad fin. & in 14. col.ad fi.D. Alex.in l.cum alienam. in 3.col. circa prin. ubi etiam D.Ias.in 2.colu.C.de leg. & D.Ias. in l. eam quã.in 6.col.uer.1.fal.C.de fideicom. & D. Fel.in c.1. circa finem, extra de testib. Benefacit quia in considerãda affectione tantum operatur amicitia, quãtũ coniunctio sanguinis, ut eleganter concludit Bald. in l.ut uim,in 5.& 6.q.ff.de iust.& iur.Et firmat D. Fel.in cap. quoniam abbas,in 3.col.de offic.delegat. cum his quæ scripsit D.Alex.in commento l.sæpe.col.50.uersi. non potest.ff.de re iudic.post D.Abbatem in c.petitio. in ul. col.de iur.iuran. Et Mathe. notab.41.nota mirabilem. Secundò benefacit,quia appellatione suorum comprehenditur etiam amicus singularis.Ita sing. dicit Bal. in l.1.in 11.col.uer. quid de singulari.C. qui accusare non poss.de cuius dicti singularitate posui infra ĩ uerb. Sui.

Suorũ appellatio.

Et hæc indubitanter ampliari possunt, ut procedant etiam fauore piç causæ propter dilectionem animæ, quæ cunctis rebus est præponenda l.sancimus.C.de sacrosanct.eccl.cum his quæ scripsi in uerbo Anima. Et hoc argumento de persona dilecta ad animam, uel piam causam, utitur etiam Cacialupus, in repetitione


Argumẽtum ua-

l.pre-

l.precib.in 5.car.in 1.conclusione.C.de impub. & aliis subst. Quod quidem argumentum indubitatum uideri potest, per ea quæ cumulat And. Sicul. in commento l. cum acutissimi.col.39. C.de fidei.ubi probat, quod pia causa nobis carior est quàm liberorum, excepta legitima. & idem reassumit sæpissime in eadem repetitione. Et per tria comprobat etiam D.Ias. in l.licet inter priuatos, in 4.not. C. de pactis. Verum talis amor licitus rarò inuenitur, maxime in patribus nostris, licet passim uerbales amici nobis occurrant, etiam dictantes, quod si amor uideri posset, eum cœcum non finxisset antiquitas. *Iet de psona delicta ad animam, uel piã causam. Pia cã carior quã liberorũ excepta legitima.*

Amphitapa, cuius meminit iurecon.in l.uestis.§.uestimenta.ff.de aur.& ar.leg.est genus uestis utrinq; uillos habens, ab ἄμφω græco uocabulo, quod significat duo. Varro in Manio, Alterum bene acceptum dormire sub amphitapa bene molli. Lucil.in 3. Satyr. Psilæ atq; amphitapæ uillis ingētib. molles, si & aliud q̃d deliciarum. Et ita castigandum est in Pādectis impressis, in quibus mendose legitur Amphitapha, ut etiã docet Marcell. *Locus iurisconsl.*

Anathema, (cuius mentio habetur in c.fraternitati. de cler.excom.minist.& in c.si quis.31.distin. & in ca. Guilisarius (uel ut aliter lego) Belisarius.in princ.25. q.4.& retuli in aliis Memor.in dict. Nuptias,) dicitur quædam seiunctio, & separatio, siue alienatio, ut est apud Paulum Apostolum ad Rom. Optabam ego ipse (inquit) anathema esse a Christo pro fratri. meis; Et declarat diuus Hiero. in lib.ad Agasiam de 11.quæstionibus noui testamenti. Hinc anathematizo uerbũ; hoc est deuoueo, detestor, de quo sæpissime apud canonistas.in istis pen. producitur. Accipitur; & quandoq; anathema pro sacrificiio, seu oblatione, de quo lege eleganter Bal.in l.3.ante fi.C. si pe. appel. mors inter.ubi putat, tales incurrere maiorem excommunicationẽ, & subiici potestati diaboli, & si se nō emēdent, testari nō pñt.& meminit D.Fel.in c.2.col.pen.in prin. *Locus ex Decret. Paulus ad Rom. cap.9. in prin. Anathematizo.*


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

de excep. & in c. Rodulphus col. 24. uersic. si anathema, de rescript. ubi etiam ipse putat emendatiús legi Belisarius, quàm Guilisarius.

Pauli locus. *Ancones* à paulo Iureconf. in l. tabernæ. ff. de fund. inest, enumerantur inter uasa. Et dicitur more Græcorum cubitus, uel curus. Hinc à sinus curuitate nomen accepit maritima Italiæ urbs Anchona. Solinus, Anconem quis ignorat à Siculis conditam? Plin. lib. 4. A

Anchona urbs. Siculis Ancon colonia promontorio Chimerico appellata est in ipso flectentis se oræ cubito. Anchones et dñr, ut scribũt Victruu. Strabo, & reliqui, non solum in promontoriis, sed etiam in parietibus, & in hominibus, quædam cubito conflexa, aut in humeros, ut etiam

Plin. locus. docet Plin. naturalis hist. libro 2. capitulo 46. licèt mendosi codices pro cubito legant subito, ut etiam animaduertit Hermolaus. Et

Anchus qui. Anchus dicitur, qui adũcum brachium habet, ut exporrigi non possit, & propterea uasa facta ad hanc similitudinem, Iureconsultus Ancōnes appellauit.

Anima cunctis rebus est anteponenda l. sancimus, la prima, in fi. C. de sacrosan. eccles. cum simil. traditis per D. Fel. in c. in præsentia in 22. col. in 4. q. de probat. Et in pulchra quæst. Soc. in consil. 39. licet difficultates in penul. col. in 2. lib. Et propterea sing. decidit Bald. in l. filio præterito, in 1. col. uer. uer. ego concordando. ff. de iniust. rup. quod licet soleat distingui quando pater præterijt filium in testamento, an scienter fecerit uel ignoranter, ut debeantur legata, tamen illa distinctio non habet locum quando legauit pro male ablatis, quia præsumitur, quod testator magis dilexerit seipsum, quã proprios filios ne animam perdat. Quod dictum pro sing. late reassumit And. Sic. in rep. l. cum acutissimi, in 124. col. uersic. quid si testator dixit hoc modo, & col. 47. uersic. & ex hoc. C. de fideicommis. & de eo meminit Are. consi. 92. uiso legato, col. 1. uers. circa primum. Et cõmendat D. Ias. in l. precibus, col. 5. C. de impub. & al. subst. Et iõ sing. dicebat Ang. in l. 1. §. ad municipiũ. ff.

ad l.fal.in aliquibus suis reportatis, q̃ relicta ad exonerandam cõſcientiam patris minuunt legitimam, quod est bene notandum pro cautela priuandi filium legitima, licet circa hoc laboret Bartolo. Veronen. cautel. 39. difficile est, quia plurimum leges abhorrent modum aliquem priuandi filium legitima, ut in pulchro casu concludit Alex.consi.47.circa principium,de quo quæritur,in 3.col.uerſ.ſed præmiſſis,lib.1.non ſolum in totum,ſed neque etiam in parte,ut not.Matth,not. 164.incip.nota pulchram. Hinc etiam eſt,quod ſingu. decidit Ang.in l.precibus,in 2.colu uerſi. 2. uideamus. C.de impu. & al. ſubſt. quod licet regulariter ſubſtitutio pupillaris tacita non excludat matrem, ut d. l. precibus,& l.ul.C.de inſti. & ſubſt. tamen fallit, quando ex coniecturis contrarium appareret fuiſſe de mente teſtantis,ut latè per Bar.& ſcri.in l.2.in prin.ff. de uulga.& pup.& per glo.magnam in d.l.precibus. Et inter alias coniecturas dicebat etiam Ange. poſſe colligi ex ſubſtitutione facta ad fauorem animæ teſtatoris, quæ matrem excludit propter præſumptam mentem teſtantis, & hoc dictum ſequitur, & putat memoria dignum Paul.de Caſt.in d.l.precibus in 3.col. in prin.& omnes Moder.maximè D.Iaſ.in 5.col.& D.Alexan.conſi.38. uiſo themate de quo in pen.colu.uerſi.hoc probo.li.1. & conſi.66.uiſo teſtamento, col.2.circa med. & col.3. circa med.lib.2.& conſi.12.attentis,col.6.uer. alia ratione lib.3,ubi dicit eſſe ſing. & conſi.92. quod incipit ſuper eo, de quo quæritur,col.ult. uerſ.bene facit,li.3. Sed tamen hoc limitarem, niſi ex conſuetudine,& ſtylo notariorum hoc proceſſiſſet,ut ſing. concludit Bal. in l.quotiens.col.1.ad fi.C.de hære. inſtit. quem retuli infra in uerbo, Notariorum imperitia, Et circa dictum Ang.uidetur etiam Aret. conſi. 155. periculoſum eſt, in ult.uerbis, Dec.conſi.182.in caſu col.3.in prin. Hinc & quartò dixit ſing. Io. An.in c.1. de homicidio lib 6. quod licet ille text. ſit pœnalis, & loquatur ſimpliciter de principe, tamen fauore animarum comprehendit

Legitima quo minui poſſit in fraudẽ filiorum.

etiam principem supremi gradus. Hinc, & quinto decidit sing. 10. Cal. in c. series. extra de testib. quod licet ille tex. loquatur in matrimonio contracto, tamen fauore animarum, quando est eadem ratio peccati procedere etiam in matrimonio contrahendo. Et hæc duo dicta cum aliis similibus tanquam singularia late reassumit And. Sicul. in tract. de præst. Card. in 7. q. primæ partis. in ult. col. Ex quibus infert unum, quod pulcherrimum, quod constitutio quamuis pœnalis loquens de clericis, si emanauit in fauorem animarum, comprehendet et Cardinalis, quod est amiratione dignum, secundum eum. Et propterea ubi tractatur de anima, non est de apicibus iuris disputandum. ita sing dicit Arch. in c. scriptum. 6. q. 3. de quo ultimo scripsi infra in dictione Apices, ubi uide.

Clericorum appositio ne etiam in pœnis ueniunt Cardinales.

Annonæ, ut iusto precio uenderetur, Aedilium officium erat, & ideo legimus apud Liuium ad calcem primi libri Macedonici belli, Aediles Currules M. Claudium, & Sex. Aelium Pætum binis æris in modios populo diuisisse. Et apud Plinium, M. Seruium T. F. Aedilem Currulem olei libras denas singulis assibus præstitisse P. R. per totum annum, urbis anno sexcentesimo octuagesimo, cum tamen anno quingentesimo quinto Appio Claudio Cæci nepote, & L. Iunio consulibus, olei libræ 12. assib. uenierint. Præterea (non longe exempla petamus) Pomponius in l. 2. §. deinde cum esset. de orig. iuris. refert ædiles duos, auctore Iulio Cæsare, constitutos esse, qui frumento præessent, quos a Cerere Cereales appellarunt. sicut, & cura carnis ad præfectum urbis pertinebat. l. 1. §. ult. ff. de officio præfecti urbis. Et propterea forte posset corrigi locus apud Papin. in l. ideo condemnatus. ff. de compensa. dum legitur, quod acriorem annonam ædilitatis tempore præbuit, ut scribamus, auctorem annonam ædilitatis tempore. Eodé modo castiga offendiculam apud Modesti. in l. Titius. in princ. quib. mo. pig. uel. hip. sol. méda est ibi. Quibus pignori autem dederit. scribendū est, Quibus

Aedilium Currulium officium.

Locus Papin.

Modestini erratum.

bus pignoris ante dederat. & hoc iudicio meo, nemo inficiabitur. item apud Pomp. in l. nuper. constitutum tit. de leg. 3. dum refert Labeonem scripsisse, etiam in futurum tempus collatum hunc sermonem, & reliqua dictio. Etiam superfluo a scriptoribus addita est, neque in uetustis codicibus reperitur. Et dum Vlpia. in l. 2. in prin. ff. ad S.C. Velleianum, sic scriptum reliquit. Quod Marcus Sillianus, & Velleius tutor consules uerba fecerunt, & reliqua. Accursus, & omnes circa hæc uerba multum inuoluuntur. Ego puto interponendam dictionem ad, seu mauis apud, hoc modo, Sillianus, & Velleius tutor ad consules uerba fecerunt, & tunc cessant glossatores difficultates, & ita inuenio scriptum in codice antiquiss. patris mei. *Pomp. locus.*

Et has maculas libuit tollere, quia hi tex. sæpe nobis in hoc libello occurrent. & quamuis minima, tñ uendicanda fuit antiquitas, etiam sine aliqua pretii spe, ut est apud Vlp. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. Obseruauit Politianus circa uerbum Diffusum, ubi diffusum restitui debere, asserit ex Pandectis Pisanis. *Vlpi. locus.*

Antiquitas in multis casibus habetur in consideratione l. ult. ff. de fid. instr. & l. semper. ff. de iur. immu. Et iō sing. decidit Bal. in l. pe. in 2. colu. uers. item quod dicit gl. C. de iur. delib. quod licet regulariter instrumenta facientia mentionem confinium inter tertias personas, non probent dominium eorum esse, de quibus asserit, tamen fallit in instrumentis de antiquo, quæ probant communem opinionem, quæ præsumitur uera l. cū arbiter. ff. de proba. quod dictum pro sing. late refert, & confirmat D. Ias. ibi in 1. col. post D. Alex. in 2. colu. & idem D. Alex. cons. 90. in causa col. 1. li. 6. & sequit etiā Dec. consi. 199. nisi s. col. 2. circa prin. Et facit quod de identitate rei per confines antiquos probanda, tradit Alex. consi. 187. in caus. col. ult. circa fi. lib. 2. Et de dicto Bal. late scribit Barb. cons. 6. sapiēter scribitur. col. 6. & seq. li. 2. *Instrumenta cōfiniū in tertias personas quando probent.*

Item ultra eos optime conuenire uidentur, quæ

tradit

tradit Dec.conf.42.in 7.col.uerf. aggredior igitur. Itē bene facit, quia antiquitas facit præsumi omnia solenniter acta,ut concludit D.Iaf.in l.2.in 2.colu.C.de testa.Dec.conf.199.præallegato,in ult.col.uerf.3.refpōdetur. Sed tamen hoc dictum Bal.limitatur fingu. nisi plura instrumenta antiqua haberent originem ab una, & eadem persona, quia hoc casu plenè non probarent. Exemplum, si producuntur plura instrumenta cōfecta ab eodem notario,in quibus inueniuntur talia uerba, Actum in tali loco talis iurisdictionis, uel etiam a diuersis tabellionibus confecta, quæ tamen contineant assertionem unius personæ tm̄,puta prælati,uel plurium quæ habentur loco unius.Ita fing.limita folus Are in c.cum causam in 5.col.uerf.sed quæritur, quod de instrumentis,extra de proba. & ad literam reassumit, & pro fing.sequitur ibidem D.Fel.in 2. col. Quod autem instrumēta sufficiant in istis factis antiquissimis, & qd, si inter se contraria,uel diuersa reperiantur, scripsi infra in uerbo,Instrumentorum pluralitas.

*Anni*uaria fuit, & est obseruatio, quia aliqui a natiuitate Domini initium sumunt, nonnulli etiam ab incarnatione. Sed illud memoria dignum est, quod qui ab incarnatione annos numerant, semper nouem menses minus afferunt,nonnulli annum, quam qui a natiuitate, cum tamen contrarium potius dicendum foret, cum incarnatio Domini præcesserit de necessitate natiuitatem, per spacium mensium nouem. Huius rei rationem nullam aliam hactenus comperi, quam quod qui ab incarnatione annum dinumerant, excludant nouem menses, illos scilicet quibus Dominus noster Iesus adhuc corporaliter uideri non poterat, ut tūc dictio. Ab exclusiua sit anni quo incarnatus est, ut eleganter Bal.declarat in l.nuptæ.§.senatores. ff.de senator. Vt proprius ad q.nostram Aret.consi.71.uisa ad. fi. Qui uero a natiuitate computāt, principium respexerint,quia iam Deus noster Iesus uideri posset, & tūc dictio A nō excludit nisi diem natiuitatis,l. a caligato.

C.de

C.de nuptijs. Nihilominus cogitandum est.

Apices iuris non attenduntur, ubi agitur de salute animæ ita sing. Arch. in cap. scriptum 6. q. 3. quem commendat Dec. in c. cum dilecta ad fi. g. in uerbo procuratricem de confir. util. uel inutil. Et ulterius dicit alibi Bal. multum eleganter in l. 5. in 2. colum. uersic. & si tu quæris C. de confessis, quod apices iuris in foro conscientiæ non excusant, Forum enim conscientiæ secundum eum, est forum boni, & æqui coniuncti, quæ perfecta iustitia requirit, ideo uocari debet tribunal ueritatis, non fictionis, & pro hoc facit text. in l. 2. ibi, sed ex conscientia C. de fideicom. per quem tex. notat ibi Bal. quod conscientiæ non conuenit, de apicibus iuris dispu tare. Vnde commissio facta super conscientia, requirit ueritatem, & satis est, quod sit munita à iure gentium secundum Bal. quod pro sing. commendant ibidem Moder. licet D. Ias. in hoc ult. teneat, quòd imò debet conscientia informari à legibus, quia commissum conscientiæ alicuius, est tanquam si esset dictum uiro bono, ut late concludit D. Alex. in l. si sic legatum in 2. columna uer. quid de uerbo conscientiæ ff. de leg. 1. D. Ias. in l. ult. colum. pen. C. unde legit. Et D. Fel. c. 1. colum. 20. ad fin. colum. 23. circa med. de const. ubi de multis similibus commissionibus late scribit. Et ubicunque aliquid committitur alicui per uerba importantia arbitrium boni uiri, tunc omnes regulæ iuris communis seruandæ sunt. Ita not. Bart. in extrauag. ad reprimendum in uerb. Videbitur cum concord. signatis per Do. Alex. conf. 33. quod incipit, Viso themate super quo in 2. colum. uer. & ubicunque in 1. lib. Et dicuntur Apices iuris, puta, quod quis non possit esse arbiter uel procurator, ut in q. gl. in d. c. cum dilecta. Et declarat Lud. Ro. sing. 704. tu audiuisti, ubi illud dictum Arch. reputat sing. uel quando intentata est actio directa, cum tantum competeret utilis, uel si iudicium sit agitatum sine litis contestatione. Ista etiam dicuntur de apicibus iuris secundum Aret. in §. in bonæ fidei, in pe. col. uer. qu id

Conscientia à legibus informanda.

quid si dicatur.Inst.de actio. Itē exceptio excussionis, uel præposterationis dicitur. de apicibus iuris, glo. est sing.in l.si mancipium §.1.in uerb. Actū esset, ff.de euictio.quam pro sing.citat, & sequitur D. Alexand. post Rom.in l.si constante in prin.colu.14.uersi. adde quod Rom.hic ff.solu.mat.& citat D.Maria.Socy.consil.24. uisis ac diligenter.col.pen.ad fin.& seq.lib.1.Et in effectu concludit etiam Aret.in cap.dilecti in 2. colu. uer. circa principium, de iudic.Dec.consil.27.colum.fi.Itē iuramentum testis, & feriæ in honorem Dei inductæ sunt solemnitates iuris positiui, & propterea reiectæ, intelligitur, ubi agitur de æquitate, & facti ueritate, attenta, Bart.in l.filiusfa.colum.1.ff.de dona. Ex his inferebat singu.Ange.in l.cum quis decedens §.codicil lis.ff.de leg 3.in aliquibus suis reportatis, quod adeo leges fauent animæ, ut relictum pro male ablatis, & sic pro exoneranda anima non possit reuocari, quia habet uim debiti confessati, tanquam confessatum parte præsente, & ideo ex eo non deducetur Falcidia, cum in uirtute debiti consistat, non legati. quod dictum pro singu.refert, & confirmat latè Andr. Sicul. in repe.l.cum acutissimi in 123.colum.uersicu. quid si testator dixit hoc modo C.de fideico. quod bene nota ad materiam l.si quis in prin.testamen.in prin.ff.de leg.3. ubi Barto. & scrib. adhuc nesciuerunt inuenire modum, qui mediante testator condat dispositionem, quæ sit irreuocabilis. nam hic est optimus, & singularis casus de quo etiam non fuit memor Bar. Veron.caut.178.ego dixi, ubi tradit aliam cautelam adeò difficilem, & inuolutā, ut sibimet non placeat. Et idem fecit Ang. Aretinus in tracta.de testa.colum.227.in glo.in uerb. & si contingat, uer.quæro an sit.ideo hoc dictum Ang.est perpetua memoria dignū.Et hoc ante Ang.tenet Bal.singu.in quodam consi.suo incip. Philippus Lello de Castro per ea, quæ habentur per Io.And. in nouella, in c. quanquam de usu.lib.6. Et in specie reassumit Vital. in tract.clausularum, in materia illa quādo enunciatiua

[Margin notes: ...egat. p ...onerā- ...a consc. reuoca- ...ile. — ...est. quo ...is pos- reuo- ...ari.]

ua uerba in ultimis uoluntatibus disponant in pen.col. Et hæc indubitanter procedunt in tribus casibus, uidelicet, si esset iuratum, secundò si notarius fuisset stipulatus recepisse nomine Titii, tertio si fuisset facta Titio præsente,& recipiente: ut late firmat D.Fel.in c.olim col.4.uer.fallit 7.de rescrip.& latius in cap.si cautio colum 7.uer.tertia declaratio extra de fid.instru.ubi duos alios casus addit.Est uerum, q de præsentia non sit necessaria,imò confessio facta absente parte, pro exoneratione conscientiæ præiudicet. Tenuit Bal.in l.generaliter colum.pen.in 10.q.C.de non num.pec. quẽ retuli infra in uersi.Confessio potest. Neque uideatur tibi mirum quod in ultimis uoluntatibus contrahatur stante fauore animæ, quia etiam sublato fauore animæ,idẽ uidemus in casu sing. tradito per Bart.in l.nemo põt, colu.1.circa princ.de leg.1.de quo scripsi infra in uer. Testatorem inducere.

Secundò idem uidemus in testatore qui in testamento suo disposuit de bonis sibi relictis, hæreditate non dum adita,nam solum disponendo de talibus bonis,uidetur adire,& talis aditio non reuocatur,licet testamẽtum infringeretur per testatorem, secundum Bal. Sali.& moder.post Bar.qui dicit, se tẽpore mortalitatis practicasse in l.si auia C. de iure delib. Et de confessione, quod non reuocetur per mutationem testamenti, patet ex his quæ late consuluit Barba.consi.54. Clementissimi Dei patris in 2.lib.ubi oĩno uidetur. Et potest hoc dictum Ang. confirmari ex his quæ in notab.q.scribit Bal.ex cuius dictis possunt ẽt colligi duæ aliæ cautelæ in c.2.in 1.col.uersi.extra ꝓpono de feudo dato inuicẽ l.cõmissoriȩ tenendo,q testamentũ in sua q.ualeat in fauorem pauperum,ut latè tenuit D.Ias.in l.stipulatio hoc modo concepta in 3.col.uer.circa istã q.ff.de uerb. obl.nã Bal.ibi super illa quæstione reliquerat cogitandum,sentiens optimè quam periculosa, quamq; difficilis sit in iure determinatio,& inter diuersa, & cõtraria certa electio,tñ hoc potius subire periculum debuerat

Bal.

Determinatio ĩ iure periculosa.

Bal. qui fuit consumatissimus Doctor, quam permittẽre studentes in ambiguo uagari. Hoc dixisse uolui, quia contrariam opinionem, scilicet, q; testamentum in q. Bal. non ualeat, uidetur tenere D. Alexan. in l. 1. §. si uir in 3. col. ad fi. ff. de acq. pos. Et idem etiam uidetur uelle concludere Bal. ubi dubium suum postea soluit in l. ex testamento C. de fideicom. dum inquit, q; si non ualet contractus principalis, non ualet etiam constitutũ appositum, quod dictum multum magni facit Do. Ias. ibi, ut etiam retuli, infra in uerb. Constitutum, & ideo bene animaduertendum esset in iudicando, uel consulendo, propter D. Alex. integerrimam auctoritatẽ, quæ quanta sit, nemo est qui nesciat. Et quia quod multipliciter dicitur, eius ueritas ignoratur, teste Boetio, quæ ita citauit Bal. in l. data opera in 9. colum. uer. super situ C. qui accus. non poss. & in l. 1. ad fi. C. de bon. poss. secundum tabul. & in l. precibus colum. 6. uersi. dixi ergo de duab. C. de impube. & al. sub. Secundò potest etiam pro confirmatione adduci illud quod sing. decidit D. Abb. Panor. in proœmio Gregorii, in ulti. colũ. de quo scripsi supra in uerbo, Absens. Tertiò bene facit, quod notab. dicebat Bal. consil. 265. uerba testamenti ita dicunt in ult. uerbis, in 1. libro ubi eleganter dicit, quod pro iustitia naturali est, semper seruare testamenta quãtum possunt, & maximè ad pias causas, in quibus non est de apicibus iuris disputandum. Et hoc dictum Bal. commendauit superioribus diebus præceptor meus D. Ias. in uno consilio suo, in causa, & lite uertente inter hospitale magnum Landæ, &c. in ultima charta. Et est num. 155. lib. 4. Proinde laudatur Laberii sententia dicens, Nimium altercando ueritas amittitur. Et dicit alibi Bal. in l. precibus colũ. 6 uer. dixi ergo de dua. C. de impub. & al. sub. quod propter nimiam subtilitatem sæpe erramus, & quia testatoris animum non uidemus. Quartò potest confirmari per aliud sing. dictum Ang. in l. non enim per illum tex. tum gl. ff. de inoffi. testa. de quo late infra in uerb. Testatore inducere. Ad

Constitutum uitiatur uitiato principali contractu.

Testamẽta seruari debent quantum possunt.

unum tamen animaduertendum est, dum dixi legatum pro male ablatis non minui per Falcidiam, quia declaratur per Bar.in l.qui uxori in prin.ff.de aur.& arg.leg. ubi late D.Alex.in additionibus,& idem D.Alex.consi. 46.incip.habita super his,col.pen.ad fi.lib.1.& cons.18. non minuitur, lib.4.procedunt ubi de debito constaret per testes,uel instrumenta.

Apostata non potest esse episcopus,etiam si Papa est ignorans apostatam promouerit.Ita sing.tenet Bald.in rep.l.Barbarius Philippus in 6.col.uers. sed quid de seruo.ff.de offi.prætor.& in c.at si clerici,colum.pen. post princ.de iudic.quæ uerba dicit Do. Fel. si alibi non legisse in c.sciscitatus,in 1.col.ad fi.extra de rescript. Et ponit Firmian.in tract.de episcopo, in 1. parte 2. libro in 35.quæst.ubi etiam concludit, quod non potest esse doctor tenendo,illam opinionem,quod doctoratus sit dignitas,de qua in c.quanto , de magistris , & in locis uulgaribus , quos in pulchra quæstione citat Alexand. consi.94.incip.consideratis his,col.2.uersic.sed ita est, lib. 1. Et dicitur apostata,qui ad seculum rediit,& professionem dimisit,non qui ad maiorem religionem trãsit,ut notatur per Arch.in c.pe. 50.distin.& Bal.in d.c. isti clerici,in 2.col.circa prin.Et per Practic.Papiens.in forma libelli quo agitur in actione reali, in gl.in uerb. ueris,& legitimis titulis in 6.colum.uersic. in apostata quid iuris.

Apostata non potest esse doctor.

Apostata qui.

Appellatione interposita nihil innouandum est.l.1.ff. nil noua appe.interp.& cap.appellatione interposita,in prin.2.quæst.6.tractant omnes in l.1.C.de bono.poss.secundum tabul & ideo sing.dicit Bal.in rub.C. comminatur episcop. quod si quis timet ne contra ius ponatur ad torturam, debet appellare, & propterea confessio exinde facta non ualebit , neque in hoc debet expectari, quòd per superiorem fiat inhibitio iudici, cum mora periculosa uideatur.Et hoc dictum Bald.pro eleganti ualde commendat Bar.Veron.caut.325.quæ incip.si quis timet.Et pro sing.citat D.Ias.in l. 1.col. 19.

circa

circa fi.ff.de offi.eius cui mã.est iurisdic. & reassumit in l.de pupillo §.si quis riuos ante finem. ff. de ope. noui. nuncia.ubi dicit, notandum ad limitationem regulæ, quæ habet quod iudex à cuius interlocutoria, uel grauamine est appellatum,potest procedere non citato amplius appellante,c.ultimo de dolo,& contumacia libro 6.tradunt Bar.& scrib in l.qui Romæ §.Seia. ff.de uer. oblig.Imò plus decidit sing.Ang.in l.addictos C. de appella.quod si spreta appellatione iudex procedere uellet ad supplicium,potest sibi de facto resisti, cum periculũ sit in mora.Et hoc dictum Angeli dicit singulariter notandum Bar.Veronen.pro differenda executione condemnati,per remedium appellationis in caute.6. potes adhibere,& Do.Fel.in c.quærenti col.penult.post principium,de offic.deleg.ubi etiam ponit alios modos differendi executionem criminalem.Prædicta regula limitatur per Doctores in locis communibus multis malis, & 7.limitationes posuit Corsetus in suis sing. in uerb. Appellatio. Vnam etiam nota quam ponit Lud.sing. 262.ubi dicit literis aureis scribendam, & æterna memoria dignam,de qua tamen uide Bar.& Alex.in l.presẽs.C.de appellatio.

Appellari non licet de iure ciuili a sententia possessorii l.1.C.si de mom.pos. fuer.appel. quæ l. est canoniz. 2.quæst.6.cap.ult.§.de poss.& consuluit Dec.cons.28. per totum, sed illam regulam sing.limitauit Bald. non procedere, quando quis uellet appellare ab inordinatu processu.in c.ex conquæstione.in 1. columna extra de rest.spol.ubi reputat nota.dignum,&pro sing.commendat D. Iason.in l.1.in 3.not.C.de bon.poss.secundum tab. ubi refert aliam sin.fall.quam ponit Bal.in l.prius sententiam,in 2.col.uersiculo pone ergo.C.de sent.ubi post Innoc.& Guil.de Cun. limitabat, non procedere quando iudex talem appellationem de facto admiscet, quia poterit in tali appellatione obtineri iuxta illud uulgatum, Multa facta tenent,quæ fieri prohibentur. l.patri furioso.ff.de his,quæ sunt sui, uel alieni iur. & c.ad

Multa facta tenẽt quæ fieri ꝓhibẽtur

c. ad apostolicam, de regularibus. Et hanc limitatio. Bal. etiam pro sing. approbat D. Ias. ubi infinita simi. lia recollegit in d. l. patre furioso. in 5. not. cum his quæ latè cumulat Bart. Veron caut. 341. quæ incipit, stante statuto, & pro sing. sequitur Ias. consil. 187. circa primum, col. 2. lib. 2. & D. Alex. consil. 2. incip. conside ratis, col. ult. libri 3.

Appellari non licet à sententia lata de consensu partium, in ipso die contractus. Ita sing. Bal. in c. p. & g. in 3 col. uer. quæro pone. extrà de offic. deleg. Vbi ex hoc infert post Ioan. Andr. quod si mercator cui mutuauit pecuniam, subijciat se iurisdictioni episcopi, & propterea episcopus immediate eidem mercatori præsenti, & acceptanti mandauit, quod sub pœna excommunicationis solueret ad certum terminum, quam ex nunc prout ex tunc, protulit in scriptis, non poterit à tali sententia interim appellare, sed omnino parere cogitur, & hoc secundum Bald. alibi non reperitur, & pro sing. etiam commendat, & sequitur D. Ias. in l. si conue nerit, col. 4. in 3. limit. ff. de iurisd. om. iud. Tamen in contrarium facere uidetur, quod singul. tenuit Perus. in cap. ad hæc, el 2. extra de appellatione, quod licet per pactum ante sententiam appellationi renunciari possit, ut l. ult. ad fin. C. de temp. ap. & no. Ludo. sing. 783. communis conclusio, tamen hoc secundum eum procedit, quando specialiter, & expresse renuntiatur appellationi: secus, si quis simpliciter promittat stare sententiæ iudicis, & cum iuramento, per glos. expressam in cap. quod bene 6. q. 4. Per quam generalius infert, quod si quis promiserit stare sententiæ Titii, qualiscunque esset, non tamen prohibetur appellare, quia cum requiritur specialis renunciatio, non sufficit generalis. Et in hoc reprobat Bald. contrarium tenentem in l. tale pactum, §. qui pronocauit, in 6. col. uersi. quærit glo. de eo. ff. de pact. in repet. Sed eum in hoc defendit Dec. in d. c. ad hæc, in ult. q. Et ex dictis per eum post Bald. apparet, quod sing. dictum Bal. in d. c. p. & g. potest opti

Appellationi, an possit ante sniam renũciari

me defendi,cum in tali ſententia non poſſit ſubeſſe iniquitas. Et hæc ſunt memoria digna,in materia appellationum. Et addenda ad ea quæ tradit D.Fel.in c. ſi diligenti,in 2.colum.uerſ.ſextum corrolarium,extra de for.compet poſt Ang.conſil.197.incip.A,& B,contraxerunt.in 1.& 2.col.

Appellatione deſerta poteſt uictor adire iudicem, à quo & petere, ut citato appellante mittat ſententiam ſuam executioni,& niſi appellans doceat, quod proſequutus ſit appellationem, poteſt iudex procedere ad executionem, neque eſt neceſſe, quod iudex ad quem pronunciet appellationem deſertam, & hoc modo euitabitur magnus circuitus, ita ſingu. Ang. Baldi frater in l.ſi contra maiorem,per illum text.ſing. quem dicit infinitis uicibus practicaſſe. C. de appella. & eius uerba pro aureis commendat D.Fel.in cap.ex parte,el 2.in 6.col.uerſic.declara tamen, extrà de reſcrip. Et tradit D.Felin.in c.ex ratione,col.2.de appell.& eſt notab.dictum Bald in l.2.in fin.per illum tex.quem dicit meliorem de iure. C. de temp.appell.& tradit Bart.in l.1.in fin.ff.nil nou.appella.pen.& Dec.conſil.97.col.2.Et bene facit,quod notat Matth.notab.29.nota quod appellans. Et adeo inualuit conſuetudo, ut iudices a quibus appellatur, aſſignent terminum ad faciendum fidem de proſequutione appellationis,& ſine pœna, & reprehenſione poſſint ſuas ſententias exequi,ſi non conſtat eis de proſequutione facta.Ita dicit ſing. Fede. de Sen. in conſil.28.punctus quæſtionis talis eſt,in ult.uerbis. Et talis executio nunquam retractabitur, niſi demum lata ſententia in cauſa appellationis iudicatum ſit, bene appellatum,& male iudicatum,ſecundum Bart. Veronenſ.caut.87.5.cautela.ubi ponit aliquos modos artificioſe compoſitos,quib.iudex à quo,uti poteſt,ut appellatio deſerta remaneat, & ante eum aliquos tradit Matth.not.21.nota practicam qua uti poteſt &c.

Aqua eſt terræ, & fructibus neceſſaria, ut in diuina ſcriptura, Et anima mea ſine te,ſicut terra ſine aqua.

& circa

& circa hoc unum occurrit memoria dignum. nam in fine anni præteriti, ab idib. Decembr. uſque ad idus Aprilis ſubſequentis nunc in agro Mediolanenſi, & tota Inſubria nunquã pluit, & tamen fructus hoc anno uberrimi prouenerunt, ut mirari liceat Liu. lib. ult. ad fi. belli Macedonici ſcripſiſſe, maximam fuiſſe penuriam, eo, quia per menſes ſex nunquam pluiſſet: niſi fortè talis ſiccitas inciderit in menſib. Septembris, & aliorũ menſium ſequentium.

Arbiter cui data eſt poteſtas procedendi ſummariè, & de plano, poteſt nihilominus procedere ordinariè, & eius proceſſus ualebit. ita ſing. decidit Bal. in l. nulla, circa fi. ff. de leg. argu. illius, tex. & eorum quæ ſing. tract. Innoc. in c. nouit in prima col. poſt prin. extra de iudic. ubi dicebat, quod ſeruare ordinem iudiciarium non poteſt nocere, & reaſſumit Bal. in l. teſtamentum in 3. not. C. de teſta. & utrunque dictum commendat latè tractans D. Feli. in ca cum dilecta in 14. colum. in 5. amp. extra, de reſcrip. Et ideo per illud ſing. dictum Inno. decidit eleganter Bald. in l. obſeruare §. proficiſci in 14. q. in 5. col. ff. de offic. proconſul. & leg. quod ſtatuto permittente, ut in ſindicatibus non ſeruetur ordo: ſi tamen ordo ſeruaretur, ualebit proceſſus, quia ſeruare formam non nocet. Quod ultimum ſequitur etiam D. Fel. in d. c. cum dilecta in 23. colum. uerſic. demum ad ornatum. Et hæc adeò uera ſunt, ut procedãt etiam ſi in ordine eſſet peccatum, quia per hoc non uitiatur proceſſus. Ita per illum tex. decidit Bald. in l. 3. ff. de mil. teſtam. circa prin. uolens, ꝙ ſi arbitrator proceſsit ut arbiter, & errauit in proceſſu, quod talis error non noceat laudo. & eum ſequitur D. Feli. in c. examinata col. 8. uerſi. Aret. autem. & colu. 9. uerſi. pro Innoc. ratio de indic. & in c. ne ordinem colu. 2. de reſcri. & confirmari põt ex his, quæ tradunt paſsim Mode. in illo articulo, quod actus non requiſitus de neceſsitate, ſi tamen interueniat, non uitiat, de quo uide inter alios D. Iaſ. in l. uinum in pen. & ult. col. ff. ſi cer. pe-

Ordinem ſeruare non nocet.

ta.& in l.edita in 1.not. C. de eden. & in l.1. in princ.in pen.col.ad fi.& seq.ff.eo.no.Ludouicus sing. 788. inci. in appellatione.Quod nota ad reg. utile per inutile de reg.iur.in 6.de qua tradit Are.conf.53.in causa matrimonii col.1.ad fi.& seq.& Ias.conf.2.col.pe.lib.3.

Arbiter debet procedere,ut bonus uir,idest non aliter iudicare quam uellet in se iudicari text. est singula. quem ibi adhoc dicit meliorem,de iure Bald.in l. 1. ff. de solu.& pro sing.ad hoc eum commendat Bald. in l. unica in 1.col.C.de his quæ pe.not.tradunt D. Alex.& Mod.in l.si sic legatum in prin.ff.de leg.1.& Do. Fel. in c.1.in pen.col.uers.4.not.extra de consti. Et ideo singu. dicebat Bald.in l.3.in ult.q.C.de testib. quòd licet arbitri data esset potestas procedendi de iure, & de facto, non tamen debet uigore talis arbitrii credere testib.qui nullam rationem dicti sui assignant,uel malam, quamuis posset adhibere fidem secundum conscientiam, eo casu quo reddita non esset plena,sed tamen persuasiua. Quod ultimum pro not.commendat,& seq.D.Fran. de Are.in conf.84.diligenter ponderatis his in 2.col.ad fi. & pro sing.reassumit idem Are.in l. eũ qui §.filius in 2. no.ff.de acqui.hær.& in conf.61.in causa illorum ad fi. & D.Ias.in l.cer.condict.§.si nummos in 6.col.ff.si cer. pet.& Dec.conf.11.quoniam iudicantium responsa. in ul.col.& conf.37.incip.in causa rigorosæ inquisitionis in 2.col.uers.in primis,& alibi sæpe,& est memoria dignum ad declarationem eorum quæ de ratione per testem reddenda,retuli inf.in uerbo testis, & quæ tradit Lud.Ro.in l.1.in princ.in ult.col.de ope.no.nun. Tamen aduertendum est, quia Bar.conf.172.quod incipit, dubia in 5.dub.consuluit, quòd licet data sit licentia procedendi sola facti ueritate,tamen debet iudicare de iure,& eum sequitur Lud.Ro.conf.248.ex sententia. Et est memoria dignũ,& ex facto cũ incidisset,ita obtinui.

Arbiter uel arbitrator possunt condemnare de fructib. & expensis, licet in compromisso de his actum non sit.& etiam dare dilationes, quamuis in compro-

missO non contineantur, quia in consequentiam ueniunt, ita sing. Bal. in l. 1, in 2. col. C. si a non comp. iud. fuer. appell & pro sing. reassumit D. Ias. in l. 4. in 2. col. circa prin. ff. de transf. & latè firmat Lanfr. in tractatu de arbitrio, in 26. q. ultimæ partis.

Arbiter cui data est potestas prorogandi compromissum etiam absentib. partib. & ignorantibus, non potest tamen efficaciter dici prorogasse, nisi saltem postea quam prorogatio facta est, partib. notificetur, ita sing. Bal. in l. eos, §. apostolos, in 2. col. uers. quæro nunquid iudex, C. de appell. ubi dicit se ita consuluisse quod est bene notandum secundum D. Felin. in cap. 1. in pe. col. uersic. 33. not. extra. de constitutionib. & in c. Rodulph. col. 29. circa medi. de rescrip. & secundum Aret. in cap. dilecti in ult. uerb. de iudic. ubi etiam Fel. colum. 2. uers. quid si dictum, post Lud. Ro. in Repet. Rub. ff. de arbitris, in 7. col. 17. q. & pro sing. reassumit Do. Iason. late examinans in l. nec quicquam, §. ubi decretum in 9. colum. uers. iuxta prædicta, & col. seq. ff. de inoffi. procons. & leg. & communiter tenetur, ut latè per Dec. consil. 39. iuridicam, in 1. col. & pro sing. etiam seq. Alexand. consil. 63. in causa, & latè ad fi. lib. 3. & licet ipsi non allegent, ita consuluit Bal. in cons. 350. uerba compromissi, in 2. col. uersic. modo uideamus, in ult. lib. & D. Alex. consil. 34. uiso themate isto col. ult. uers. super eo lib. 1. Et idem de sententia, quæ si feratur parte non citata, est nulla, licet in compromisso dictum sit, quòd posset iudicare partib. absentib. dicit Lud. Ro. sing. 273. quòd incip. compromissum est, ubi ita dicit, se pronunciasse per singulare dictum Speculat. in 1. parte, in tit. de arbitro & arbitratore, §. excipitur, uersic. sed pone quid sit actum ut partib. &c. Sed hoc ultimum limitatur procedere quando tempus ad ferendum sententiam, uel laudum appositum est, per legem uel statutum, secus, si per iudicem, uel partes, ut eleganter decidit Bald. dicens se ita consuluisse, licet contrarium fuerit obtentum, propter erroneum consilium unius bestiæ

 humanæ

humanæ, a cuius sententia non poterat ex forma statuti appellari, in autentic. ei qui appellat, in 2. col. circa prin. C. de temp. appellatio. Quod dictum pro notabili commendat Lanfran. de Oriano in commento c. quoniam contra falsam. col. 12. uers. sed pone factum est cõpromissum, extra de probat. Tamen arbitratori potest dari facultas procedendi etiam parte absente. tex. est in l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arbit. & consuluit Ias. consi. 12. ad fi. lib. 1.

Arbiter non potest præcipere, ꝙ donec soluatur mille scuta debita, ꝙ soluantur quinque pro centesimo in anno, quia est usura. Abb. in c. cum contingit. col. 1. de arbit. ubi allegat solenne dictũ Bal. in c. 1. §. simpliciter, col. 2. de controuers. inuest. sequitur Dec. consi. 39. col. 2. post Alex. cons. 91. uisis actis. col. 2. lib. 2.

Salictũ quid. *Arbustum* locus est in quo arbores sunt ad fructum consitæ, sicut salictum in quo sunt salices. Hoc arboretum aliqui uocant, ut tradit Aul. Gell. & apud nos Fel. in c. Rodulph. in 17. col. circa med. de rescrip. Ab eo fit Arbusto uerbum, quod est agrum arboribus consero ad meritandas uites. Pli. Transpadana, inquit Italia, præter supra dicta, cornu, populo, tilia, acere, orno, *Pauli locus.* campino, quercu, arbustat agros. Meminit etiam apud nos Paul. Iureconsul. in l. impensæ necessariæ titu. de uerbo. signifi. cuius uerba uariis modis proferuntur, in illo exemplo, arbusti pastinatione, sunt enim qui legũt, arbusta pastinationes, sed uetusti codices, arbusti repastinatione, & hoc modo retulit Paulum in aliis Memorabilibus.

Quo autem modo arbustum sit faciendum, docet Plini. & Columella. unde uitis arbustiua, & uimen arbustiuum, quod ex huiusmodi arboribus est collectũ.

Pastinũ quid. Pastinum autem uocant agricolæ, ferramentum bifurcum, quo semina panguntur, ut inquit Colum. in 4. unde etiam repastinari dictæ sunt uineæ ueteres, quæ refodiebantur. Hæc enim propria appellatio restibilis uineti erat. Nunc antiquitatis imprudens & ignara

consuetudo

consuetudo, quicquid emoti soli uineis præparatur, repastinatiuum uocat. unde quidam repastinari agrũ dicunt, cuius natura fodiendo mutatur. Plin. lib. 19. Præcipuus fit caulis sapore ac magnitudine primus omniũ, si in repastinato seras. Idem lib. 18. Poma, inquit, serãtur, inseranturq́; uineæ pastinentur, semina degenerãtur. Colum. lib. 3. tamen in terram bene pastinatam & stercoratam rectum sarmentum defigito. Hinc repastinatio pro renouatione quandoq; capitur, unde etiam per translationem dicuntur libri repastinationum. *Repastinatio.*

Istam puto fuisse mentem Paul. ex hisque clarè colligere poteris, quid uoluerit Iureconsultus in l. semp. §. 1. ff. quod ui, aut clam. & in l. diuor. §. ulti. ff. solu. matri. licet Glossator noster exponat pastinam, id est plantationem arborum iuxta flumen ne terra ruat. quam expositionem quia egregia est, repetit in l. expensæ necessariæ supra allegata, fretus adagio, Bis terque pulchra. *Accursii error.* *Bis terq; pulchra.*

Argentum purum putum quid esset in fœdere quod inter P. R. Cartaginenses factum & scriptum inuenitur, ut Cartagin. quotannis P. R. darent certum pondus argenti puri puti, quæsitum fuit ab Alpheno Iureconf. Seruii Sulpitii discipulo, rerumque antiquarum non incurioso. is in 34. uol. Digestorum, Coniectaneorum autem 2. ut refert Aul. Gell. respondit, purum putum ualde purum, sicut nouum nouitium dicimus, & proprium propitium, augere atque intendere uolentes noui atque proprii significationem. Hoc ubi legimus, mirabamur, inquit Gellius, eandem affinitatem uisam esse Alpheno puri & puti, quæ sit noui & nouitii, Nam si esset puritium, tum sanè uideretur dici quasi nouitium. His ergo assentimus, qui putũ esse dicunt a putando dictum, & ob eam causam prima syllaba breui pronunciant non longa, uti existimasse Alphenus uidetur, qui a puto id esse factum scripsit. Putare autem ueteres dixerunt, uacãtia ex quaq; re, ac non necessaria, aut ẽt obstãtia & aliena auferre & excidere, *Purũ putũ quid.* *Putare quid.*

& quod esset utile, & sine uitio uideretur, relinquere. Sic namque arbores, & uites, & sic etiam rationes putari dictæ. Verbum autem ipso Puto, quod declarandæ sententiæ nostræ causa dicimus, non signat profectò aliud quàm id agere nos in re dubia obscuraq; ut decisis amputatisq; falsis opinionibus, quod uideatur esse uerum, & integrum, & incorruptum, retineamus. Argentum ergo in Charthag. fœdere putum esse dictum, quasi exputatum excoctumq;, omniq; aliena materia carens, omnibusque ex eo uitiis detractis emaculatũ, & candefactum, proinde scribit Liuius per initia lib. 2. de bello Macedonico, Carthaginenses eo anno argentum in stipendium impositum, primum Romam aduexisse, id quia probum non esset, quæstores renunciauerant, experientibusq; pars quarta decocta erat. pecunia Romæ mutua sumpta, intertrimentum argenti suppleuerunt, de hoc Carthag. fœdere cum Romanis, lege Liuium ad fi. 2. belli Punici. ubi refert pacem datã cum hoc, ut præstarent 10. milia talentum argenti, descripta pensionibus æquis in annos 50. soluerent. Scriptum est autem purum putum non in Charthaginensiũ solum fœdere, sed cum in multis aliis ueterum libris, tum etiam in Q. Ennii tragœdia, quæ inscribitur Alexan. & in Sat. M. Varronis quæ inscripta est δὶς παῖδες οἱ γέροντες, id est bis pueri senes, & apud Plautum in pseudo: Purus, inquit, putus est ipsus, & Iuuenalis, secundum ueram lectionem, Pauca licet portes argenti uascula puti, licet nonulli purum legendum cõtendant, secuti Gellium, qui in puro primam corripit, ut superius retuli. M. etiam Varro de lingua lat. Disputatio, inquit, & computatio a putando dictæ, quòd ualet purum facere. ideo antiqui purum putum appellarunt, & putator, qui arbores puras facit. refert & Festus Põp. quod antiqui putum pro puro dicebant. vnde putatæ uites, quòd decisis impedimentis remanerent, & purũ aurum putum dici solet, id est repurgatũ, de quo quoque Nonius Marcellus in libro de proprieta. sermonũ;

Puto.

Putator qui.

Putus,

Putus, inquit, a putando dictus, hinc putari arbores dicuntur. Columel. lib. 2. Neque arent, neque uitem, aut arborem putent: Auctoritatem uero hanc Alpheni, quam refert Gell. equidem ausim affirmare hodie in Pandectis nostris non reperiri, ab illis fortè resecatam qui Digestorum libros in breuiarium redegerunt. Tamen si coniecturæ locus est in hac re, puto Alphenum de hoc sensisse in tractatu suo, quem nunc habemus in titulo locati, in l. in naue Saupheli, cuius l. posteaquam mentio facta est, obiter mendam corrigamus. Veluti cum argentum, inquit pusillatum (sunt qui Pastillatũ) ut in formæ argentum, & in massam aurifici datũ fuisse intelligamus, nam ut scripsit Pomp. Pastilli massæ sunt cuiuslibet materiæ, unde pastilli medicinales, Flac. Ser. 1. Pastillos Ruffinus olet. Quidam etiam Pustulatum argentum hic legi debere contendunt, pro purgatissimo, excoctoq; de quo Sueto. in Neronis uita. Exegitq; ingenti fastidio, & acerbitate nummum asperum, argentum postulatum. Et dum subdit, Aut aurum anuli, ut loquutio sit præcedenti similis, interponenda est dictio, Vt, aut aurum, ut anuli. Et paulo post, Quòd si separatis tabulis erronib. aut in alia culpa clausum. castigandum, Quod si separatim tabulis, aut beronib. (seu mauis Peronibus) aut in alia cuppa clausum. Berones enim sunt sacci, sic uocitati á pera, quasi perones. Plin. lib. 36. de templo Dianæ Ephesiæ uerba faciens: Summa miracula, inquit, epistilia tantæ molis attolli potuisse, id consequutus est architectus ille beronib. arena plenis. nisi tamen apud Plin. Peronibus legere malimus, ut aliqui contendunt, & hoc uerbo usus est Vitruuius in 5. dum inquit, Et inter destinatas arcas creata peronibus ex ulua palustri factis calcetur. & de hoc instrumento sensit Iureconsultus hic. neque te decipiat, quòd in alio significatu quandoque reperiatur, ut apud Ver. Aen. 7. Vestigia nuda sinistri instuere pedis, crudus tegit altera pero. vbi Seruius grammaticus positum dicit pro rustico calciamento, quod

Locus Alpheni.

Pastilli.

Berones.

Perones.

quod apud quosdam Græcos pro armorum genere usitatum fuerat, & in hoc significatu etiam dixit Iuuenalis, Nil uetitum fecisse uolet, quem non pudet alto. Per glaciem perone tegi. Persius 5. Satyra, Nauim si poscat sibi peronatus arator. Paro etiam ut scripsit Pomp. quandoque pro nauigii genere ponitur, unde etiam hodie nauium magistri, Parones lingua uernacula uocitantur. Et quod subdit Iurecõs. Aut in alia cuppa clausum, de cuppis (ne bis idem repetam) dicam infe. in dictione, Vinitor.

Paro.

Parones.

Argento facto contineri uasa argentea, ueluti parrasides, tabulas, trullas, pelues, & his similia, scriptum legitur apud Pomp. in l. & si non sunt. §. 1. titu. de aur. & arg. leg. Sed hic locus etiam cæcis mendosus potest uideri, licet Mafeius Vegius uir alioquin eruditus, in libello suo de uer. sig. non animaduerterit. Puto legendum Paropsides, matulas, trullas, & reliqua. Paropsis græca dictio, a παρὰ & ὄψον i. ad cibum. est enim proprie iuris genus, auctores Pollux, & Eustachius, sed pro obsoniorum lance, ac uase ponitur a Iureconsulto, ut etiam apud Iuuenalem Satyr. 3. Quam multa magnaq; paropside cœnat. & ideo legimus in lugubri Euangelio. Qui mecum manum in paropside intingit, is me traditurus est Matth. 25. sed Mar. 15. catinus uocatur. Martialis, Quæ portat, gaudens ancilla paropside rubra. Idem, Sic implet gabatas paropsidesq;. Tranquil. refert Galbam ordinario dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate, ac diligentia porrexisse. Matulas autem, non tabulas legi debere coniicio, quia præterquam, quòd de tabulis intelligere esset absurdum, nec conueniret præced. hoc etiam apparet ex illo Varronis de uita patrũ, Dum, inquit, postullaret trulleum, matellionem, peluim. Quid autem sit matula, scripsi infra in dictione Matula.

Pomp. locus.

Mafei Vegii error.

Paropsis

Catinus.

Aarmorum offendibilium appellatione ueniunt gladii qui ad calamos aptandos, uel ad mensam parantur.

Gladii ad aptã.

gl.

gl.est sing.in auctentica de armis.in gl.antepe. quæ nō est alibi in iure, secundum Angel. in pulchra q. in l. si pignore.§.furem ff.de furtis. & pro singu. commendat Anan.in c.lator.circa princ. extra de homicidio. & D. Alexā.in l.ultim.ff.ad l.Iuliam de ui pub. & late scribit D.Fel.in c.ita quorundam, in 1.colu.ad fi. & seq. extrà de Iudæis.ubi inter alia dicit, quòd dictum Ang. in d. §.furem, est singulare. Et est memoria dignum, ad statuta prohibentia portationem armorum, quia propriè secundum Angel. non ueniunt nisi ea, quæ prin cipaliter inuenta sunt ad usum offendendi. & pro illa singu. glo.uidetur esse tex.in d.c.lator.in uerbo, cultellus. *dos calamos, & ad mensam.*

Et notabis, quod licet regulariter armorū usus prohibitus sit omnibus tam laicis, quàm clericis, ut in rub. & in nigro.C.ut armorum usus inscio principe interdictus sit lib.11. & tradit Corn.consil.20. uidetur in præsenti casu, in pen.col.in 3.lib. & de rusticis notat Lud. Ro.sing.267.incip.prohibitum est, tamen potest potestas propter partialitates, uel factiones, uel bellum imminens, permittere armorum usum contra dispositionem etiam iuris municipalis, quod iurauerat obseruare.ita sing.Bal.in rub.C.qui admit.in 1.col.uersi.quandoque.quod pro singu.refert, & sequitur Soci reg.30. & late commendat And.Sicul.in repetitione dictæ rubricæ in 23.col.& plurib.seq. ubi in proposito aggregauit 40.simi.commendat etiam idem Barbatius in tract. de præstantia Cardinalium in 5. q.2.partis. in 3. col. ad fi.& seq.& latius pro singul. reassumit in ult. quæst. eiusdem partis in 1.col.& ibi inter alia refert sing. dictum Nicolai de Neapo.in l.ult.C.de proximis sacror. scrinio.lib.ult.dicentis, quòd euntes rus ad uidendum possessiones, possunt arma portare.& idē dicunt Doc. in eo qui portat arma ligata.per tex. sing.in c.1.§.mercator.de pace tenenda in usibus feudorum. Sed iudicio meo tex.ille parum probat. Nota tamen, quia ita Venetiis obseruatur, ut firmat Bal.ibidem in §.si quis rusticus & sequitur Soci.dicta reg.30. *Armorū usus prohibitus oībus.* *Arma ligata.*

Ar-

Arrogationis formam, & differentiam inter eam, & adoptionem, legebam superioribus diebus fortè apud Caium in l.2.tit.de adoptio. quum statim uenit in mentem antiqua forma arrogationis, uerbaque ad eius speciale usum excogitata: quæ quoniam scitu, & memoria digna arbitror, subiiciam. Aul.Gell. Noctium Atticarum lib.5 Quum in alienam familiam, inquit, inque liberorum locum extranei sumuntur, aut per prætorem fit, aut per populum: quod per prætorem fit adoptio dicitur, quod per populum, arrogatio. Adoptantur autem, cum à parente in cuius potestate sunt, tertia mancipatione in iure ceduntur. atque ab eo qui adoptat, apud eum apud quem legis actio est, uindicantur arrogantur hi, qui quum sui iuris sint, in alienam se se potestatem tradũt, eiusq; rei ipsi autores fiunt. Sed arrogationes non temere, nec inexplorate committuntur. nam comitia arbitris pontificibus prębent, quæ curiata appellantur. Aetas quoque eius qui arrogare uult an liberis potius gignundis idonea sit, bonaque eius qui arrogatur, ne insidiosè appetita sint, cõsiderantur iusque iurandum à Q.Mutio pontifice maximo conceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur. Sed arrogari non potest, nisi iam Vesticeps. Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienã familiam trãsitus, per populi arrogationem fit. eius rogationis uerba sunt hæc: Velitis, iubeatis, uti L.Valerius L. Titio tam iure legeque filius sibi fiat, quã si ex eo patre matreq; familias eius natus esset utique ei uitæ necisq; in eum potestas fiet, uti pariendo filio est hæc, ita uti dixi, ita uos Quirities rogo. Præterea hoc etiam adscribendum putaui, Pupillos arrogari non posse, nisi rescripto principis l.generalis ff.de adoptio.& inst.eod.in prin. causaque cognita, & seruata, forma tradita per Iurecõsult. in l.si paterfa. §.ulti.& in l.nec ei permittitur, & ll. sequentibus ff.de adop.& præsertim ratione secundum Gell. quoniam tutoribus in eos tantam esse autoritatem, potestatemque fas non erat, ut caput liberum fidei suæ commissum,

Vesticeps

Arrogationis antiquæ formula.

Tutor an possit pupillũ ar-

sum, alienæ ditioni subiiciant. Tamen contra illā rationem, licet pulchra sit, potest hoc modo instari, quia si permittitur patri dare filium suum in adoptionem l. in adoptionibus titulo præallegato: ergo, & tutori, nam lex magis confidit de tutore, quàm de patre probo. Pupillus efficaciter obligatur cum autoritate tutoris, & tamen cum auctoritate patris non obligatur. tex. est ad literam de utroque in §. pupillus institu. de inutil. stipul. item alibi tutoris potestas, & patris in hac materia æquiparatur, Casus est in c. puella 20. q. 2. ubi pariter permittitur patri, & tutori, puellam quæ ante 12. annum religionem ingressa erat, reuocare à religione, uel tacendo per annum eam obligare, ut tex. ille loquitur de actu infringendo, cum tamen regula sit, quod multa facta teneut quæ fieri prohibentur, uulgata l. patre furioso de his qui sunt sui uel alie. iur. & c. ad apostolicam de reg. Possumus tamen pro resolutione dicere, potestatem patris, & tutoris tunc non æquiparari, quando de pupilli interesse agitur, & circa res, & personam, & eius dignitatē. quo casu ll. magis confidunt de patre quàm de tutore, qui alioquin posset propter lucrum aliquod, uel ut se à tutela exoneret, pupillum in cuiuslibet potestate transferre. Et ideo singulariter dicit Azo in summa C. de bon. quæ lib. colum. pen. uersicu. & pro conseruatione, quod nō est absurdum, si patria potestas, quæ naturalis est, & primitiua, plus potest quā tutoria, quæ inuenta est ad eius imitationem. Pro hoc etiam adduco, quod alibi singu. decidit Bald. in l. pactum dotali in ulti. colum. in 21. q. C. de col. ubi tenuit, statutum requirens consensum agnatorum in contractum mulieris, non procedere, quando filia contrahit cū patre, de quo lex multū cōfidit, cū nullus amor uincat paternū, l. ult. in prin. C. de cura. furios. & l. isti qdē in fi. ff. quod met. cā. De hoc tñ ult. d. Bal. qa aliqui reprobāt, scripsi inf. in uerb. Statutū. Neq; obst. tex. in d. c. puella ubi tacite eum religioni obligat, qa rñdet, quod p hoc sibi piudiciū aliqđ nō gñat. nam

rogandū tradere.

Tutoris et patris potestas æquiparatur.

Multa facta tenēt, &c.

Patria potestas plus pōt quā tutoris.

nam factus maior, erit in libertate sua ante professionem exire, uel remanere, ar.c.de illis el j. de despon. sa. impu.& tex.in c.1.de regu.lib.6.prout concludunt scribentes in c.2.de regu.Posset tamen replicari, quòd imò generetur præiudicium, quia per oblationem ingressus non potest exire. ut declarat D. Abb. in d.c.2. ad fi. Nisi dicamus quòd ex quo tempore modico tale præiudicium durat, non curatur iuribus uulga. Præterea non est inconueniens, aliquid speciali fauore religionis concedi. argumento c. si seruus.54.distin. ubi fauore religionis tacens, &c. habetur pro consentiente, contra communes regulas, & not. eleganter Bal.in aut. si seruus. per illum tex.C.de episcopis & cleric.& scripsi in uerb.Ecclesia. cum simil ut per D. Fel. in ca. 1.in 6.col.uersi.fallit quartò.de proba. & c. cum Bertoldus. in 4.col.uers. limita.3.de re iud. & per Dec. in c.super eo.in glo.in uerbo audiret. de offic.de leg. post And. Siculum in tract. de præst. Card. in prima quæstione primæ partis, in 19.col.uersi.3.facit, ubi extendit illum tex. ut etiam procedat in eo qui ex seruo factus est Cardinalis. Sicut etiam uidemus, quòd licet pactum non porrigatur, nisi ad eum ad quem paciscentis interest ut porrigatur l. & hæred.§.ult.ff. de pactis,& ibi Doctores, tamen speciale est in ecclesia, ut ad eam pactum extendatur, dato quòd stipulantis non intersit,ut latè concludit D.Alexan.in l.stipulatio ista habere licere.§.ult.per illum tex.de uerb.oblig. Et propterea nouissimè ad casum nostrum consuluit D. Bar.Socy.in consi.61.in præsenti consultatione, quia de multis quæritur in 6. co.in 7.quæstio.in 1.lib.quòd tutoris oblatio facta ecclesiæ uel religioni de pupillo ualeat quo ad personam, licet quo ad bona suspendatur usque ad ætatem perfectam, & sic quousque professionem fecerit, ut ibi latius per eum. Libertinos uero ab ingenuis adoptari quidem iure posse, Massurius Sabinus scripsit, sed id neque permitti, dicit, neque permittendum esse unquam putat, ut homines libertini

Religionis fauor

Pactum operatur solũ quo ad eũ ad quem interest.

Tutor qualiter possit pupillũ offerre eccle.

Libertinus an possit adoptari.

bertini ordinis per adoptionem in iura ingenuorum inuadant. Alioquin, inquit, si iuris ista antiquitas seruetur, etiam seruus a domino per prætorem dari in adoptionem potest, idque ait plerosque Iuris ueteris auctores posse fieri scripsisse, & ideo refert Gellius, se animaduertisse in oratione P. Scipionis, quam censor habuit ad populum de moribus, inter ea quæ reprehendebat quòd contra maiorum instituta fierent, idque eum culpauisse quòd filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrum prodesset, uerba ex oratione hæc sunt. In alia tribu patre, in alia filium suffragium ferre, filium adoptiuum tam procedere quàm si ex se natum habeat, absentis censeri iubere, ut ad censum nemini necesse sit uenire. Hoc tamen de iure Digestorum temperatum est, nam libertinus, qui se in genuo ad arrogandum dedit, quamuis in eius familia ingenui iura consequatur, ut testatur Mar. in l. sciendum est. ff. de ritu nup. tamen quo ad alia ingenuus effici non potest, secundum Vlp. in l. ult. ff. de stat. hom. etiam si à proprio patrono adoptetur, ut ibi. Ab extraneo autem libertum adoptari non posse clarum est, ex lege si paterfam. in fin. ff. de adopt. Item contra indulgentiam domini, permittentis seruum uendicare se in libertatem tanquam liberum, ut posset ad honores aspirare, hodie etiam specialiter obuiam itum est per ti. ff. & C. de collus. deteg. *Adoptiuus an patri prosit.*

Artemon quid significet apud Labeonem relatum per Iabol. in lege malum, de uer. sig. dubitari potest. Accur. noster ibi in declaratione huius uocabuli, iudicio meo hallucinatus est, exponit enim artemonem id esse, quod retroponitur ad nauim gubernandam, & in hunc sensum etiam accepit Bald. in l. precibus in 7. col. in princ. C. de impub. & aliis substi. cum gubernacula à Iureconsul. appellentur, in l. scapa. ff. de euictio. alio nomine clauus etiam dicitur. Cicero: Ille autem clauum tenens, quietus sedet in puppi. Nicolaus de Lira Canonicæ scripturæ interpres, aliter in hoc quam Accur. *Iurecōs. locus. Accursii error. Bal. error Gubernacula Clauus*

fuerunt tribus, Tatiensis una, à Tatio Rege, Ramnes altera, à Romulo, Luceres altera, à Lucumone, siue à luco, quem locum Asylū uocauerat Romulus, de quo Vergili Aeneid. lib. 8. Hinc lucum quem Romulus acer asylum Retulit. Liuius quoque sexto, & trigesimo lib. auctor est, templum Apolinis Delium fuisse asylum, aitque sacra templa Graecis uocari asyla, & ideo teste Philostra, confugientibus ad statuam Tyberii Caesaris ius erat asyliae, de Asylo meminit Liu. primo ab Vrbe condita. Locus, inquit, qui nunc septus densis sentibus inter duos lucos est, asylum aperit. Idem, plerisque rogi tantib. dimissi. ecquid foeminis quoque Asylum aperuissent, & Corn. Nepos in Viris illustribus Romulus asylum conuenis patefecit. Alterius significationis est etiam asilum per *i*, penultima etiam producta, e uermium genere, qui & Tabanus uocitatur, Graecè istros à sono uocis dicitur, de quib. Verg. Georg. 3. & Arist. de Natu. animalium, lib. 8. cap. 19. ubi refert thunnos, & gladios agitari asylo, canis exortu. habent enim utriq; per id tempus sub pinna ceu uermiculum, quem asylū uocant, effigie scorpionis, magnitudine aranei, infestat hos tanto dolore, ut non minus interdum gladius, quā delphinus exiliat. unde fit, ut uel in nauigia saepe numero incidat. *Tabanus*

Assessoris imperitia non excusat magistratum, quin faciat litem suam, tex. est melior de iure in l. si post depositum. C. de assessor. & conclud. Ange. in §. his qui. in ult. nota. per illum textum in autent. de iudicib. & idē dicendum est econtrà, ut firmat Caepol. caut. 61. quae incip. quando fit. post Ang. notab. in § quoniam uerò, ad fin. in autent. ut nulli iud. Tamen illud limitatur, procedit solum quando praetor, uel alius magistrat. sibi assessorem elegit. secus si Respu. uel princeps talem assessorem constituisset, ita sing. decl. Bald. in rubric. C. de poena iud. qui male iud. in 4. q. argum. gloss. singul. in l. Pol. in glossa magna. C. de his quibus ut indic. quod dictum pro singul. citat, & sequen. D. Alexand. in

Doctoratus instrumētū excusat ptorē pp imperitiā vicarii.

l.2.in 2.col.ante fin.ff.quod quisq.iur.ubi aliter limitat, quando assessor haberet instrumentum Doctoratus approbationis factæ in generali studio,quia etiam isto casu prætor excusari debet,per sing.dict.Salic.in l.ult.C. de pœna iud.qui male iud.quæ omnia etiam reassumit D.Alex.consl.65.habita super contentis.in 2.col.uersi. tamen præmiss.lib.1.& consil.41.lib.2.ubi idem consilium superfluo repetitum est, & tale D.Fel.in c.sup.q.§. 1.col.1.uer.tene menti.de offic.deleg.&hanc ult.limit. Sal.approbat etiam Dec.consil. 8.uiso puncto diligenter.in 3.col.

Asta urbs Liguriæ,ex pace Constantiæ merum, & mixtum imperium,& omnimodam retinuit iurisdictionem, nam cum Federico per illud tempus in amicitia durauit,& cum eo iurauit in fœdere cum ciuitatib. Lombardiæ percusso,ut constat ex § hæ autem sunt ciuitates,de pace Constantiæ,ubi *Bal.*qui loco gloss. ibi habetur,in uerb hi autem primo.declarat,& quòd Asta ciuitas haberet iurisd.pro firmo præsupposito ponit *Bald.* consi.5 .commune Ast.lib.3.sed cum postea à duce Sabaudiæ,& Marchione Montisferrati,seu potius Montis feracis assiduo bello præmeretur, se Comiti uirtutum tunc duci Mediol. in protectionem tradidit ea conditione,ut suis legib.uiueret, & proprios retineret magistratus, ut apud historiarum scriptores legimus, is postea eam urbem pro dote sororis D.Valentinæ transtulit in Ducem Turoniæ,fratrem regis Franciæ, ut attestantur conuentiones relatæ à *Bal.*consl.358.nota pro duce Turoniæ,libr.5.& hæc non sunt spernenda,quia ex facto inciderunt in discussione feudis montis Blassarii,facta in extremo Senatu Mediolanensi,inter D.Magiolinum,& illos de Turcis.

Attinentes dicuntur illi, qui possunt accusare tanquā persequentes suorum iniuriam,ita sing.*Bal.*in c. in literis, circa medium,extra de test.per gl.singul.in l.si fœmina in gl.1.C.ad Turpil quam pro singul.citat *Bald.* in c.de cætero.eodem tit.scilicet de test.&commendat

eam pro optima, in c.poſtr.de app.& alibi ſæpè.& hoc dictum ſing, Bal.latè reaſſumit And.Sicul. in rep.l.cum acutiſsimi, col.54.uer.quid ſi teſtator dixerit.C.de fideicomm. & eſt memoria dignum, ad ſtatuta faciétia memoriam de attinentibus. quo caſu an etiam ueniant uir, & uxor, tractant Paul.de Caſt.D.Alex.& Modern. in l.1.C.unde uir, & uxor.

Auctor contractus ante pœnam commiſſam, poteſt eſſe auctor etiam totius diſtractus ita in notab.q.ſing. decidit Bal.in l.2.C.ſi ſeruus expor.uen.ubi dicit, quod eſt not.&pro ſingul.reaſſumit Bar. Cep. caut.335.alia caut. Et ideo ſing.decidit Ang.in l.captatorias. ad ſi.ff. de hæred.inſt. per illum tex. dicentem quòd Senatuſconſultum improbauit inſtitutiones captatorias, ergo etiam ſequitur quòd S.C. poterit approbare captatorias inſtitutiones. & ſic ſtatutum populi poterit facere, quod inſtitutio captatoria ualeat, & teneat.& hoc dictum Ange.citat D.Alexand. in l.more. in 1.not.de acquir.hæred. & pro ſingul.commendat Andr. Sic. in tract.de præſt.Car.in 1.q.primę partis. in quarta colu. ubi diſputat, an Papa poſsit extinguere Cardinalatus officium, & eſt memoria dignum ad declarationé omnium Iurium dicentium, quod morib.aliquid introductum eſt, quia etiam moribus tolli poterit, dummodo ſint boni mores, & rationabiles per c.ult.de conſue. quod bene notandum eſt pro intelligentia l.2. in princ. ff.de uulga.& pup.& l.1.ff. de donationibus inter uir. & uxo.& l.more noſtræ ciuitatis. ubi D.Alexand.in 1. no ff.de acquir.hær.& §.ex non ſcripto.inſt.de iur.nat. & c.1.in §.moribus in tit.fin.ſi de feudo fuerit cótro inter dominum, & agna. & totius tractatus feudalis, & cep.conſuetudo.cum infinitis ſimil.1.diſtin. Secundò in propoſito dicebat ſignanter Bal.in l.1.in 1.colu.uer. unde hic quæro.ff.de legib.quod ſtante ſtatuto Perusino, ꝙ omnes propoſitæ debeant fieri per priorem priorum, & aliter non ualeat, & contingat, ut congregato populo prior nolit proponere, quia eſt quid pœnale,

Eius eſt tollere, cuius eſt condere.

Papa an poſſit extinguere officium Cardin.

Moribus introductum poſſe morib. tolli.

 uel


uel quia incideret in periurium, & ideo proponente alio populus statuat, ualebit statutum, si consilium est tale, quod posit priori formæ derogare, quia autor cõtractus ante pœnam, &c. Et hoc dictum Bal. commendat D. Alex. ubi tamen contrarium tenet in l. 1. in prin. in 2. col. ff. ad l. Fal. post Fulg. in d. l. 1. ff. de legib. ubi ẽt cum eo transit D. Ias. in ult. colu. & in l. uniuersis. ad fi. C. de preci. imper. off. Sed hoc etiam dictum Bal. conatur defendere D. Fel. in cap. cum dilecta. in 20. col. in 1. fall. extrà de rescrip. & pro sing. citat D. Ias. in l. 1. col. 4. uersi. sextò facit. de libe. & posthu. & sequitur simpliciter Decius in consi. 10. uiso puncto. in 1. col. & Fel. in c. 1. col. 1. ad fin. de maio. & obe. sed idem Dec. hoc dictum. Bald. damnat. consi. 229. col. 1. in fi. ideo melius cogitandum esset, si casus contingeret.

Vlp. locus. *Auena* apud Vlpia. in l. si seruus seruum. §. inquit lex ff. ad l. Aquil. frumenti uitium est, quod sole maximo, cœlique humore accidit. aliquando etiam seminis imbecillitate, cum diutius terra retentum est, priusquã erũpat. de qua Plin. multa, & Vergil. Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ. & de his herbis, & similibus intellexit Vlp. in l. ex conducto. §. 1. ff. locati. qui locus aliter malè declaratur. *Vlp. locus.*

Auus non tenetur dotare neptem, quando filius est soluendo. ita sing. Bal. in aut. res quæ. col. 1. uersic. quæro an teneor. C. communia de legatis. quod pro singu. adducit Lud. Rom. in l. 1. ff. sol. mat. & ibi sequitur latè Do. Alexand. col 9 uersi. iuxta hęc. & item consil. 138. ponderatis uer. nec ad hoc. libr. 5. & in l. non quemadmodũ. ff. de li. agnos. in sua paraphrasi, seu mauis apostil. (interdum enim licet uti uocabulis barbaris, quò res clarior reddatur) & pro ista decisione Baldi, consuluit Aret. ubi optimè confirmat eam in consi. 17. cõsideratis. col. antepennl. in 4. dub. & pro sing. citat eã D. Ias in l. auus. in 1. no. ff. de pactis. quamuis aliter uideatur sentire Bal. consi. 323. incip. materia ista. in 3. libro. Nunquid autem tali casu dicetur aduenticium, an profectitium,

fectiuuum,est gl.sing.in l.qui in aliena.§.interdum, in uerb.faciet hæredem ci: ca si.ff.de acquir.hære.quæ tenuit,quod id quod habet nepos ab auo,dicitur aduenticium,ideo quæritur solum patri usufructus. iuxta l. ult.C.de bon.quæ lib. de qua tamen gl. essent uidenda quæ tradit Bar.in l.dedit dotem.ff.de coll.bono. & latè de ueritate tractat D. Alex. in d.§. interdum in 1. & 2. col.ubi dicit se bis,uel ter consuluisse, & ibi etiam latè Moderni insistunt,tangit Bar.in l.quæsitum,in princ.& ibi scribentes,de leg.1.& D,Alex.cons.138.ponderatis his,per totum lib.5. *Aduētitiū quid.*

B



BALANVS genus est glandis, de quo secundum aliquos intellexit Martial.illo in carmine: Hoc ex unguento constat,& ex Balano.& Vlp.Iurecons.in l. carbonum appellatione. ff. de uerb.sign. licet apud eum mendosi codices pro balannis,legant ballariis. Acron uero scribit,balanum esse herbam unguentariam,& ab Horatio pro unguento myrobalano positam. Balanus etiam uocatur id genus, alui subducendæ, quod clysteris loco subditur, à specie glandis,id,ut ait Pollux, ex adipe ac nitro conficiebatur parte plurima.item Balanus nomē est urbis in Epiro,ut refert Strabo. hinc fit balanatus, adiectiuum,quo usus est Persius.Tum cum maxillis balanatum gausape pectis. Sunt tamen qui balaustis legēdum asserant,in illo loco Iurecons.quæ Celsus,lib.5.c. punici mali uocat,& durescunt in ligneam duritudinē, de quib.etiam meminit Plin. Sed prior lectio gratior est, & secundum prædicta corrigenda sunt uerba eiusdem Iurecons.in l.ligni appell.in prin.tit.de leg.3. *Vl.locus* *Balanus* *Balanus. urbs.* *Balanatus.* *Balaustia* *Vl.locus*

Bannitus, & condemnatus de falso, non prohibetur conficere instrumenta,quia magis uidetur ob contumaciam condemnatus, quàm quòd uere falsum fabricauerit.

bricauerit.ita sing. Bar.in l. si ideo per illum text. ff. de euict.& est pulchra,& sing.decisio secundum D. Ias. in l. Barbarius Philip.in 12.col.uersi.ultra Bald.ff.de offi. præt.cum qua etiam transit Alex.consi. 112. repetitus. lib.2. Tamen dura uidetur, & ideo contrarium tenet sing.Bal.in l.in exercendis in pen. col.uersi. sed quæro nunquid.C.de fid. instr. & de ueritate latè tractat Do. Felin. capitu. ex liter. in 11.colum.uersiculo amp.2.de constit.

Bannitus in contumaciam, si admittatur ad nouas defensiones, habet conta se præsumptioné, ita q sine alio iudicio potest torqueri. ita sing.Bal.in l.1.col.5.uersic. seq.uidere.C.de hære.inst.& est memoria æterna dignũ quia regulariter sententia in contumaciam lata nõ nocet l.2.§.diuus,& l.eius qui delat.ff.de iure fisci, & ideo decis.Bal.Mediol.non seruatur, nisi qualitas personæ in id iudicem inducat.

Bannitus ex crimine capitali, nõ debet habere legitimam, quia pro mortuo habetur, ex quo eius loco alter succedit.ita sing.Bal.in l. si qua pœna.in 2.q.ff.de his q sunt sui uel alie.iur. Ex quo infert, q fiscus eius nomine non potest legitimam petere, quod dictum sequitur, & commendat D.Ale.consi.75.uisis, & diligenter perspectis, in 4.col.uers.confirmo prædic.in 1.lib.cum his quæ latè scripsi infra in uerb.testamentum, in quo pater præteriit filium bannitum, &c. Et ideo dicit eleganter Bar.in l.si adulterium cum incestu.§. liberto. ff. de adul.q bannitus perdit iura agnationis, & filiationis, & sic poterit pater filium bannitum occidere impune, quod in casu è contrario dicit ibi Ale. in quodam Baldasso ex facto euenisse. Hinc dicebat notab.Bal. in authé.habita in 3.col.in 3.notab.C.ne filius pro patre, q banniti, & rebelles sunt extra protectionem iuris communis, & ideo eis ius non debet reddi, iuxta notata in l.1.ubi Cyn.C.de natur.lib.

Bannitus ad mortem ex forma statuti Mediolanens. potest impunè offendi, quod statutum ualet, ut cõcludit

dit Nellus in prima parte secundi temporis, in prima q.in suo tractatu bannitorum. Sed quid si aliqtis occidat talem bannitum extra territorium Mediolanẽse? At dic, ꝙ iudex loci delicti potest talem homicidam punire.ita not.Bal.in Margarita,in uerb. Excommunicatus repellitur,ubi idem dicit, ꝙ si bannitus in ecclesia offenderetur,quæ non esset extra territorium, & idem Paul.consuluit cons.86.primum quæsitum ad fi.ubi ad dit,ꝙ talis offendens bannitum extra territorium,cõdemnatur a iudice loci delicti, & efficitur ubiq; intestabilis,quod est memoria dignum,& pendet in facto, & faciunt ad ea quæ Bar. refert in l.cunctos populos col. pe.& ult.C.de sum.Trin.

Bannitus qui in ciuitate toleratur, licet non sit deletus ex tabulis publicis, non tamen potest impunè offendi. ita sing. Salic. in l.nullus per illum tex.C.de Iudæis,& pro singu.not.Ioan.de Ana.in c. sicut in 3.col. uersic.in ea.extra de Iudæis, ubi tamen dicit, ꝙ uidit contrarium seruari Bononiæ, & hanc decisionem etiã pro not.approbat D.Alex.consi.1.colu.ult. uersicu.pro hoc lib.2.& pro singu.citat idem in l. ult.ff. ad l.Iul.de adulteriis, & D.Felin.in c.quæ in ecclesiarum colum.3. uersi.4.casus est de constitu.& Do.Ias.in l.si creditores uersi.3.singulariter.C.de fideicommis.ubi dicit, quod non reperit contradicentem. Sed ego addo, quòd contrarium in hac quæstione concludit Bal.post Iacob.de Beluiso,& Iac.Butrigarium consi.9.ad euidentiam dicendorum in 3.libro, & latius consil. 140. incipiente hæc quæstio fuit in 4.libro, & idem concludit Corn. consi.27.in hac consultatione in 1.colum.ad fin. & sequenti in primo libro, & consilio 39.in hac consultatione uidetur aperta fronte in eodem libro. Et licet prædicti Moder.referant Ioannem de Anania dicere, quòd uidit opinionem Saliceti seruari Bononiæ, tamen in lectura patris mei antiqua, dicit Anania, ꝙ uidit seruari contrarium, & ita etiam eum refert Decius, consilio 327. ad finem libro secundo, & con-

trarium etiam fuit practicatum superiori anno in hac urbe Papiæ, in casu magis dubitabili, in persona unius qui scholarem interfecit, qui præterquam, ꝙ ab omnibus tolerabatur, erat etiam lector publicus, & scriptus in rotulo Regio. & ideo non immeritò possemus una cum Petronio dicere.

Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat?
Aut ubi paupertas uincere nulla potest?

Sed quid diceres de illo qui est deletus ex tabulis, eo quia produxit gratiam, quæ erat subreptitia, cum non essent principi per impetrantem expressæ omnes qualitates. Alex. in pulchra quæstione consuluit uxorem, quæ uirum interfecerat, non teneri, licet sciret de gratia impetrata consi. 114. incip. ponderatis his in primo lib. Quid autem in his qui ex contumacia solùmmodo banniri solent, quæstio pendet nunc in facto, & est sing. decisio Bal. ꝙ tales non possunt impunè offendi, etiam permittente statuto generali. ita singu. Bal. in l. si mora. in 1. col. ad fin. ff. solu. matr. quam latè commendat Ias. in l. si plagii. in 1. not. ad fi. ff. de uerb. ob. & Do. Feli. in c. quæ in ecclesiarum. col. 2. uers. primus casus, extra de consti. cum his, quæ latius scripsi infra in uerb. Statuta, ꝙ bannitus. declarando tamen ut per Barto. in l. omne delictum. ff. de re mili. & per Bal. in ult. C. de crim. stell.

Bannitus ex contumacia an possit offendi.

Bannitorum receptatores non puniuntur, quando propter timorem, & non sponte bannitos hospitio recipiunt, Bal. in l. in delictis. ff. de noxa. sequitur Ange. in malef. in uer. dicto maleficio semper astitit ad fi. Socy. cons. 262. in causa magna. col. ult. lib. 2. Hippoly. consi. 25. ultra ea. col. 5. Et hæc adde ad l. 1. & 2. ff. de recep. & ad ea quæ latè tradit Florianus in disput. sua inquisitus in 2. dub.

Iabol. locus.

Bases quorũ meminit Iabol. in l. hæres meus. 35. pe. ff. de leg. 3. dicuntur orbiculi illi quibus uasa in mensis collocantur, ne toralia polluantur, quamuis apud Iurecons. uerba mendosè circunferãtur. Sunt & alii maio-

res, ut sessiones statutarũ, colũnarum siue fabricarũ, quæ a fundo consurgunt, & suppositæ fabricę sustinẽt pondus, & de his intellexit Põp. in l pe.ff. de uerb.sign. *Pomp.lo cus.*

3 *Benedictio* data a patre filio in testamento, non est sufficiẽs ad instõnem.ita sing.Bal.in proœm.Greg.col. ult.uers.itẽ quæro, & pro sing.citat Do.Ias.in l si quis in fundi uocabulo in prin.in 2.col.uers.adde pro cõfirmatione de leg.1.cũ his quæ latius scripsi infra in uerbo pater. Et ultra ibi relata confirmari põt, ꝙ relictum factum a patre filio iure benedictionis, non trahitur ad institutionẽ.ita sing.decidit D. Alex. in l.nam quod.§. nõ oĩs.in 4.col.uers.quid autem si pater.ff.ad Treb. & in consi.70.uiso consilio alias,&c. in 3.col.uersic.non obstat ẽt lib.2.ꝙ pro not.commendat Do.Ias.in l.3.in prin.in 1.col.ff.de lib.& posth.& latè traditin auth.nouissima.in 7.col.uersi.quid autem si pater. C. de inoffi. test.licet aliter D.Alex.referat dicere D.Ias.in auth.nõ licet.in 1.col.uersi.nota tamen.C.de lib.præter.

4 *Beneficium* inuito non datur,ut in reg.inuito.ff. de regu.iur.tamen alibi dicebat eleganter Bal.in l.ult. col. ult.in 2.quæst.C.de nego.gest. ꝙ si amicus meus est in periculo perdendi personam, nisi pro eo soluerem certam summam, & ego soluam hanc summam eo uetante, & inuito, ꝙ possum repetere, & sic beneficium confertur in inuitum, & hanc decis.Bal.sequitur D. Alex. in l.quamuis.col.ult.uers. & ista præstant. ff. solu. matrimonio, & Dominus Felinus, in capitulo pastoralis.§.pen. colu. 1.de offic.delega. ubi latè ponit. Adde quòd eodem modo possum inuitum curare,sicut, & de domo ruitura inuitum extrahere, glo. est singu.in cap. 1.in glo.magna.83.dist. quam pro singu. & legistis incognita, ac penè etiam canonistis, citat Ludo. Roma. singul. 123. incipiente tu habes, & Barb.consi.54. clementissimi Dei patris, &c. in ultima colum. circa finem in 2.libro. Hinc decidit not. Ioannes Andræas in cap. cum C.laicus,de fo.compe.lib.6. ut retulit Do. Feli.in cap.si quando colum. 1. in prima fall. extra de

officio

off.del. Quod si reus est condemnatus in mille, quæ si nõ soluerit infra 10.dies amputari debet ei pes, & reus dicat, non expectetis hos dies, sed expedietis me cito, quia non possum soluere ista mille, quòd non debet hoc admitti, imò hoc casu poterit tertius eo inuito soluere, & post liberationem repetere pecuniam, & hoc idem in quæstione statuti concludit Bald. in cap. cum ab homine colu. ult. extra de iudiciis. quem etiam refert & sequitur Do.Ias.in l.si ex toto.§.ult.in ult. uerb. de leg.1.cum concordantiis signatis per D. Ias. in l.pe. col.6.in 4.fall.C.de pactis. Hinc & quartò dicimus, q miles & donator non possunt renunciare beneficio, ne conueniantur, nisi inquantum facere possunt, ut latè per D. Alex.in l.alia causa.§.1.colum. pen.ff.sol.matr. Hinc & quinto dixit Bart. in l.non tantum.ff. de appel. quòd pro reo iniustè condemnato potest tertius appellare etiam eo inuito, cum multis concordantiis, quæ in proposito ibid.aggregat D.Alexã in sua paraphrasi, & D.Fel.in c.quærenti.de offi.deleg. Et ultra eum, elegantem q.in hac materia examinat Andr. Siculus post Calde. per eum relatum in tract. de præstantia Card. in ult.q.1.partis.in 4.& 5.col. de uno episcopo Florentino, quem inuitum Pontifex Cardinalem creauerat, cum tamen ad talem gradum hodie omnes aspirent, & hæc omnia nota ad intelligen.l.ult.C.de nego. gest. & eorum quæ ponit Bart.in l.soluendo.ff.eod. Et ulterius dicit sing. Host.in ca.pastoralis.de iudi. q quando iudex uidet unum rusticum imperium coram eo ius petentem, qui nesciat causam suam dicere, potest iudex eum compellere ut accipiat procuratorem, quod dictum pro sing. commendat Lanfr.de Oria. in repetitione c.quoniam contra falsam.col.6. uers.in eandem. extra de prob. Hinc & septimo decidit nota. Bal.in l.cõmissoriæ.C.de pactis. inter emp.& uend. q condẽnatus ad soluendũ centũ infra 10.dies, qđ si non soluerit amputetur sibi manus, non auditur, si potius uult eligere pœnam corporalẽ, quã soluere pecuniariam, cũ quo tenet

net notabil. Ang. in l. quique. in fi. C. de seruis fugit. & tradit Aret. consil. 89. placet mihi. in princ. D. Fel. in ca. pastoralis. §. pen. col. 1. de offi. deleg. post And. Siculum in repetitione l. cum acutissimi. colum. 7. ad fi. C. de fideicommis.

Beneficia omnia mundi sunt obedientialia, & manualia, respectu potestatis Papalis, & ideo potest pro libito suæ uoluntatis transferre episcopum, de suo episcopatu ad alium. ita singula. dicebat Baldus. in l. rescript. in penulti. colum. in principio. C. de præcibus imperat. offer. quod dictum commendatur ab omnibus Modernis ubique tractantibus. de potestate Pontificis, & inter alios commendat Andreas Sicul. in tract. de præst. Card. in 1. quæstio. 1. partis. in 4. col. cum concord. traditis per Dec. consil. 141. incip. ad motiua. colum. ult. in 4. dub. Et ideo dicebat sing. Io. Monaci. in cap. si eo tempore de electio. lib. 6. ꝙ Papa pater patrum, cum omni prælato in potestate, & iurisdictione concurrit, quod dictum conseruauit Bal. in c. 1. in prin. in 1. col. qui feu. da. pos. & in proœ. Grego. in primis uerbis, & alibi sæpe meminit. Notandum tamé est circa plenitudiné potestatis summi pontificis illud, ꝙ sing. dixit D. Ant. in c. constitutus. de religio. domib. quod hæc plenitudo potestatis non procedit in clericis respectu bonorum patrimonialium, de quibus papa non potest ad libitum disponere, & dicit D. Abba. in d. cap. constitutus. in 3. colum. quòd hoc dictum alibi non meminit se legisse, & quod est sing. ad extensioné unius singu. dicti Inno. in c. inquisitioni. ad fin. de sent. excommunica. ubi dicebat, ꝙ Papa non poterat disponere de bonis laicorum temporalibus, nã idé est secundum D. Ant. in bonis temporalibus clericorũ, & illud dictum Inno. pro sing. etiam commendat And. Sic in tract. de præst. Card in 9. q. primæ partis. in 1. colu. & utrunque commendat D. Fel in c. quæ in ecclesiarum. in 13. col. uer. 3. declaratió. extrà de constit. Et ideo in proposito dicit gl. singu. in Ale. 2. in uerb. Vsuris. circa

Papa pater patrũ

Papæ potestas nõ extenditur ad bona patrimonialia clericorũ

med.

med.de iudiciis, ꝙ Papa non poteſt tollere ordinem iu diciarium in terris imperii, & illam glo. pro not. commendat Bal.in l.eos in ult.uerbis C.de uſuris D. Alex. conſi.3.ex his col.1.lib.5.cum his quæ latè cumulat D. Feli.in c.1.in 11.col.uerſic.3.declaratio.extrà de cõſti. Etpropterea Lud.Roma.fuit in noua in ſingu. opinione in l.ſciendum in 22.col.uerſi.præterea.ff.de uerbo. oblig.ꝙ etiam Papæ non ſit credendum in temporalibus. in quibus non habet poteſtatem iuriſdictionis am plam, ſi diceret aliquid in præiudicium alterius, quòd uidetur ꝓbari in cap.1.2.q.5.ubi Dominus noſter Ieſus noluit ſibi ſoli credi, quando dixit: Si duorum hominum teſtimonium uerum eſt, quare meũ, & patris mei non accipitis? ergo etiam nõ debet credi eius uicario. Nam omnis Chriſti actio, noſtra fuit inſtructio cap.ex trà de electio. Proteſtatur tamen Ludo. ibi, ſe hoc aſſertiuè non dicere: ſed hæc eadem fuerunt etiam motiua D.Abb.in cap.cum à nobis in 2.col.extrà de teſti. ubi ſuper hoc reliquit cogitandum.

Papæ an credatur in tẽporalibus.

§ Christi actio, nostra instructio.

Eſt uerum, ꝙ contrarium in hac D.Abb. & Ludoui. quæſtione concludunt communiter Docto.propter magnam Pontificis fidem, ut latè ſcribunt Are.D.Feli.& alii in d.cap cum à nobis, & And. Siculus in tractat. de præſt.Cardi.in 1.q.ulti.partis in penul.& ult. col.quod eſt memoria dignum ad intellect. d.c.cum à nobis. qui tex.cum loquitur de Papa indiſtinctè, procedit tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus, & ibi de hoc eſt melior caſus de iure, ſecundum omnes.

Declaratio c.cum à nobis de teſtib.

Baſtardi non ſuccedunt legitimis, neq; econtrà legitimi baſtardis.ita no.Ange.in § uulgo in 1.col.inſtitu. de ſucc.cogna.ꝓ quo facit lex ſi ſpurius ff.unde cogna. quã ad hoc citat And.Sicul.in addi.Bal.in authen. licet patri C.de natur.lib.Et ratio eſſe poteſt, quia non ſunt de agnatione, ut ꝑ Bal.& alios in l.ult.C.de uerb. ſigni.ubi etiam D.Iaſ.in 2 col.tangit etiam Bar. in l.tu telas in prin.ff.de cap.dimi.D.Ant. in c.per uenerabilẽ col.20.uer.de alio effectu extra, qui fil.ſint leg.ubi eti

dicit ĩ

dicit quod non sunt de parentela nobilium. Tamen apud nos uno casu bastardus, siue alter illegitimus dicitur agnatus, quia potest prestare consensum mulieri contrahenti, stante statuto, quod in contractibus mulierum interueniat cōsensus agnati, maximè quia alio statuto sub rubrica de success. ab intest. cauetur, quòd agnati intelligantur esse, qui eodem nomine parentelæ nuncupantur. unde forte apud nos possemus ex istis statutis inferre, quòd bastardi dicantur agnati, ex quo eodem nomine parentelæ secundum communem usum nuncupántur. & ut statutum aliquid operetur, ꝑ ea quæ scripsi inf. in uerbo, qualiscunque. & pro ista illatione faciunt quæ in simili q. trad. Corn. consil. 169. incip. in hac consultatione. in ult. colum. in 3. lib. ubi consuluit, bastardos comprǽhendi in dispositione loquente in illis de Casato. & nulla uidetur differentia inter ista uerba, Casatum, seu parentelam, ergo eadem iuris dispositio iuribus uulgaribus. Si autem cupis scire quomodo bastardi succedant ascendentibus, & in quot unciis, uide pulch. practicum Papiensem in for. libelli quo agitur pro hære. ab intest. de leg. in glo. in uerb. nullisq; superstitibus, &c. ĭ 2. col. uersi. nunc uenio ad filios, & latius Ang. in §. ult. per totum. quib. mod. nat. ef. sui. ubi etiam in ult. col. ponit qualiter filii naturales uel spurii succedant inter se, & etiā quomodo legitimentur. & tangit D. Feli. in cap. nonnulli §. 1. col. 19. uers. limit. quinto. & col. 20. uers. excipiūtur ab ista. extrà de rescrip. ubi inter alia dicit, ꝙ ubi repellitur illegitimus, tanquam non coniunctus, puta spurius, iuxta ea quæ retuli inf. in uerb. Spurius non continetur, eo casu etiam repellitur filius spurii, quamuis legitimus, quia non habet plus coniunctionis cū auo, quàm habeat pater. secundum Pau. de Cast. cōsil. 181. incipi. in causa quæ uertitur corā uicario. in 4. col. quæ bene, nota. & citat D. Firmian. in suò indice, in uerb. cō iuncta persona. col. 5. & de successione illegitimorū tā gūt omnes in l. ex facto. §. 1. ubi ꝑ multas chartas Do.

Alex.

Alexan.examinat.ff.ad Trebel.& est glo.singu.in l.hac parte.ff.unde cog.& Nicol.de Vbal.in tract. successio. ab intest.in 2.parte princip.col.pen. uersi. sequitur nūc uidere rem.& ibi etiam in 1.parte,col.15.ponit,an bastardi debeant portare insignia domus cum sbarra denotantem stipitem illius esse infectum. de quo etiam Bal in l.filium. in 1.lect.cir.prin.ff.de his qui sunt sui, uel alien. iur. & quòd soror legitima non succedat fratri bastardo,nato ex damnato coitu latè Dec.cōsi.311 in casu per totum,ubi tamen addit,quòd alia uia potest soror auocare bona bastardi ad se, si à patre prouenerunt.& secundū omnes Docto.bastardus ex coitu damnato natus non succedit matri,teste Alex. consil.174. super eo,de quo quæritur,col.2. & ulti.lib.5.ubi ita declarat l.hac parte. & l.si spurius.ff.unde cog.

Soror legitima nō succedit fratri bastardo.

Bastardi non sunt uere filii.l.ulti.ff.de iur. delibę. & ideo non numerantur inter filios ad effectum acquirēdi immunitatem, patri concessam propter numerum liberorum.ita sing.Bal.in l.2.per illum tex.in uersi.legitimos ff.de exc.tut.& in l.filium diffinimus.ff.de his q sunt sui,uel alien.iur.sequitur Felin.in cap.in præsent. colum.10.de probat.& tradunt D.Alexand. & alii in l. ex facto §.1.ff.ad Trebel.& obseruatum est in casu decreti ducatus dominii Mediol.concedentis immunitatem patri habenti duodecim filios, licet multa refragentur. & inter alia decis.Bal.in l.parentes.ff de in ius uoc.& quæ tradit Speculator in tit.de locato.§.nunc aliqua.q.67.

Decretū pro immunitate 12 liberorū.

Bigamus non potest etiam ex dispensatione Papæ, promoueri in Cardinalem ita sing. Bald.in cap. at si clerici. in penult.colum.in prin.extra de iudic. ubi subdit quod propterea Ioan.de Lignano non potuit esse Cardin. & hoc dictum Bal.reassumit Firmian.in tract.suo de episcopo, in 1.parte 2.lib.in 25.q.& dicitur Bigamus proprie, quando quis contrahit cum una posteaquam habuerit aliam uxorem,iux.cap acutius.26.distinct. & declar.tex.in c.una.26.distinct. Et ideo ad eius similitudinem

Bigamus qui.

dinem etiam *Bigamus* dici solet, si quis post professio nem relicto monasterio duceret uxorem, uel si habens unam uxorem, accipit de facto secundam, hic etiam interpretatiue dicitur *Bigamus*, ut eleganter declarat Spe cul. in tit. de dispens. §. iuxta in 2. col. uers. & scias quod est triplex.

Bonorum appellatione uenit emphiteusis. ita sing. Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. in pe. car. uers. 156. quæritur utrum filius, & in sing. quæst. consuluit *Bald.* consil. 284. præmissis uerbis cuiusdam statuti. in 1. lib. item ueniunt bona feudalia, secundum Andr. de Iser. sing. in c. 1. ad fi. de capitaneo, qui cur. uen. scripsi de utroque infrà in uerbo, Emphyteosis.

Bonis publicatis non ueniunt iura & actiones, & sic nomina debitorum, quando statutum utitur uerbo possessiuo, puta bona sua, quia iura personalia non possidentur, ita sing. *Bal* in l. 1. circa prin. ff. de statu hominum, & pro sing. not. Ang. Aret. in maleficiis, in uerb. & eius bona publicamus, in 2. col. uersic. quæro quis iudicium possit, &c. Et in pulchro casu sequitur D. Alex. consil. 31 uiso tit. quæst. col. pen. uersic. confirmo per ea. lib. 1. & consil. 45. habita super his, columna tertia, uersic. 1. enim considero. eo. lib. Quid autem in donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, an ueniant nomina debitorum *Bald.* sing. consuluit quod non, in consil. 232. super infrascriptis dubiis in 2. dubit. in 2. lib. quod alibi se non legisse testator, & approbat Do. Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta in ult. uerbis, ff. de uerbo. obligat. ubi refert se per hoc consuluisse, quòd in donatione omnium bonorum mobilium & immobilium, ubicunque existentium, non ueniant nomina debitorum, de quo infrà latius in uerbo, Nomina.

Noia debitorũ an ueniãt in donatiõe oĩum bonorum.

Et ulterius dicit in proposito *Bal.* in cap. 1. §. sciendum est, uersiculo extra quærit, in tit. de feudi cognit. quòd ea quæ non sunt corporalia, sed incorporalia, non dicuntur propriè mobilia, nec immobilia, quod

dictum

dictum latè reassumit D. Alex. cons. 25. uiso themate & statutis. col. ult. uers. & quòd ea. lib. 1.

Mobili, & imo- bili.

Bonorum possessio Carboniana, & quæ datur uentris nomine, an habeat locum in bonis feudalibus desiit du bitari, quia Bal. singulariter tenuit quòd sic in c. 1. col. 4 uersic. quæro nunquid an agnatus uel filius, & ideo mortuo patre, si infanti moueatur quæstio de statu, debet talis quæstio differri, & interim mitti in possesssione feudorum, per Carbonianum edictum, & eodem modo mulier uentris nomine, & hoc dictum Bald. sequitur Domi. Alexand. in lege prima, ad fin. C. de carbo. edic. ubi etiam Decius in 1. colum. & pro sing. D. Ias. in præludiis feudorum, col 13. uersic. an autem uasallus, & in rub. C. de Carbo. edic. in ult. uers. & est memoria dignũ pro extensione illorum titulorum, scilicet. ff. & C. de Carb. edi. & de uentre in possessionem mittendo. & sequitur Curtius in tract. feudali. in 3. parte, in 7. q. ubi Al uar. citat. & tractat etiam Fel. in d. c. 1. in ult. car. uersic. item quærit Bal.

Bonorum possessió contra tabul. quamuis reducat rem funditus ad causam intestati in suo, tamen in emã cipato hoc indistincte non procederet. Istam differentiam considerat sing. solus Bal. in l. ult. in penul. col. uer sic. iuxta hoc quæritur. C. unde leg. & pro sing. commen dat eam D. Ias in l. 2. col. 13. uers redeo ad primam. C. de contra tab. & est memoria dignum, pro declaratione iurium quæ dicunt, quòd bonorum possessio contra ta bulas competens filio præterito, non impedit hæredita tem adiri de iure ciuili, nam intelliguntur procedere in emancipato tantum, secus in suo, per prædicta, quod be ne nota.


Bonorum possessio etiam elapso termino peti potest ut dicam in sequenti memorali & talis petitio producit effectum, ut quis uideat gerere se pro hærede, & efficitur hæres de iure ciuili, quod perpetuum est, ita singul. Bald in l. pubetem circa fin. C. de iur. deli. & pro singul. caut. commendat Barthol. Veronens. pro eo qui esset

exclusus

exclusus de iure prætorio, caut. 259. quæ incip. Bal. singulariter, iunctis his, quæ in simili scripsi inf. in uerb. Iuri adeundi.

Bonorum possesiones etiam hodie in multis casibus prosunt, ut tradit glo. magistr. in l. certum est. C. unde legit. inter quos nota, quod licet quis sit exclusus à iure adeundi spacio 30. annorum, quod ignoranti currit quia est continuum, ut l. 3. in fi. C. de præscrip. 30. annorum, tamen si à die scientiæ dantur centum dies, si est de transuersalib. uel si est de liberis, habet annum de iure prætorio, ad petendam bonorum possesionem l. 1. §. largius. ff. de success. edicto. & l. 2. & l. pe. §. ult. ff. quis ordin. in bo. poss. ser. ita sing. declarat Bal. in rub. C. qui admi in ‹ .q. qui in hac materia melius, & singularius, loquutus est, quàm aliquis alius, secundum Paul. de Cast. in l. ult. in ult. col. in prin. C. unde leg. & in l. quandiu. C. qui adm. ubi etiam reputat sing. & perpetua memoria dignum, & hac caut. instruit agnatos, qui per ignorantiam exclusi sunt, Bart. Cœpol. caut. [illegible]. nota auream. *Cautela aurea* 168

C



CALAMVS apud Martianum in lege ultima. §. species. ff. de publicanis, quid significet, dubitari consueuit, & ideo sunt qui puta Ballais posse reponi, qui inter lapides preciosos à Plinio enumeratur, saphiro similis quæ lectio satis placet, quia conuenit aliis rebus ibi per Iureconf. enumeratis. Si tamen nihil uelles immutare. Calamus etiam accipi potest in hoc loco pro arbore aromatica, quæ etiam in usu erat ad murrhina conficienda, a calami eius similitudine, quo utimur ad scribendum, simulans gustu casiam, de qua etiam in eodem loco meminit Iureconsul. de calamo diuus Hieron. in Exod. Sume tibi aromata calami ducentos quinquaginta siclos, casiæ quingen- *Martiani locus.* *Callais*

tos si clos ponere sanctuarii. Nascitur in India, ut scribit Plin. refert etiam idem Plin. in penult. lib. calamum lapidem pretiosum esse, unum ex generibus aetitis, hocque magis uidetur conuenire uerb. Iureconf. Hic multæ aliæ mendæ possent castigari in d.l.ult. quæ ideo omitto, quia de eis late Philip. Beroal. in comment. Tranquilli.

Calon, cuius meminit Vlp. in l. sed & si quibus in prin. ff. de usufr. & retuli in aliis memoralib. in dic. mancipiorum, significat lignum, quo etiam nomine serui militũ castra sequentes appellati sunt, quia militibus ligna subministrent, uel quia clauas ligneas gerunt, uel ut inquit Porphyr. à caladis, qui eo die cibaria accipiebant, uel secundum Acronem, à calendo, id est uocando, quia ad ministeria uocentur. Horatius, Hunc perminxerunt calones atque caballi, de his sæpe Cæsar, in 2. lib. belli Gallici, & in 1. C. belli ciuilis, & Liu. ubique. Hinc etiam calones dicti sunt calcei ex ligno, quibus humiliores etiam hodie utuntur. Ex his apparet, an recte in huius uocabuli interpretatione senserit Accur. in l. sed & si quid. la 1. in prin. sup. allegata, licet in codicib. impressis Calum legatur. Nisi fortè in illo Iureconsulti loco, Quallum legere malimus, de cuius significatione scripsi inferius in dic. Vinitor. In illa etiam l. dum fit mentio de librario, sunt qui intelligunt de seruo qui partiendis pensis præficitur, de quo meminit Cato. Mihi tamen magis placet, ut intelligamus de illo qui libros transcribit, de quo sæpe Cicero. horum enim artificium dignius erat, & ideo apud Vlp. in prædicto loco uidetur abuti proprietate, & hoc magis conuenit exemplis Iureconsulti.

Calces lignei. *Accursii locus.* *Vl. locus Librarius qui*

Cambii literas amisi antequam pecuniam exigerem, propterea repeto a priori numulario quærebatur, an teneretur mihi restituere? & responsum est, teneri, præstita sibi prius cautione respectu illarum literarum, ita sing. Bal. in l. instrum. ad fin. C. de fideic. & pro sing. approbat D. Iason. in repetitione l. admonendi. in 62. col. uersic.

uersic.quid autem si deposui.ff.de iureiur.cum his quæ retuli inf.in dictione Mercator. Hoc tamen declarari debet, quando hic simulando assereret se amisisse, ut à contractu resiliret, cum in tali contractu non sit licitũ pœnitere, quia est nominatus, & in pulchro casu signãter consuluit Bal.consi.246.factæ fuerunt.in 1.col.1. lib.ubi etiam tractat, an Cambia sint licita in foro conscientię. de quo ultimo habes per Alex. consi.61.uiso processu.col.ult.lib.2.& propterea credo, quòd esset in potestate illius qui scripsit alias nouas literas dare, nisi tamen medio tẽpore ille cui scribitur, effectus esset minus idoneus, uel domicilium mutasset & ita, ut audio, inter mercatores obseruatur.

Camum, de quo meminit Vlp. in l.si quis uinum. tit. de uino, tritico, oleoque lega. quid sit, uidi superioribus diebus in dubium reuocari, propterea hæc adscribere non erit alienum. Camum potio est, quæ fit ex ordeo, & aliis frugibus, secundum Dioscoridem uocatur fucca: Arabes uerò foca & est ceruisię species, ut etiam scribit Simon Genuensis. Chamus in alio significatu pro freni genere etiam accipitur, ita dictus, quia breuis sit. χάμος enim breuis dicitur. de quo diuus Hier. Dauidis Psalm.31. In chamo, & freno maxillas eorũ constringe. Nisi potius hi fuerint septuaginta duo interpretes, quorum psalterium per horas cantatur, ut quidam contendunt. Et de camo, in hac significatione pro specie ceruisiæ, non memini me legisse apud Latinos, præterquam in hoc loco Vlpiani. proinde obseruatione dignum. *Vlp. locus.* *Fucca.* *Foca.* *Chamus.*

Capitium, de quo Vlpi. meminit in l.uestis.§.muliebria.ff.de aur.& arg.leg est tegmen capitis, à capite nominatum, uel secundum aliquos, à capio, quòd capiat, id est compræhendat. pectus. Varro de Vita patr. Tunicas, nec capitia, nec strophia. *Vlp. locus.*

Carceres uariantur ex personarum qualitate. & ideo licet statutũ disponat, quòd accusatus ponatur in carceribus, tamen nobili accusato, pro carcere poterit da-

ri totum palatium,uel etiam ciuitas, & satisfactũ erit statuto. ita signanter Ang.in l.pen.ff. quòd metus causa.commendat.& dicit diligenter notandum D. Ias. in l.si pecuniam. in ulti.uerb.ff.de condict. ob causam. cũ his quæ latè scripsi infrà,in uerbo Nobilitas, & quæ in pulch.casu commendat Corn. consil.93 uiso processu agitato.in 1.lib.Sed ulterius hoc declarandum est, procedere in eo qui uerè nobilis est, puta in eo qui habet iurisdictionem cum mero,& mixto imperio, ex priuilegio,uel ex consuetudine,non tyrannica,ut in sing.quęstione concludit Bal.consil.129.factum proponitur. in 1.col.in 2.lib.

Nobilis qui.

Cardinales gaudent multis priuilegiis,ut latè disputat Andr.Sicu.in tract de præst.Card. & quidam alii, qui circa hoc integros tractatus conscripserunt. & aliqua tradit D.Feli.in cap.ad aures.in 8.colu. de rescrip. Sed inter alia nota, ꝙ si casu occurrunt illi qui ad mortem damnatus ducebatur, possunt eum liberare à manu familiæ. est singu.dictum Bal.in l.addictos ad fi.C. de appel.& hoc fit per impositionem pilei Cardinaliũ, super caput damnati. secundum Sal. & Paul.de Cast. ibid.qui ita dicunt de facto seruari, & pro pulchro modo euitandi condemnatum à morte, commen. Bartol. Veronens.caut.2.cautela est,& D.Fel.in cap. quærenti.in penul.colum.in prin.de offic. delegat.& latè de ueritate disputat Barb.in tracta. de præst.Cardin.in 9. q.primæ partis, per totam. ubi dicit, quòd tenendo, quòd tale priuilegium de iure ualeat, tamen recipit sex declarationes,ut ibi per eum. Secundò nota, quod licet episcopi iurent Romano pontifici fidelitatem, ut in cap.ego N.episcopi.de iureiuran. tamen Cardinales non iurant fidelitatem Papæ, tanquam inuiscerati, & pars ipsius corporis. ita singu.dicebat Host.in cap.antiqua. de priuilegiis. quod pro singul. reassumit Andre.Sicul.in d.tract.de præst.Cardin.in 1.quæst. primæ partis.in 8.col.

Card. occurrens illi, qui ad mortẽ ducitur, pōt eũ liberare.

Card. nõ iurant fidelitatẽ Papæ.

Cardinalium cętus,diuinus est senatus. ita eleganter inquit

inquit Bal. in suo diuino tract. schismatis, posito sub rub. si quis al.test. prohib. Alibi etiam Cardinales appellantur mundi cardines, super quibus tota mundi gubernatio reuoluitur, & figitur. & ad ipsos spectat sustētare totum pondus gubernationis. ita singul. dicebat Ioan.de Lignano.in tract.de bel.in 5. charta. in rubrica, an fortitudo sit uirtus Cardinalis. quod pro notando reassumit Andr.Sicul.in tract.de præst.Card.in prima quæstione 1.partis, in 8. col. Sed quid de illis qui solum assumpti sunt in Card.in priuato consistorio pōtificis, est q. singul.pro cuius decisione uidenda sunt ea quæ latè ex facto cum incidisset, consuluit Corn. consilio 178. incip.cuius nomen in cunctis, & cæte. in tertio libr.

Carreum & Classer, quid significent apud Paul.in l. non omne. ff.de pen. leg. reuocabatur in dubium inter quosdam ex collegis. Cum fortè Paulum Petrāsanctā, iuuenem memoria nostra doctissimum, familiaremq; meum, qui nunc in collegio Mediolanensi excellit, prætereuntem coonspeximus, is a nobis salutatus, rogatusq; uti de sententia, deq; ratione horum nominū nos doceret. Classer, inquit, ipse apud latinos equidem non memini me legisse, sed lasser succus est lasserpitii, magnificus in usu, & medicamentis, de quo Plin.& ita affirmabat legendum esse. putabat etiam posse legi Carinon, quod quidem oleum est è nucibus iuglandibus confectum, alopeciis utile, tarditatiq; aurium infusum. cæterum sapore graui. vnde nobis esculentis non ita admiscetur, sed in lucernis funiculum nutrit ardentem, sicut & illud quod ex lini semine exprimitur, ad alendum tamen in usu apud aliquos etiam hodie, est non solum in medicamentis. huius meminit Plini. lib. 13.ca.5. siue mauis Carynium, ut aliqui contendunt; Hæc uir ille impense doctus, subitaria dictione effatus, a nobis recessit. Me autem petente illico allatus est Plinii codex. is in sexto capitu. libr. decimonono; Ab his, inquit, proximum dicetur auctoritate clarissi-

Paul.locus.

Pau.Petrasancta.

Lasser qd

Carynon quid.

Lasserpitiū quid. mum lasserpitiū, quod Græci silphion uocant, in Cyrenaica prouincia repertum, cuius succus uocatur Laser Magnificum in usu, medicamentisque,& ad pondus argentei denarii pensum, multis iam annis in ea terra non inuenitur, quoniam publicani qui pascua conducunt, maius ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo unus omnino caulis nostra repertus memoria, Neroni principi missus est in reliquis de natura, & genere lasserpitii lege Plini. quæ omnia de uerbo ad uerbum sibi ascribit Sipontinus Pontifex in suis in Martial. Commentariis ad fi. 26. Epigrammatis, Lasser itaq; ut dixi, a Græcis Silphion dicitur hęc inter herbas primam obtinet gloriam, unde Apeliotæ, q̃ Aphricæ gens est, Delphis silphii caulem sacratum suspenderunt, auctor Alexandrides. Huius herbæ meminit pluribus uerbis Aristophanis interpres in Pluto, ubi poeta sic τὸν πλοῦτον, τὸν αὐτὸν, καὶ τὸν βάττου σίλφιον ipsumque Plutum, ipsumque Batti silphion. Negat sicophanta se quieturum, etiam si Plutus ipse qui diuitiarum Deus est, uel lasserpitium, quod preciosissimum est sibi detur. Hinc nata parœmia apud Græcos, βάττου σίλφιον, ut per Roterodamum Chiliad. 2. adagio 94. Huius etiam uocabuli Lasser meminit Martia. in ult. §. species. ff. de publica. & Catul. Lasserpici feris iacet Cyrenis. In eo tamen q̧ Paulus noster putabat Cayron legendum, mihi cum eo non in totum conuenit, quia nimium esset diuertere a communi lectione, quæ uera est, ut inf. subiiciam.

Lasser.

Mart. locus.

Cæreum quid. Aliqui codices Cæreum, quod quidem adiectiuum est, ex cæra aliquando factum, ut Cærea candela, ad differentiam eius quæ fit ex seuo, seu aliquo pingui, ut cærea mella, apud Sedulium, cærea gemmatis flauescunt mella canistris. Cæreus uero substantiuum, funale significat, a funiculis cæreis, quem in Saturnalibus solebant humiliores potentioribus præferre, cum candelis pauperes, locupletes cæreis uterentur. Martial. Hic tibi nocturnos præstabit cæreus ignes. nam

aras Saturnias prisci excolebant accensis luminibus inde mos per Saturnalia missitandis cæreis cœpit. Quidam cæreos non ob aliud inter Saturnalia munera mitti putant, nisi quod sub Saturno a tenebrosa uita quasi ad lucem, & bonarum artium scientiam sumus euocati propterea lege Publicia cautum fuit, ut solis ditioribus cærei missitarentur. Veteres autem (ut etiam ætate nostra nobiliores consueuerunt) reponebant ad domus usum in penore, quæ ad medicamenta erant necessaria, ut lasser, & similia item cærea, & de his potuit sentire Iureconsf. quod etiam a penoris nomine ueniant. Vel si nihil placet mutare, possumus dicere, (ut etiam placet Alciato nostro) Carreum dictum a Carris, unde aduehitur. quo in loco fieri nundinas, scribit Plini. in 12. lib. c. 18. quibus commercia odoratarum arborum exercebantur, quæ nundinæ postea agi cœperunt apud Characem. Carræ autem de quibus hic Plin. loquitur, non hæ sunt quæ in Mesopotamia Crassi clade nobiles dicuntur, sed oppidum quodam in ipso rubri æquoris littore, ut Mela Pomp. & apud Græcos Stephanus scribit, sicuti nec per Characem quidam oppidum illud intelligunt, q in Persia est inter Tigrim, & Eulæum fluuios, sed potius illud quod itidem in Parthia est, cuius quodam in loco Ptolomæus meminerit. Igitur Carreum potuit Iureconsultus appellasse, odoris illud genus quod a Carris ueniebat. Quod si tibi gratiæ non est, potest elisa copula legere, Aut ligustrum carreum, aut carreum lasser. Quamuis sint qui assarum, cuius prædicti lib. c. 13. Pli. meminit, legant, non Lasser, quod non reprobo, sed nec addito. Cares etiam populi sunt insulani, quos Stra. Mela. Pli. Ptolomæus Asiæ contribuunt eos Minos nauali prælio uicit. de quibus Vergil. Hinc Lelegas, Carasq; sagittiferosque Gelonos meminit, & Vale. Max. in 1. Quid aūt sit Lycusticum in hoc loco Iureconsf. haud facile reperies, & ideo arbitror dictioné eradendā esse, & eius loco linguſtrū re-

Saturni aræ. *Lex publicia.* *Carreum quid.* *Carræ oppidum.* *Charax.* *Iureconsul. locus* *Cares populi.* *Lingustrum.*

ponendũ. Quid id ſit, oſtendit Pli. 12. li. c. 35. huiuſmodi uerbis: Cyprus in Aegypto eſt arbor, ziziphi foliis, ſemine coriandri, flore cãdido, odorato, coquitur hoc in oleo, premitturq; poſtea, quod Cyprus uocat. precium ei in libras quinq;, optimum habetur è Canopia, in ripis Nili nata, ſecundum Aſcalonæ Iudeæ, tertium Cypro inſula odoris ſuauitate. quidam hanc eſſe dicũt arborem, quæ in Italia Linguſtrum uocetur: Hæc Pli. cui non disſidet Dioſcorides, qui ubi de odoribus mentionem facit, inter eos illud numerat. Sunt tamen qui è linguſtron, literam elidant.

Carrotium dictio eſt barbara, & ſignificat currum illum in quo conſtituebatur uexillum publicum, cum in aciem eundum erat, & hoc expresſit apud nos Accur. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. dum inquit, Sed ſtet firmus regulæ, uelut Bononienſis carrotio, licet aliqui capiantur de eius cuſtodibus, & hæc gl. in hoc ſing. eſt ſecundum D. Alexã. conſi. 72. incip. inſpecto diligenter, col. 4. uerſ. & iſtam opin. in 1. lib. & And. Sic. in tract. de præſt. Card. in 1. q. primæ partis. in 5. col. uerſic. opinio, hocq; currus genus poſt Gotthos deletos potisſimum reip. Mediol. in uſu fuit, ut in noſtris annalibus in multis locis relatum eſt. Putoq; a Carro dictum, de quo Cæſar. Inter carros impedimentaque prælium commiſerunt, & Aul. Hirtius: Pompeius, inquit, ea die per uiarum anguſtias, carra complura, multoſque laniſtas retraxit.

Iuliani locus. *Carrucæ* apud Iulianũ in l. æquisſimũ. §. ult. ff. de uſufru. inter genera geſtorii uehiculi, id eſt currus numerantur, & ideo qui carrucas agit, carrucarius appellatur. de quo meminit Vlp. in l. itẽ quæritur. in priñ. ff. locati. & retuli in aliis Memorabilibus, in dictione, Caſiarius. De carrucis Lampridius, qui refert Alexandrum carrucas Romæ & rhedas ſenatoribus omnibus ut argentatas haberent permiſiſſe. Hinc carrucarias mulas dixit Vlp. in l. ædiles aiunt. §. quæſitũ eſt. ff. de edil. edi. Et ꝓpterea corrigenda ſunt mẽdoſa uerba Scæuolæ in

l. uxo-

l. uxori quis. ff. de aur. & argen. leg. ubi caruta legitur, pro carucca. *Sceuolæ locus.*

Castellum esse ex quo fistulis aqua duceretur, refert Labeo in l. fistulas. in prin. ff. de contrah. empt. & scribit Vlpia. in l. 1. §. hoc interdictum. titu. de aqua quott. & æstiua. castellum esse receptaculum, quod aquã publicam suscipit. Sunt tamen qui uerba hæc, ut mendosa tentent corrigere, antiquitatis omnino incapaces, nihil Latinum rati, nisi hoc in triuiis, & in suis excartabulis adnotatum sit. si legissent Pli. is docere potuisset, apud Iureconf. Castellum in hoc significatu uerbũ esse Romanum, dum refert, Agrippam fecisse castella centum triginta, fontes centum quinq; apud Frontinũ & in eadem significatione legimus illud, Auctor castellorum, operum, lacuum. Nerua est, inde omne, inquit, plumbum, & omnes impensæ ad aquæductus, & castella, & lacus pertinentes erogantur. Et de hoc castello aquæ receptaculo, meminit etiam Vitruuius, & Paul. in l. fistulam. ff. de ser. urb. præd. & Vlp. in l. 2. ff. commun. prædiorũ. & in l. fundi. §. ult. ff. de ac. emp. & etiam hodie Romæ in multis locis conspiciuntur. Neque aliud sunt, quam fluentis per formas, & fistulas suas aquę deriuacula, & non illum modò usum præbent, quod in balneas, atq; uillas subministrari potest inde aqua, sed ꝙ illis quasi obicibus atq; diuerticulis suffrenatur, & edomatur aquæ decurrentis impetus, qui alias nimius, & grauis esse fornicibus. *Pauli locus.*

Castellum etiã inuenitur in alio significatu magis noto, locumq; denotat mœnib. clausum, minutũq; Sueton. Scæua, inquit, excusso oculo, transfixus femore, & humero centũ, & uiginti ictibus scuto perforato, custodia commissi castelli obtinuit. Hinc Castellani appellantur, huius loci incolæ, quéadmodũ ab oppido oppidani nomé sortiti sunt, & a uico uicini. Hodie auté q̃dã praua consuetudo inoleuit apud nonnullos, appellantes arcium præfectos, & custodes, castellanos, quod tamen nunquam apud idoneos auctores memini me *Castellani qui.* *Oppidani qui.* *Vicini q.*

legisse,

legisse, licet interpretes nostri hanc consuetudinem amplectantur. & in pulchra quæstione consuluit Cor. consi.205 uiso.iu 6.colu.in 3. lib. & de his nominibus plura D.Fel.in c.Rodulph.col.15. uersicu.cæterum. de rescript.

Castrum meum dirutum, si per principem sit refectũ propter bellum imminens, an ego tenear ad talem impensam: Bal.sing. dicit ꝙ non, nisi tanquam unus de populo. in l.si in aliquam.ff.de offi.procons.& leg.qđ pro sing. commendat Crem.not. 25.si princeps, de quo tñ scripsi infrà in dictione Rex. Et ultra ea in contrariũ ẽt facere uidetur, quod sing. consuluit Bal.cons.158.proponitur quòd quidam locus.in 1.col. in 3.lib. ubi concludit, quòd potest princeps mandare ciui, qui sit dominus alicuius castri, ut castrum suum muniat, & custodiat. imò in eius negligentia posset princeps hoc facere, prout obseruatum est contra aliquos ex ciuibus nostris, anno ab hinc tertio. Cauendum tamen est secundum Bal. ne fingatur occasio, propter quam ciues priuentur possesfione castrorum suorum, quod est memoria dignum.

Castro mihi concesso in feudum, debentur etiam munitiones, quæ sunt ad eius defensionem ibi positæ, perpetua destinatione patrisf. quanquam non sint affixæ, ut tormenta, trabuchelli, manganelli, balistæ, & similia. ita sin.not.Bal.in c.1.§.si quis de manso.col.2.uersi.certè & hic in tit.de controuersia inuest. & pro sing. refert & confirmat D.Ias.in prælud.feud.col.6.uersic. alibi Bald. Quod est memoria dignum ad aliam quæstionem, an appellatione molendini contineatur mola, ferrum, & alia instrumenta. in qua consuluit Bal.consi.106. cogitaui.in 3.lib. iunctis his quæ tradit D. Ias. in l.2.§.appellata, col.2.uers.2.limita.ff.si cer. pe. & idẽ ꝙ in d.§.si quis concludit Bal.cons.478.incip. uirum, eo.lib.

Molendinum appellatione q̃ ueniant.

Cauteria instrumenta sunt inustoria, quibus bituminationes, & fortiores quæque conglutinationes concoquun-

coquuntur,& de his intellexit Iureconſ.in l.pictores.ff. de fund.instructo,quamuis apud eum Cautoria mendo ſe legatur.Cauteriis etiam utuntur in remediis medici, quibus morbi alioquin Inſanabiles inuuntur. Hunc illud notum Diui Hieron.prouerbium,Putridæ carnes ferro curantur & cauterio. Inde cauteriata conſcientia a Paulo Apoſtolo,in epiſtola ad Timotheum dicitur, quaſi cauterio notata, qualem in his cernimus, quos hypocrita nominamus. Cauteres etiam a Palladio nominantur,eoſque habendos eſſe in inſtrumento ruſtico præcipit. Cauteriis igitur utuntur pictores, ad inurendam picturam,quæ encauſtice appelllatur καῦσιν enim Græci uſtum nuncupant Plin.lib.Natur.hiſtoriæ 35.c.23.ubi etiam quærit,quis primus pingere ac picturam inurere excogitauerit.& c.35.Et de hac pictura intellexit Ouid.illo hemiſtichio, Tabulasque coloribus uris.Opus quoque ita pictum,encauſtum dicitur.Martial.Epigram.1. *Pingere quis primo cœpit.*

Encauſtus Phaeton tabula tibi pictus in hac eſt. Plj. Figulinum opus encauſto pinxit. Hoc autem genus picturæ primus Nicia in uſu habuit.hinc uulgus,atramentum librarium hodie encauſtum appellat. *Encauſtũ atramentum.*

Cautio cum fideiuſſore requiſita a lege uel a ſtatuto non comprehendit eum qui euidenter idoneus eſt, ut quia eſt ditisſimus,ſed ſufficit nuda ipſius cautio, cum generali hypotheca bonorum,ita ſing.not.Bart.per illum tex.in aſſerta lectura. ſuper l. quicunque ſecunda. C. de feudis patrimon.lib. 11. ſequitur Do. Alexand. conſil.37.uiſo columna 4.uerſic.plus dix. lib. 2. & pro ſing.citat D.Iaſ.in l.3.in 2.columna in 5.fal. C.de uer. ſig.Et eſſet nobilisſimum,ſi uerum teſte Do. Alexand. in l.diuortio.§.pen.in pen col.uerſic.ult.ff.ſol.mat. ubi in hoc contrarium tenet.Sed eius fundamento reſpondet Do.Iaſ.in l.1.in 3.& 4.col.ff.qui ſatiſd.cog.& in d. l.diuortio.§.interdum,in 2.& 3. col. ubi multis mediis conatur ſuſtinere hoc ſing.dictum Barto. approbatum per Paul.de Caſtr.& alios, tamen ad eius fundamenta

respondet ultimo loco Io. Sadoletus, in d l. 1. ubi approbat oppositionem D. Alex. Econtrà autem ille qui est ita pauper, ut non inueniat qui pro eo uelit fideiubere, excusari debet, præstita solum cautione iuratoria. ita sing. decidit Bald. in auth cui relictum in 2. colum. uersi. attende hic C. de indic. uid. toll. ubi tamen dicit secus si non inueniat fideiussorem propter malos mores. Quod dictum pro sing. commendat Do Ias. ibi in ult. col. & in l. 1. in ult. col. uersicu. prædicta cõclusio, C. de procur. iunctis his quæ retuli infrà in uerb. Paupertas. Quod autem quis non inueniat fideiussores, probatur iuramento, ut sing. dixit Bald. in l. 1. §. 1. per illum tex. C. de assertione toll. de cuius ueritate scripsi infra in uerb. Iuramentum probat.

Cautio quando requiratur ab eo qui posidet immobilia, est singularis decisio Barto. in l. de die §. quidam aiunt ad si ff. qui satisda. cogan. & quid de eo qui non posidet immobilia, an caueat etiam in causis summariis, & in quibus non requiritur litis cónteſtatio eſt, singu. decisio Bal. in §. 1. institu. de satisdat. & de utraque scripsi infrà, in uerbo, Immobilium possessor.

Cautio idonea requirit fideiussores, uel pignora l. si mandato Titii §. ult. ubi est casus ff. mandati, & in singu. quæstione consuluit Bal. consi. 162. casus super quo in 3. col. in 2. lib. Fallit tamẽ, ubi essemus in aliqua materia, in qua non requireretur aliqua cautio: quia licet dictum sit idonea cautio, non tamen requiruntur fideiussores, ratione subiectæ materiæ. ita singu. D. Anto. de But. in cap. ult. de resti. spol. refert, & simpliciter sequitur D. Alexand. consi. 35. uiso processu colu. 3. uer. circa tertiam lib. 4. & Dec. in cap. qua fronte in ult. uer. de appell. & est mirabilis limitatio, secundum Do. Ias. in l. 3. in 2. col. uersi. 1. mirabiliter C. de uerbo. sign. ubi tamen dicit, quòd sibi non placet, & eam aliàs, me audiente, Ferrariæ reprobabat singularis memoriæ, uir Do. Io. Sadol. in l. 1. ff. qui satisda. cogan. Et licet ipsi non dicant, eam reprobat Do. Alexand. in l. diuortio §. pen.

Contra Bartr.

pen.in 2.colum.in 5.fall ff.solu.matri. ubi dicit, quòd D.Anto.in hoc loquutus est sine lege.

Cædere secundum Pau.in l.cædere in prin.ff.arb.furtim cæsarum. est non solum succedere, sed etiam ferire cædendi causa. cingere est deglabare, & reliqua. Sunt qui stringere reponendum putent. stringere enim idē est, quod percutere, & ideo strictores appellat Cato, eos, qui fructus oliuarum feriunt. Modio inquit, oleario assiduos homines quinquaginta præbeto, duas partes strictorum præbeto. Pli. Oliuantibus lex antiquissima fuit, oleam ne stringito. Sed Alciatus noster existimat legendum Deglubere, hoc est excorticare, & librū detrahere propriè significat folliculum excutere, & fabas sua nudare siliqua. inde à Cattulo in obscœnum sensum trahitur, & ab Apuleio apud quem Photis ait, se solitam uiuos homines deglubere. Tiberius etiam Cæsar, auctore Tranquil. Boni, inquit, pastoris est pecus tondere, non deglubere, quod adagii uice hodie usurpatur, in Collectaneis prouerbiorum. Possemus etiam legere Deglabrare, hoc est glabrum reddere. quid hoc sit, satis superque notum puto ex Plauto, & aliis, maximeque Nonio, dum inquit: Legitur, quod ludis præsulis pueri essent glabri ac depiles, propter ætatem, quos antiqui ludios appellabant, & propriè glabescere est, sine pilis aut capillis, aut plumis fieri.

Pauli locus. *Stringere* *Strictores.* *Deglubere.* *Deglabrare.* *Glabescere quid.*

Cenotaphium quid: adi Iureconsultum in l.monumentum.de relig.& sump.fune. quem retuli in priorib. Memorialibus, in dictione, Monumentum, & est sepulchrū imaginarium, quo utimur ad officia mortuorū. Quod descripsit Verg. Aeneid. 3. illis carminibus:

Solennes tum forte dapes, & tristia dona
Libabat cineri Andromachæ, manesque uocabat
Hectoreum ad tumulum, uiridi quem cespite inanem,
Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras.

Et ibi Seruius ita exponit. De his uersibus intellexit Iureconsul. in l. in tantum §.ult.ff.de rerum diuis.licet glossator

Accursii locus.

Honorarius tumulus. glossator noster ibi aliter, & malè interpretatus sit. Græca autem dictio est, & composita, nam cenòs inanis & τάφος sepulchrũ significat. Hoc trãqu. i Claud. de Druso loquens, Honorarium tumulum appellat.

Cantones instrumento domus contineri, scribit Vlp. in l. quæsitum est §. si domus. ff. de fund. instru. cuius uerba ita castiganda sunt: dicunturque stragula quædam grossiora, uillis passim pendentibus, quibus lecti uilissimarum personarum sternuntur. conficiuntur ex pannis diuersorum colorum in unum consutis, coagmentatisque. ex his tabernacula, omnisque castrensis supellex pluuioso tempore uelatur, à uillorum multitudine nomen assumpsit. Cato lib. 1. de Re rust. centonem posuit pro instrumento rustico, hoc est, pro interiore uestimento, quòd super subucula superindui solet, bombyce inserta. Tres, inquit, centones pueris, sex culcitras, nouem stragula. In hoc significatu etiam legimus apud Macro. Saturnalium lib. 1. c. 5. cuius facetissimam fabulam subscripsi. *Tremellius scropha qui & unde. Scrophæ fabula.* Tremellius Scropha cognominatus est euentu tali. Tremellius cum familia atque libertis in uilla erat. Serui eius, cum de uicino scropha erraret, surreptam cõficiunt, uicinus aduocatis custodibus, omnia circũuenit, ne quà hæc efferri posset isque ad dominum appellat, restitui sibi pecudem. Tremellius, qui ex uillico rem comperisset, scrophæ cadauer sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat, quæstionem uicino permittit. cum uentum est ad cubiculum, uerba iurationis concipit, nullam esse in uilla sua scropham, nisi illa, inquit, quæ in centonib. iacet. lectulum monstrat. Ea facetissima iuratio, Tremellio Scrophæ nomen dedit. Centones docet Cato fieri ex uestimentis familiæ ueteribus, cum ait: Quotienscunque tunicam aut saga familiæ dabis, prius ueterem accipito, unde centones fiant. Eodem modo cento apud Iuuenal. accipitur pro uestitu famulari, crasso & sordido: sic scribentem.

Intrauit calidum ueteri centone lupanar.

Cento

Cento etiam secundum aliquos accipitur pro uelo, laneo, quod lana aut tomento consertum sit, ut ictus nullos patiatur, cuius usus in re militari apud ueteres fuit frequentissimus, ad incendium quoque arcendum. Hinc præcipit Vegetius lib. 4. Turres & uineas, quæ machinę sunt militares centonibus etiam, aut crudis coriis extrinsecus operiendas, communiendasve, ne immisso igne concrementur. Cæsar quoque commentario belli ciuilis Pompeiani 2. refert, in oppugnatione Massiliæ turrim latericiam a suis structam fuisse, cui centones insuper niecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis latericium discuterent. Idem Cæsar paulopost, in musculi structura, quæ & ipsa machina oppugnatoria est, ait Coria inducta fuisse, eaque centonibus contecta, ne igni aut lapidibus corrumperentur. Idem belli Pompeiani lib. 3. refert omnes ferè milites aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecisse, quibus tela uitarent. Cento peæterea opusculum est, structum ex uariis diuersisque carminibus, cuius structura ita solidatur, ut docet Auson. poeta, uidelicet ut coeant aut cæsi duo uersus: aut unus & sequens cum medio. nam duos iunctim locare, ineptum est, ita ipse centonem formauit nuptialem, consutum ex filiis Maroniani poematis, unde Homero centones, & Virgilio centones, quales fecit Proba Falconia, tales fecisse sese refert diuus Hieron. in prologo ueteris testamenti, signare uolens opuscula contexta ex Homeri Vergiliique carminibus, transducta accommodataque ad sensam conditoris. Venit autem à κέντρον uerbo Greco, id ἀπὸ τοῦ κεντρίζειν quod inserere est, deducitur, r literæ abiectione, hac ratione etiam Digestorum libros Centrones appellamus. Propterea damnandus est Sipontinus, qui in suis Commentariis a centum deduci centonem existimauerit.

Cento opusculum.

Homero centones

Verg. centones.

Cētrones.

Cerdo dicitur uilis homo, qui artes exercet illiberales, quodlibet lucrum sectans. κέρδος enim Græcis, lu-

crum dicitur, de quo Papin. meminit in l. cerdonem. ff. de oper. liber.

Ceruisia est decoctio, quæ fit ex fermentis, & sorbis. Cuius meminit Vlp. in l. si quis uinum, de uino, tri. oleo que leg. eam Bacchus inuenit, & ideo cecinit Verg. Et pocula læti Fermenta, atque acidis imitantur uitea sorbis. De ceruisia meminit Strab. in ult. lib. In Germania, & Gallia ceruisia utuntur, ut refert Plin. in 23. lib. Vtuntur etiam apud nos idem Galli, inter quos hodie nomen etiam retinet.

Accursii uesesio *Cæsaris* nomen Imperatoribus Romanus inductum, a cæso matris utero, dixit Accur. in præfat. instit. in dictione Imperator. & in hoc a quibusdam sciolis damnatur, cum tamen ante glossatorem hoc scripserit Seruius, interpres Vergilii, & magni nominis Grammaticus, & quamuis ignorauerit Accursius Cæsaris nomen ante Imperatores primum inditum Scipioni Affricano, ab elephanto in prælio occiso, qui lingua Maurorum cæsa dicitur, uel quia mortua matre, cæso uentre sit natus, uel cum magnis crinibus sit utero matris effusus uel quòd oculos cęsios habuerit, ut scribunt Pli. Solin. & alii, non tamen tantopere redarguendus fuit, cum inter ipsos Grammaticos super hoc sit controuersia. Neque etiam uerum est, quòd ipsi scribunt, Iulium Cæsarem dictatorem primum ita appellatum a cæso elephanto, quia hoc falsum esse appareat ex his quæ Plin. & Solin. superius retuli, & alias scripsit Phil. Beroal. eorum præceptor, in suis contra Seruium Annot. Notatur etiam Accur. quòd in præfa. Digest. in dictione Permutantes, ex commodo fabulam confinxerit, dum Iustinianus, uel illius epistolæ auctores referunt apud Hom. Glauc. & Diom. inter se dissimilia permutantes, hoc uersu qui in omnib. codi. desideratur, ex sexta Illiad. rhapsodia, ut retulit Ang. Pol. in suis Miscel. Centuria 1. c. 93. dicet aliqui sibi, & quidem imprudenter ascribát χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Latine ita sonat, Aurea pro æratis, centenaq; dona nouenis. Historia aũt, uel potius

fabula

fabula apud Hom.est talis. Glaucus Troianus uir fortis,& Diomed. Græcus, cum circa Troia simul armati obuiam facti sibi inuicem essent comitus pugnaturi ex genere amicitiam, & antiquum hospitium inuiolatumque didicerunt, ob idque a pugna cessantes, prior Diomed.Glaucum alloquitur in hæc uerba. Heus Glauce quin arma inuicem permutamus, ut omnibus his notum fit, quod inter nos non mortis timor, sed auitum hospitium pugnam diremit. Itaque accepta dataque in tuicem fide, Glaucus arma sua ex auro fabricata,& centum bobus extimata, cum ferreis Diomedis armis, nouem tantum bobus extimatis permutauit. Cuius permutationis meminit Pau.in l.1.de cont.emp. citans Hom. carm.ex 6.Ilia.in hanc sententiam.

Glaucus Diomed.

Pauli locus

Iuppiter hic rapuit sensus de pectore Glauci,
Qui aurea Tidydæ mutauerit arma uicissim,
Pro factis ex ære, bouesq; ualentia centum,
Pro his quæ fuerant bubus pendenda nouenis.

Græca uerò carmina Homeri si quis desiderat, retulimus in priorib.Memoral.in dict.Emendi.

Chasma Græca uox est, cuius meminit Vlpia.in l.uerum,§.sciendum.ff.de mino.& in l.cum res legat.§.ult. de leg.1.& in l.4.§.1.ff.de cens.& aliis sæpissime Iurecons. Latinis hiatum seu fissuram significat. fit autem non solum in cœlo, de quo Plin.sic inquit. Fit hiatus cœli, quem uocant Chasma, sed etiam in terra, propterea Ammianus terremotum Chasmaticum eleganti uocabulo appellauit, quo patefactis subito uoratrinis, terrarum partes per hiatum absorbentur, de Chasmate meminit Lucas in Euang. c.16. licet interpres Latinus Chaos, p hiatu uerterit malè. De terræ uero hiatib. plura apud Pli.li.2.c.82.& Cor.Tacitũ historiarũ.2.li.ubi referũt 12.celebres Asiæ urbes deductis terris haustas.

Locus apud Iure consult.

Pauli locus.

Cymbium argenteum, de quo meminit Paul.Iurecõs. in l.pediculis.§.1.ff.de aur.& arg.leg.est genus quoddam poculi uinarii procerum, ac cymbæ, ideft naui simile.de quo Verg.Tepido spumantia cymbia lacte.

Idem. Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis, apud Græcos Cymbis dicitur.

Cymbis

Cistophori sunt numismatum species, de quibus meminit Liu. lib. 7. belli Lacedonici. & Cic. ad Atticum lib. 11. his uerbis. Ego in cistophoro in Asia habeo ad sextertium bis, & uicies, & reliqua. & Festus Pomp. dum inquit: Euboicum talentum numero Græco septé milium, & quingentorum cistophororum est, nostro quatuor milliûm denariorum. Fortè ita appellati, quia eis imprimeretur imago alicuius cistam ferentis, ueluti & nos Ambrosinos uocamus in nummi genus, in quo diuus Ambrosius impressus est. Et de his secundum aliquos intellexit Papin. Iureconsf. in l. Publia. §. Titius. ff. depositi. licet eius uerba inplerisque libris mendosa circunferantur. Sed hæc lectio Alciato displicet, Dispunc. 1. c. 18. asserenti, quos Throphimati, legendum esse. Proinde glossator noster ibi ingenuè fassus est, se non intelligere. Legitur etiam apud Suidam Cistophorus pro cistiphero, & cistarum baiulo. Cistas præterea in sacris Ceteris, teste Macrobio, habuerunt antiqui, quas portabant sacerdotes, nominatę à Cręcis κανηφόροι, qua si dicas cistipheras, siue cistilatrices. Græci enim dicunt κανᾶ quæ nos canistra, & per diminutionem canistella. Et de his sacrificalibus cistis, inquit Catui.

Pap. locus

Canistra

Canistella.

Pars obscura cauis celebrabant orgia cistis,
Orgia quæ frustra cupiunt audire prophani. & Tib. Et leuis occultis conscia cista sacris. Meminit, & Plin. in 36. lib. c. 5. ubi etiam Hermol. Barbarus. Propterea non esset forte malum referre ad nummos, in quibus signata erat figura sacerdotis Cereris cum cista, & inde cistophoros appellatos. Ego tamen magis probarem in loco illo Iureconsf. cistophororum, ut sit genitiuus pluralis, qui in singulari non multum conuenit cum præcedentibus, uel cistophoros. Et ideo non absurde Iulius Pollux in expositione Homerici carminis, quod apud nos retulit Paul. in lege 1. ff. de contrahen. empt. putauit boues apud Poetam ibi intelligi posse pro nummis, in quibus

Locus Iureconsf.

Pauli locus

quibus bouis effigies impræſſa conſpiciebatur. quæ tamen expoſitio, iudicio meo, non poteſt cõuenire carm. ibi per Sabinum primo loco relatis. Et ultra pollucem, hoc etiam colligi poteſt ex his, quæ in Publicola ſcribit Plutarch. & in 36. Naturalis hiſtoriæ Plin. quos oportunè retuli infra in dict. Peculium.

Citatio habilitat perſonam citati, ut concludit Bart. in l. cum mulier in 2. colum. ff. ſol. matri. cum cõcord. de quib. ibi per Moder. & per Cæpol. in caut. infra allegatis. Hoc tamen ſing. limitatur, quando citatio fuit ſimplex, ſecus eſſet, ſi conditionalis, ſi ſua interſit, iuxta formam traditam per glo. in l. ea quidem in glo. ult. C. ſi manci. ita fuer. al. ita ſing. declarat Bal. in l. ult. in 10. col. uerſi. quinto quæritur. C. de edict. diui Adria. tollend. & pro ſingulari commendat Ludo. Roma. in l. de pupillo. §. 1. ff. de oper. nou. nũc. ut etiam referunt Mod. in d. l. ulti. & Lud. in rubr. de arbitr. col. 33. uerſi. an ſic. ubi idem dicit, ſi fiat coram arbitrio. & Bartholomæus Veronenſ. cautel. 116. quę incipien. ſi petens. & cautel. 290. incip. ſi facis aliquem. ubi eadem ſuperfluò repetiit. & Paul. de Caſt. in l. 2. de edict. D. Adria. toll. & latè tradit Do. Fel. in cap. cum inter. in 9. colum. uer. limi. 2. extrà de exceptio. & in cap. ſuper his. in 8. colu. uerſi. modò aduerte. extrà de accuſat. ubi ponit aliam fallentiam, quam dicit neminem tangere. ut ibi per eũ. & tradit etiam latè Decius, ubi etiam declarat, cõſi. 187. incip. & pro tenui. colum. 3. uerſi. non obſt. & Felin. in cap. exhibita. colum. 3. circa fin. de iudic. & Do. Alexand. in d. l. cum mulier. in 3. colu. uerſi. non omittatis. ff. ſolut. matr. & illam glo. in d. l. ea quidẽ. ad hoc pro not. commendat Ang. in d. l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de oper. nou. nun. & Dom. Iaſ. in l. nec quicquam §. ubi decretum. in 4. colu. ff. de off. proconſ. & leg. poſt Andream Sic. in repet. rub. C. qui admitti. in 35. colu. uerſi. quia ad hoc.

Citationis forma eſt, ut citetur perſonaliter, uel ad domum habitationis, iuxta not. doctrinam Bart. in l. 5. §.

prætor ait.colum.2.de dam.infect. Et hæc est forma iuris,& propterea in simplici commissione de citãdo subintelligitur secundum Bar.ibidem, & communiter tenetur. Sed quid si nuncius referat, se fecisse, & dixisse ea omnia, quæ in mandatis habebat, neque declarat an personaliter, uel domi eum citauerit. Bald.notab. in l.properandum.§.& siquidem colum.2.C.de iudic. concludit, quòd debet præsumi, quòd eum potius ad domum citauerit, quia personaliter citatus non comparens, est in uero dolo. sed citatus ad domum, est in culpa.unde potius culpa præsumi debet, ut in mitiorem partem.l.quotiens §.qui dolo.ff.de probat. & l.si præses.ff.de pœnis. cum alioquin uerus contumax priuetur beneficio appellationis, & possit etiam mulctari, quod non esset in ficto cõtumace, prout est citatus ad domum.iuxta notab.in l.1.ad fi.ff.si quis ius dic. non obt.Et hoc dictum Bal. sequitur, & commendat Alex. consi.209.ponderatis.colum.2.lib.6.declarando. ut p eundem consi.2.consideratis.colu.2.lib.3.Et sunt memoria digna, ad ea quæ habentur per Bartolum in l. ex consensu.§.ultimo. de appellat. ubi per illum tex. tradit, quis dicatur uerus contumax. Et licet Alex. met.consi.201.in causa.in 1.colum.lib.2.ausus sit aliter dixisse, tamen secundum opinionem Bal. fuit aliàs iudicatum, me aduocante.

Culpa potius præsumenda quam dolus.

Cõtumax uerus no appellat.

Contra. Alex.

Citatio partis requiritur in omni actu, i quo quis potest lædi l.de unoquoque in prin. ubi latè D. Alexand. declarat ff.de re iud.l.nam ita diuus.in fi.ff.de adoptio. Do.Alex.consi.5.in causa, & lite.circa princip.lib.2.& Do.Ias.in l.2.quam legit cum l.1.in fin.C.quãdo lib. princ.dat.& in l.rescriptum.in 2.not.ff.de pactis. & in l. Gallus.§.& quid si tantum.in penul.colu.uersi. tertia conclusio.ff.de lib.& posth. Quæ conclusio procedit etiam in principe, qui citationem non potest omittere, ut concludit Bal.consi.58. factum super quo in 3. libro & latè tradit Do.Felin.in cap.quę in ecclesiarum col.15.uersi.limita.6.extrà de constit. & in Imperato-

te firmat Do. Alexand. ſeu potius Barba. inter conſilio Alexand.conſi.123.ſcripſit eccleſiaſticus. colu.pen. in prin.lib.4. Fallit tamen hæc regula,quando promiſi de damno, & intereſſe ſtare tuo iuramento. nam poteris iurare me abſente, & aliter non citato,licet principaliter agatur de meo præiudicio. ita ſingulariter (iudicio meo) conſuluit Do.Alex.conſi.130. difficultas huius negotii in 1. lib. motus potisſimè per tritam regulam,'qui poteſt inuitis. ff. de regul.iur. In contrarium tamen facere uidetur, quia ſententia fertur contra inuitum, & tamen requiritur citatio.l. ad peremptorium. & l.ſequenti. ff. de iudic. Item iudicium redditur in inuitum. l. inter ſtipulantem.§.1. ff. de uerbo. obl.& tamen requiritur citatio.l. nec quicquam.§.ubi decretum. ubi latè D.Iaſ.ff.de offi.proconſul. Item dicimus in teſtib. qui deponunt contra nolentem, & tamen requiritur aduerſarii citatio. l.pen. uerſi. ſed cum oportet. C. de teſti.Sexcenta ſuppetunt exempla, quæ breuitatis cauſa omitto. Nota tamen deciſionem Do. Alexand.quia eſt ſupremæ auctoritatis. Secundo limitari poteſt, quando aliquid eſſet commiſſum conſcientiæ alicuius.& ideo ſi Papa mandat aliquem examinari ſicut eſt dignus, non requiritur alicuius citatio. ita ſingulariter Bal.in l.ulti. in 2. col. uerſi. item oppono, quod imò differant. C.unde legit. Quod pro ſingu. citat D. Iaſ.in d.l.nec quicquam.§. ubi decretum. col.7. uerſicu.14. fallit.ff.de offic.proconſ.& leg.& in d.l.ultima, in antepènultima columna, uerſicul. extra gloſſam, & utrobique de ueritate.cuius dictum etiam latè ſequitur, & declarat Alexand. conſil.218.uiſis uerbis.colum.2. circa princip. lib. 2. & Iaſ. poſt alios in l. ſi quis arbitratu.colum.12. uerſi.8. not. limita.de uerbo. obligatio. Tertiò fallit, ubi ille qui debet citari, eſt præſens, ut dicunt Barto. & Doctor. in l.1.ff.de in ius uoc. Et ideo dicit in propoſito ſingul. Bald. in autentic. ſi omnes, in ultim. colum. uerſiculo deinde nota. C. ſi minor ſe ab hæredita. abſtin. argumento

illius tex.à contrario sensu,dum requirit solennem citationem ad ualiditatem processus facti in prꝗiudicium absentium,quòd si quis fuerit minus legitime citatus, sed tamen compareat, ualebit processus non ex uicitationis,sed quia præsens est,& ideo iudex poterit ad ulteriora procedere,quod aliàs non posset. quod dictum pro sing.citat & sequitur Lanfran.de Oria.in repet.cap. quoniam contra falsam in 10. col.in 2.quæst.extra, de probatio cum his quæ scribit D.Felin.in c.cum dilecta. col.19.uersic.sic etiam intellige.extra,de rescript.Quartò fallit,ubi quis esset suspectus de fuga,quia tunc possent contra eum testes recipi,eo non citato.ita eleganter Bal.in l.consentaneum,columna 5.uersiculo quæro unà cum Anto.de Butr.C.quomodo & quando iudex, quem retuli inf.in uerb. Debitor. Quinto fallit in casu not.Bal.in auten.si qui appellat.col. 2.C. de tempo. appell.quem retuli sup.in uerb.Arbiter cui data. Sextò fallit in casibus de quibus per Bald. & Alex. in l. sed in hac.§.liberos,in fi.ff.de in ius uoc.& Ang. in l. si sic.in prin.ff.de leg. 1.ubi inducit ad quæstionem statutorum concedentium executionem uiso instrumento,quod est memoria dignom ad statutum Mediolanen. quod incipit,si quis prima facie.Septimo fallit,quando princeps concedit aliquod priuilegium alicui, quia licet præiudicium afferat tertio,tamen citatio non requiritur, ut per multa comprobat Dec.cons.194.uiso tenore.in 2.dub.

Ciuitatis appellatione non ueniunt suburbia, sed id solum quod murorum ambitu terminatur. text.est arguendo à speciali,in cap.si ciuitas,de sententia excom. libro 6.& hoc nisi dispositio reddatur elusoria,quia ueniunt etiam suburbia.d.cap.si ciuitas,ubi est tex.sing.& melior de iure,ad hoc,ut late attestatur D.Ias.in l.cum quidam in fi.ff.de lib.& posth.Et ideo decidit sing. Bal. in c.significauit.in ult. col.uersic.pone,episcopus,de rescrip. Quòd si episcopus excommunicauit omnes leprosos stantes in ciuitate, nisi recedant de ciuitate infra

fra octo dies, & aliquis exiuit & reclusit se in quodam hospitali posito in suburbiis, talis nõ euitat excommunicationem, quia sicut propter salutem animarum interdicta ciuitate, interdicuntur etiam suburbia, ne sententia excommunicationis sit elusoria.d.c.si ciuitas eodem modo propter salutem corporis, ne edictum circũueniatur. Et hoc dictum Bal. pro sing. citat. D.Fel. in c. Rodulph. col.3. uers. limit. dupliciter. de rescrip. ubi latè tractat, quando appellatione ciuitatis ueniant suburbia.

Ciuium appellatione an ueniant oppidani, uel Comitatenses, est notab. decisio Bal. in autentic. & omnino. in pe. col. uers. sed hic dubitatur. C. ne uxor pro marito. de qua latè scribit D.Fel. in c. Rodulphus. in 9. col. uers. faciunt etiam extra, de rescriptis. cum his quæ referam inf. in uerb. Represaliæ. Sed quid de spuriis? Bal. singu. consuluit. eos in statutis non comprehendi, quia propriè ciues non sunt, ita in pulchra quæstione statuti Mediol. concludit Bald. cons. 267. ad euidentiam præmitto. in ult. col. in 1. lib. quod consilium repetitum inuenio in ult. lib. cons. 457. Nunquid autem habitatores Venetiarum sint ciues, uel insulani, est singu. consilium Bal. nu. 437. quidam emerunt. in 1. lib. cum his quę scripsi infra in uerbo Venetiæ.

Spurii proprie ciues nõ sunt.

Ciuem esse quamuis diuersum sit, & pro ciue haberi, iuxta notata in l. mercis appellatione. ff. de uerbor. sig. & in l. quidam cum filium. ff. de uerbo. obli. per Bar. in l. si maritus. la 2. §. legis Iuliæ. ff. de adulter. tamen hoc non procedit, si a lege uel statuto diceretur, talis ciuis habeatur & sit. quia si talia uerba simul iungantur, significant ueritatem, si possunt. ita dicit sin. Bal. in præfa. Digestorum in 4. col. uers. & not. & pro sing. citat And. Sic. in repet. rub. ext. de fide instru. col. 8. uers. ego autẽ, & latè etiam reassumit in commento rub. C. qui admitti, in 19. col. uers. præterea adduco pro suo consilio, &c. & in Repetitione l. cum acutissimi. colu. 110. uersi. tu cõsidera. tex. & col. 117. uers. 2. faciat text. C. de

fideicom.& ulterius.idem etiam consuluit Bald. consi. 19.ordinamentum.in ult.lib.Sed ante eum hoc etiam tenuit Bar.ut retuli infra in uerb. Habeatur. Et potest confirmari per aliud sing. dictum eiusdem Bal.in l.omnes populi.in pe.col.uers.sed pone ꝙ statuto.ff.de iu.& iur.de quo feci mentionem inf.in uerb. Statutum.cum his quæ plenè tradit D.Ias.in repeti.l.si quis pro empt. col.62.in prin.& col.71.& duab.seq.ff.de usuca.& Cor. consi.281.hæc cõsultatio uidetur.in 3.li. Et postea quã fecimus mentionem præfationis Iustiniani in Digesto rum uolumina,obiter hoc annectam,ꝙ libri.impressi a Pandectis Florentinis differunt in tribus dictionibus, prout docuit Ange. Politianus in Miscellan. Centuria 1.c.93.licet quidam alii sibi impudenter ascribant.Primo in §.nos uerò.dum dicit,auditores primi anni dispõdios appellari,in archetypis,dupondios legitur.de hoc scripsimus inferius in dictione Dypondiũ. In alio etiã non conueniunt,dũ refert Iustinianus,anni quarti studiosos hircos dici,in Pandectis,Lytas. Tertio,dũ quinti anni scholastici coloritæ nuncupantur. uera lectio, prolytæ,& hæc aliorũ auctoritatibus non fulciã, quia Pandectarum sacra uetustas,& Politiani opinio,in hac re satis abundeq; facere uidentur.

Iustiniani locus.

Clausula insolita reddit actum suspectum gl.est quæ communiter allegatur in l. si quis sub cõditione in gl. 1.ff.de cond.insti.quam ad hoc commendat D. Fel. in c.2.col.8.uersi.& ista.de rescrip.& D.Ias.in l. testamentum.in ult.not.C.de testamen.

Et ideo alibi glo.sing.in l.cum allegas. C. de usuris, dicebat, ꝙ si in contractu celebrato per usurarium apponatur pœna insolita,licet aliter non appareat de usuraria prauitate, præsumitur tamen contractus usurarius, in tantum, quod non admittitur probatio in contrarium. quam glo.ad hoc pro singu. refert Andr. Siculus. ubi latè prosequitur in repetitione rubr.extra, de fid.instrumen.in 33.colum.uersicul. sed an possit. & in pulchra quæstione consuluit Bald.consi.114.secun-

dum ea quæ in lib. 3. & illam gloſſ. ſequitur Alexand. in l.diuortio.in prin.in 11.col.uerſicu.idem uidemus in ſimili.ff.ſolut. matr.Sed fortè in practica non ſeruaretur, ſecundum Ludo.Rom.in l.ſi duo, colum.2.de acqui.hære. Ex hoc etiam inferebat Bal. ſingu.in l. fideicommiſſ.§.ſi ſeruo.ff.de leg. 3.quòd ſi clericus ſecularis impetret præbendam,quæ non eſt conſueta clericis ſecularibus aſsignari, licet Papa omnia poſſit, tamen non ualet impetratio,quia nõ præſumitur fieri de mente Papæ, etiam ſi hoc faceret motu proprio, & hoc dictum Bald.pro ſingu.commendat Do.Iaſ. & dicit bene notatum, in l.1.§.1. in 1.col. ad fin. ff.ſi quis ius di. non obtempe.& in l. certi condictio.§.ſi nummos in 3. not.in 3.col.ff.ſi cert.pet. ſequitur etiam Do.Feli. in c. 3.circa fin.de excep.& in c.in noſtra.col.pen.uerſi. quadrageſimum, & ultimum extra de reſcript. poſt Dominum Marianum ibi per eum relatum. & Do Alex.conſ. 27.in cauſa, & lite ante fin.in 2.lib.& Dec. conſi. 169. diligenter pro tenui ad ſi.& conſi.148.col.1.uerſ.hunc autem.

Clauſula, rato manente pacto, tacitè ſubintelligitur in omnibus contractibus bonæfidei.ita ſing.Bal.in l.ſi pacto.in 3.col.in ſi.C.de pact.& pro ſingu. commendat D.Iaſ.in l.cum proponas.in ult.not. C. de tranſac. ubi dubitat de ueritate, & talis clauſula operatur circa fauorem obſeruantis pactum, non autem illius qui promiſſa non ſeruat,ut concludit elegantes Bal.cõſi.344. ſequitur uidere ſi ſunt in 3.lib. & ita refert ſe alias conſuluiſſe Cor.una cum D.Bal.Nouello,& D.Petro.in cõſi.51.incip.in hac conſultatione in 3.col uerſ.quaſi ſentiant, quod alterum in primo lib.tamẽ illud dictũ Bal. in d.l.ſi pacto confutatur per Alcia. in d. l.cum proponas circa prin.

Clauſula, non obſtante, remouet non ſolum obſtantiam principiorum, ſed etiam principatorum. ita eleganter inquit Bald. conſi. 419. quod dictus. in ultimo libro, & quamuis ſit multum generalis, tamen

nihil

nihil operatur ubi sunt plura obstacula. ita singu. dixit Bal. in l. 1. col. pen. circa med. C. de furtis, & pro singu. citat D. Iaf. in l. ult. circa fin. C. si contra ius uel utili. pub. & D. Alex. extollit in consi. 62. assumam in consultatione. colum. pen. uers. ad idem optimè facit. lib. 1. & Do. Fel. in c. postulasti. col. 4. uersi. cæterum. de rescrip. & in c. nonnulli. in prin. in 29. col. uersi. 5. conclusi. eo. tit. post D. Alex. consi. 195. assumo. col. 3. uers. ad idem. lib. 2. & consi. 155. uideretur. colum. 1. circa med. lib. 6. Tamen illud etiam sentit singu. Bar. in l. ult. per illum text. C. de can. frum. urb. Romæ lib. 11. & alibi etiam Bal. in l eam quam in 9. col. uers. sed pone quidam erat. C. de fideicommis. & latè reassumit Deci. consi. 10 uiso puncto. in ult. colu. ubi plura de effectu istius clausulæ. & de ueritate huius sing. dicti Bar. latè tractat Do. Fel. in d. c. nonnulli. in prin. in 30. colu. in septima conclusione per totam. Et nota quòd quando talis clausula est apposita circa ea quæ Papa nõ consueuit dispensare, cum propter partis importunitatem præsumatur concessisse, ea non obstante, expectanda est secunda principis iussio, nisi appareret, quòd motu proprio concessisset, ut quia hoc in literis expressisset, uel quia gratiam fecit absenti, uel ignoranti, ita singul. Bald. in c. cum adeo. in ult. col. uers. si uero alicui, extra de rescriptis, & commendat Do. Fel. in c. si quando in 5. col. ad fin. eo. titu. Tertio nota, quòd licet uigore huius clausulæ derogetur epistolis Decretalibus pontificum per rescripta, non tamen derogatur constitutionibus editis in concilio. ita singu. Bal. in l. humanũ. in 3. notab. C. de legibus, post Archid. in c. 1. colu. 2. uersi. unde scias quòd si in priuilegio. de constitut. lib. 6. ubi dicit, esse bene notandum, & pro singulari reassumit Andreas Siculus, in tract. de præst. Cardi. in secunda quæstione primæ partis. in 8. colum. in 14. fundamento, & commendat Alexan. consi. 122. uiso pũcto colum. 2. circa med. lib. 4. Decius in sermone pro concilio Pisano edito. post consi. 151. col. 1. uers. ad talem. &

Principis secunda iussio quãdo expectanda.

& D.Feli in c.1.colum.10.uersi.2.declaratio de const. ubi adducit concordantes Doctores,& latissimè de ne ritate tractat idem Fel.in cap.nonnulli in princ.colu.4. uersi.& nota,q omnis extra de rescrip.& in c.4.§.1.colum.2.in prin.de indiciis. Quartò notandum est, quòd ubi apponitur ista generalis clausula,nunquam dispositio statuti potest reduci ad concordiam cum obstantibus,neque etiam limitari. ita signanter Bald.cōsi.372. contrarium fuit in 1.colum.in ult.lib. Quinto notandum est, quod per istam clausulam colligitur, principé uoluisse uti plenaria potestate, & per consequens tollere etiam ius alteri quæsitum, secundum Ioan.And. & D.Anto.singulariter,in cap.quæ in ecclesiarum de constit.quos sequitur Alex.consi.101.uisis instr. colu. 6.uersi.& præsertim lib.1.Sed in contrarium facere uidetur singularis decisio Compos.Butr.& Imo.in capit. causam quæ de rescrip. ubi per illum tex.dicunt, quòd si Papa per suas literas confert alicui beneficium, cum hac clausula, non obstante collatione alteri facta. q dicta clausula intelligetur solum derogare collationi inualidè alteri factæ,non autem ualide.& pro singul. sequ.Alexan.consi.23.uiso processu colum.fin.in prin. lib.1.& Veronens.in seruit.rusti.prædi.titu.de seruitute aquæductus col.10.in fin.3.q.principalis.Sexto not.q ubi requiritur specialis derogatio, & Papa in rescripto, dicit,quod tenor obstātium haberetur pro expresso, quod illud sufficit.ita Bald.in c.cum dilecta ante fi. *Clā pro* de rescrip.post coll. Cuius dictum multum extollit D. *expresso* Ias.in l.ult.in ult.uerbis C.si contra ius,uel uti.pu.& in *habeat.* l.1.in ult.col.circa med.ff.si quis in ius uoc. non iuerit. De quo tamen uide quæ latè tradit Dec.consil.165.uiso tenore col.1.circa med.& seq.

Clausula, ex certa scientia principis, non operatur nisi in his quæ sunt iuris, de quibus princeps præsumitur habere notitiam, quia habet omnia iura in scrinio pectoris, ut dicit tex.in ca.1.de constitu.lib.6.Secus in his quæ sunt facti,ut sunt statuta,& bonæ consuetudi-

nes

nes.ita ſing.dicit Bal.in l.ult.col.pen uerſic.& ideo fuit quæſtio de facto,C.ſenten.reſcindi non poſſ.quam deciſionem pro ſingul. commendat, & dicit memoria dignam,Do.Alex.conſil.122.uiſo puncto lib.4. & conſ. 125.uiſo tit.in fi.lib.2.,& conſil.23.uiſo proceſſu col.fi, in princ.lib.5.ſequitur etiam,& commendat Dec.conſ. 198.pro tenui facultate col.pen.uerſ.ſolum ſupereſt, & commendat etiam D. Fel. in c.nonnulli in princ.in 22. col.in ſecunda limitatione quartæ fall.de reſcript.& in c.cum inter col.4.uerſic.intellige bene de exceptione. Dec.conſil.142.col.ult.uerſic.modo reſpondendo poſt Soc.late conſil.164.uiſa bulla col.3.lib.2. ubi dicit uidiſſe conſultum pro ſolennes aduocatos conſiſtoriales.Et ita debet intelligi,quod eleganter dixit Bar.conſil.ſuo 197.incipi.ciuitate Camerinæ in 2.col.in 2.dub, ubi dicebat,quòd cum Papa aliqui ex certa ſcientia diſponit,uidetur omne obſtaculum tollere, ſcilicet iuris & hoc modo Bar.etiam intellexit D. Fel.in c. nonnulli §.1.col.16.uerſi.fallit 7.de reſcrip.Et ideo dicit ſignanter Bar.in l.conficiuntur §. 1. uer, quæro utrum ſit uerum de iure cod.quòd quando Imperator aliquid ſtatuit ex certa ſcientia,credendum eſt hoc eſſe uerum, & non debet in dubium reuocari,cum multis ſimilib.quæ colligit Dec.in c.pen.in glo.2.de confir.util.uel inutil, & hoc dictum Bart.pro ſing.citat Ang.Ant.in §.in bonæ fidei in ult.uerb.inſti.de actio. Hic etiam conuenit, quod eleganter not.Bal.in tit.de pace Conſtantiæ in 8. col. in uerbo non admittemus, ubi not.per illum text, quod non debet aliquis audiri contra illud quod facit princeps ex certa ſcientia,imo debet repelli, eique perpetuum imponi ſilentium,&hoc ultimum reaſſumit D. Felin. ubi etiam citat prædictas duas deciſiones Bart, in cap.cum inter priore in 3.col.uer.utrum autem clauſula, extra de excep. apud quem plura de effectu iſtius clauſulæ,& Dec.conſ.191,in cauſa.col.2.ad fi.& ſeq.& d.conſ.198.col.1.

Quando autem dicatur princeps aliquid facere ex

certa scientia, consuluit latè Barb. inter consilia Ale consi.123.ecclesiast in 8 colum.uersi.præmitto etiam, & in pen.col.circa med.in 4.lib.

Clausula, ex certa scientia, idem operatur, quod plenitudo potestatis. ita sing. Bal.in l.eos,in prin.C.de appel.& hoc dictum pro sing.citat And.Sicul. inter consilia Alexan.consi.123.incip.scripsit eccles.in 7.col. uer. & si quispiam in 4.lib. dicens fuisse sing. dictum Inno. cum quo alii transiuere in cap.innotuit de electio. & latè tradit Curtius consil 46.memoriæ recolendæ in 32.col.uersi.8.coadunantur post Alex. consil.122.col. pen.lib.4.& consil.30.ponderatis narratis in 3.dub.in 5.lib.sequitur etiam Deci.consi.198.pro tenui facultate colum.penul.uer.confirmatur hoc.

Clausula, Quid iuris, qua utimur cum consilium petimus,est multum generalis, & omnes articulos continet,ut l.eius qui in principia,in princ.& ibi glo.& scribentes ff.si cer.peta.unde si committitur alicui quæstio consulenda per hunc modũ,quid iuris: nisi super omnibus consilium reddat, non uidetur consilium reddidisse.ita notabiliter Bal.in c.1.in princ.in 1.colu.ad fin. per illum tex.de controuersia inuestit.

Et propterea alibi multum eleganter Baldus, in cap.1.ad fi.de litis contestat magnam differentiam esse constituit, an causa committatur consulenda per clausulam quid iuris, an committatur,ut Doctor consulat qualiter iudex debeat ferre sententiam, & diffinire causam, quia primo casu est ualde generalis, secũdo uero est multum stricta commissio, & ideo infert ad cautelam bonam,ut ibi per eum,& hanc decisionem dicit ualde notandam, & cordi tenendum, Dominus Ias. in l si fundum sub conditione § si Stichum in 3.not. per illum tex.de leg.1.& in d.l.eius qui in prouintia, in princ.in 6.not.ff.si cert peta.& in l.cum stipulatus sim mihi a Proculo §.ulti.in 2.not.de uerbo. obliga. ubi dicit, quòd est pulchra, & utilis cautela. Tradit etiã D.Felin c.1.col.2 2.de constitut.post Con-

pol.

pol.cautel.94.ille qui non respondet.

Clausula, motu proprio potest apponi, & producit effectum suum, etiam, q ad supplicationem partis gratia facta fuerit ita sing. Bal. in cap. nisi specialis colu.1. uersi.pone quod in literis de offi. lega. quod pro singu. approbat Deci.consi.51.& pro tenui colum.2.uersiculo nec obstat.

Clausula generalis si postponatur uerbis specialibus, restringitur secundum præmissa.tex.habes,& exéplum in l.ulti.§.1.ff de uino, triti. oleoque leg.& tradit.Corn.consi.37.circa prin.in 5.colu.uersic.nec huic in 3.lib.iuncto notab.dicto Bal.in auth.præsente uersi. quæro dicit statut.C.de fideicom. quod in pulchra quæstione reassumit Corn.consi.291. in præsenti consultatione, in ult.colum.in prin.in 3.uolum. Hæc tamen limitatur non procedere, quando post specialiter enumerata remanet solum unus casus maior expresfsis, nã ne uerba sint superflua, talis clausula generalis extenditur ad illum maiorem casum. Ita singu. sub dubio tamen, decidit D.Maria.Socy. in repe.c.postulasti de rescrip.in 37.colum.uersi.quæ etiam limitatio, & est singularissimum,& nouum uerbum secundum D.Feli. in cap.sedes col.11.uersi.7.declaratio eod. titu. Et pro eius confirmatione potest adduci notab.quamuis uulgatum dictum Bal.in rub.C.de contrahen.empt. in 9.q.ubi dixit, q non solum una clausula, sed ne minimũ quidem uerbum debet esse sine uirtute aliquid operandi, & est gl.in l.1.in glo.magna circa prin.ff.de peric. & com.rei uendi.de quo latè Barb.consi.48.illud afferam in med. quod Psalmist.in 8.colum.uersicu. & si quispiam in 1. lib.& in consil.19.illud afferam in med.in ult. colum. in 2.lib.& D.Feli.in cap.1.col.6.uersi. longum esset extra de rescrip.& Corn.consil.3.D.Bald.in ult.colum.& in consi.6.quod incipit in hac consultatione, in 1.col. ad fi.in 1.lib.& consi.16.aperta fronte colu.4.& maximè eod.lib. & D.Ias.in l.ult.ad fin.ff.quod quisque iuris.D.Alex.consi.33.uiso themate, colum.2.& consil.

Verba debẽt aliquid operari.

117.uisis

117.uisis suprà narratis col.ult.lib.1.& consilio 11.uiso ac ut oportet considerato columna 2.uers.confirmo & consil.seq.col.pen.ad fi.lib.2.& consil.36.incip.uiso themate,columna penul.eo.lib.& consil.193.in 1.dub. eo.lib.& D.Philipp.Dec.in cons.69.uisis duob.in 3.col. & omnes ubique. Vlterius etiam notandum est, quod clausula Tabellionum,renuncians conditioni indebiti,& conditioni sine causa,actioni in factum, & omni legum auxilio,non operatur quin indebite soluta possint repeti.ita sing.Bar.in l.ult.§.idem quæsiit,per illum tex.sing.ff.de condict.& est multum singularis, & multum utilis decisio secundum D.Ias.ubi ponit de eius ueritate.& in l.1.in primo notabili eod.tit. & dicit, quòd est communis sententia,licet contraria possit disputando sustineri,& istam communem sequitur D. Alexand. consil.42.super præmisso themate col.2.uersic.pro hoc etiam facit libro 1.& ideo consuluit in proposito Cor. consil.128.circa hanc consultationem in pen.col.uersi. confirmatur in 3.lib.quòd per hanc generalem clausulam,Et omni alii legum,& iuris auxilio intelligitur renuntiatiuum beneficio, ne quis conueniatur ultra quam facere possit. Proinde alibi dicebat in proposito Bald.in l.sub prætextu specierum col.1.ad fin & seq. in prima oppositione C.de transacti. quod debet sibi adscribere,qui non putauit sub uerbis generalibus omnia comprehendi,nam stulticia sua in ponendo uerba generalia,non debet aduersario suo nocere, argum.lege quicquid astringendæ. ff.de uerb. oblig. & sequitur D. Alexan.consil.42.quinta allega. in 4. columna uersic. 4.quia etiam, cum similibus quæ latè retuli infra in uerb Filius renuncians,& quæ late cumulat D.Alexan. consil.11.uiso ac ut oportet considerato col.2.& 3.lib. 2.ubi in d.3.colum.uersic.fortius dixit Bald.rem.sequitur hoc dictum Bal. Tamen in casu Cornei clara ratio apparet, quia semel debitum erat inspectu iuris rigore,licet de æquitate sibi succurreretur,cui potuit renunciare. Et idem in clausula quæ de communi stylo

Clausula & omni legum auxilio.

lo per tabelliones instrumentis inseritur, quòd creditor possit propria auctoritate uel iudicis capere debitorem nam superfluo occupat membranas, secundum Angel. sing. in l. nemo potest in 1. col. ff. de lega. 1. & pro sing. commendat, & late sequitur D. Alex. in l. alia causa §. 1. in 4. col. uersic. in hoc ergo pos. ff. sol. matr. ubi addit sing. dictum Inno. & Host. in c. p. & g. & ubi gl. extra de offi. deleg. ubi dicunt, clausulam non ualere, quòd si in termino debitor non soluerit, posse excommunicari, citatione, & contumacia non præcedente, & sic non seruata forma c. sacro de senten. excommu. Proinde ex facto consuluit Bal. consil. 80. clericus, in 2. lib. quòd non potest clericus per pactum obligare se ad personalem detentionem iudicis secularis, quod not. ad intell. c. Odoardus de solutio.

Clericus nō pōt p-sonā obligare.

Clericus qui efficitur, feudum amittit. tex. est in cap. 1. §. qui clericus si de feudo fue. contro. inter dom. & ag. & ibi scribentes, & latè Bal. in l. quisquis C. de episc. & cleric. Sed quid si efficitur miles Sancti Ioannis, Hierosolymitani, uel Sanctæ Mariæ Theutonicorum, Calestrensium, & similium, de quibus meminit glo. in cle. 2. §. præmissa in uerb. militarium, de relig. dom. istam quæstio format singul. Bald. in cap. 1. circa med. in uersic. sed quid de militib. in tit. de mil. uas. qui arm. bel. depos. ubi singu. decidit, quòd ex quo statum non perdunt, non debent priuari feudo, sed propter honestatem seruiunt per substitutum l. nullus la terza, & l. neminem. C. de decurion. libro 10. secus, si causa iuris ex eorum regulis, uel constitutionibus esset mutuata, & hoc dictum Bal. reassumit And. Sicul. in tract. de præst. Card. in 5. q. primæ partis in 3. col. ubi tamen putat quòd idem sit in illis militibus, quod in aliis religiosis, licet auctoritas Bal. secundum eum sit grandis: & ideo Bal. cum ex facto incidisset, contrarium consuluit consil. 34. ad euidentiam in 1. lib. quem sequitur Barbat. in rubr. de feud. in quarta colu. & Brunus consilio decimoseptimo quum quæritur.

Clerici

Clerici non possunt conueniri sub iudice laico, auten ti. statuimus. C. de episc. & cler. & huic priuilegio renun ciare non possunt. c. si diligenti. de foro compet. firmat Bal. in cons. 80. clericus, in 2. lib.

Sed hoc declaratur procedere, quando simpliciter & præcise citantur. secus, si à casu, puta, & si qui putauerint interesse compareant, quia censetur esse quoddam ledictum, seu admonitio potius, quàm citatio. ita sing. imitat Bal. in l. testamenta omnia. uersic. ultimo formò C. de testam. & reputant sing. & menti tenendum Paul. de Cast. & alii posteriores ibi, & pro bona cautela com mendat Cœpol. caut. 117. quæ incipit cautela præcedens, & late etiam D. Fel. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 26. ad fin. & seq. de constit. ubi dicit, quod tutius esset adire episcopum. Sed quid in clericis Orientalibus, puta Græcorum, quibus permissum est uxores ducere, iuxta c. cum olim. de cler. coniugatis, an gaudeant immunitatib. concessis aliis clericis occidentalibus? Bal. in hoc sing. consuluit, quod non, si habent uxores, in c6 fil. 33. orientalib. licitum est, in 3. lib. & ideo secundum eum hodie remanet correcta l. 2. post prin. in uers. omni bus cleri. C. de episc. & cler. *Græcorũ clerici possũt habere uxores.*

Clerici ligantur à lege ciuili actiuè, & passiue, quando talis lex attribuit iurisdictionem uniuersaliter, respectu certe qualitatis, & in clericis uiget illa qualitas, super qua fundatur iurisdictio, etiam in præiudicium iurisdictionis episcopi. ita sing. not. D. Abb in cap. cæterum, in ult. not. per illum tex. extra, de iudic. & pro singul. citat D. Felin. in c. ecclesia S. Mariæ. col. 26. uersic. ult. extrà, de const. ubi tamen dicit magis communiter reprobari, de quo lege Dec. post Aret. in d. c. cæterum in 4. col. uers. de illatione, &c. Et propterea Matth. not. 112. nota unam lucrosam, tradit notabilem regulam, quòd clerici non possunt uti statutis laicorum, etiam si sint ipsis fauorabilia, puta, quod agnati excludant fœminas usque ad quartum gradũ, nisi talia statuta laicorũ essent specialiter per Papam cõfirmata. Quod memoria di *Statutũ, quòd agnati excludant fœminas an prosit clericis.*

gnum uideri debet, & reassumit eam Socin. consil. 89. circa colum. 1. lib. 2. ubi tamen dicit, communem esse in contrarium. Tamen ante Matth. idem decidit signanter Bal. in c. cum uenisset. in 2. col. uer. oppono, dicitur hic extra de eo qui mit. in pos. Ex quo infert, quòd statutum de compromissis non comprehendit clericos, etiam in minoribus constitutos, cuius dictum late consulendo reassumit D. Alex. consil. 220. incip. ponderatis, col. 1. & consil. seq. col. pen. uers. idem etiam uoluit. lib. 2. Et Socin. consilio 71. col. 2. & seq. lib. 4. & tamen clarum est, quòd tale statutum est fauorabile, prout singul. concludit Bal. in l. qui se patris, col. ult. uers. prima qō. C. unde liberi, & ideo extendendum, ut in pulchra quæstione etiam concludit D. Marianus consil. 4. uisis actis & agitatis, ad fin. in 1. lib. Sed ista deberent sanè intelligi, solum procedere, quo ad ius municipale, nam leges ciuiles inquantum fauorabiles sunt, ab ecclesia approbatæ censentur, ut est sin. & illustre dictum Hostiensis approbatum communiter per scribentes, in cap. 1. de sol. iunctis his, quæ late tradit Andr. Sic. in repetitio. rubr. C. qui admit. in 3. col. ubi examinat, an illa rubr. comprehendat clericos. Et ideo in proposito not. colligit Bald. in l. si quis curialis, ad fin. per illum text. C. de episc. & cler. & in l. de quibus, col. 10. in 6. q. in fi. ff. de legib. quòd licet per statutum non posit auferri clerico ius commune, tamen potest auferri protectio statuti, & priuilegium, & idem etiam ex facto consuluit Bal. consil. 261. quod incipit, licet statutum laicorum. in 3. lib. quod consilium repetitum inuenio consil. 270. eod lib. & concludit in pulchra quæst. Alex. in l. 4. in 2. not. de acq. hære. & Dec. consil. 83. in causa accusationis, col. 3. uers. 6. respondetur. & latius in consil. 114. col. 1. ubi late consuluit in pulchra quæst. statuti Mediola. de his qui non obediunt statutis, quod habeantur extorres ab eis, & sequitur idem Alex. consil. 209. incip. statutis. col. 4 circa med. lib. 2. Et de consuetudine, uel statuto dispo nente, q̄ stetur libris mercatorū, an seruari debeat pro clerico

Statutū, an auferat cleri co ius cōe.

clerico contra laicum coram iudice ecclesiastico, est sing dictum Bald.in l.2.col.2.uer.dubitatur.C.de con stit.pec.quòd sic. & tangit Alex. consi.138.opportune consideratis.colum.3.lib.1.& subtiliter disputat Aret. consi.45.uisis articulis,per totum. Et similiter quod clericus possit uti statuto laicorum, concedente excutionem instrumento Guarentigiæ, firmat Paul. de Castr. consi.300.ad primum quæsitum.in 1.dubio,in antiqs. ubi citat Oldra.consi.32.quæst.est.& Bald. in l.1.colu. 7.de sum.Trin.quia aliud est tractare de fauorabili inclusione, aliud de odiosa, secundum eos, & quod decisio,& regula Matth.de qua suprà, non sit indistinctè approbanda, facit, quia contrarium in terminis illius statuti tenuit Lapus de castello., allegatione sua 101. in ciuitate Florentiæ, quem sequuntur multi relati p Andr.Sic.in repet.rub.C.qui admi.in 5.colum.uer.tertiò facit. ubi refert se iam 17.anno elapso apud Bergamum idem consuluisse, licet aliter dixerit in cap.quòd cler.extrà de fo.compet. & Soci.d.consi.89 colum.1.& ultra eos idem consuluit Bal.consi.30.incip.præsupposito statuto.in uer.quæritur utrum statutum. in 1.libro. & idem etiam in casu statuti, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, tradit Lud. Rom.sing.443. incip.habeo casum.ubi loquitur in Cardinali Nouariensi, qui reliquit plures filios masculos, & fœminas, & dubitabatur, an masculi excluderent fœminas uirtute statuti præallegati.& inclinat quòd sic: licet dicat se multum dubitare. Sed ex superius relatis casus redditur satis clarus, iunctis his quæ tradit Do.Felin.in cap. Rodulphus.colum.13.uer.de hoc uerbo.extrà de rescri ptis. Quid autem sit in statuto, quòd agnatus præferatur cognato, an cognatus clericus excludetur, Ioan. de Imo.tenet quòd non, in cap.quòd clericis.de fo.cō. quem sequitur D.Alex. consi.44.uideretur.col.4.lib.5. & Dec.consi.13.in fi.Quod tamen ultimum intelligitur procedere, quando uerba statuti diriguntur ad personam: secus, si ad rem: secundum Do.Alexan.in d.

consi.col.4.uer.concludo.& Soci.consil.78.col.pen.ad fi.lib.2. Feli.in d.ca.ecclesia Sanctæ Mariæ.colum.39. uer.5.& ult.casus.de constit.& hanc limitationem nota ad statutum Mediolanens.de muliere nubente cũ hæreditate extra iurisdictionem.

Secundo limitatur, quando statutum prius uinculũ iniecisset cognato,uel mulieri quæ monacha efficeret, antequam clericatum assumeret,uel religionem ingrederetur. aliàs secus est,ut per D.Abb.in d.ca ecclesia. col.pen.ubi omnes mod.& consuluit Pau.cõsi.339.primum dub.col.4.in antiquis.& Imo.in d.c.quod cleri. col.ult.in prin.ubi refert Do.Anto. consuluisse.& latè Soci.consi.89.circa col.1.lib.2.

Coccum quod proprio nomine appellaretur,quin uer si coloribus cederet, nemo dubitauit, quin minus porrò coratinum, aut insignum, aut mellinum suo nomine,quàm coccum purpurave designatur. ita memoriæ scriptum reliquit Pauli in l. quæsitum § illud fortasſis. de leg.3. Cuius uerba superioribus diebus in dubium reuocabantur. Propterea hæc adnotare, ab re nisum nõ est.nam Accursius ne uerbum quidem. & puto uerba hæc sic castiganda: Quin minus porrò crocinum, aut œnanthinum,aut mellinum,suo nomine,& reliqua. Crocinus enim adiectiuum, idem est quod croceus, & lutem colorem significat. Croceus autem color est,q uulgò gialdus appellatur. Idem color etiam flammeus dicitur.Pli.21.lib.Lutei coloris uideo honorem antiqſsimum,in nuptialibus flammeis totum fœminis cõcessum.Crocinum præterea unguentũ est, ex croco trito, & uino,præcipuè dulci,confectum, quo Romani nõ solum ad usum corporis, sed etiam pulpita spargebant. Propertius,Pulpita solennes non oluere crocos.

Locus Pauli. *Crocci-nus.* *Croceus color.* *Flammeus.*

Possemus etiam leggere coccinum, ut ueniat à cocco. Coccum enim rubens gramen est in maxima laude,uulgo granum dicitur laudatiſsimum, nascitur circa Emeritam Lusitaniæ ciuitatem,ut in 9.tradit Plin. Coccinus uerò pen.correpta, color est purpureus, quo panni

Coccum quid.

panni inficiebantur. de quo D. Hier. inquit. Filiæ Israel flete super Saul, qui uestiebat uos coccino. Hic color exuberantiam quandam aut splendorem ruboris ostendit, qui & spadidus, & phœniceus, & roseus uocatur. De uestib. coccineis meminit Martial.

Coccina famosæ donas, & ianthina mœchæ:
Vis dare quæ meruit munera, mitte togam.

Oenãthe quid Oenanthe etiam inter colorum genera numeratur à Plin. à flore eiusdem nominis, ex uua lambruscæ uitis, simulque colligitur, cum optime olet, siccaturque in umbra substrato linteo, atque in cados conuitur. dicta est autem à Græcis nominibus, nam οἶνος dicitur uinum, & τὸ ἄνθος flos, quasi uini flos, οι in œ diphthongū latinam conuersa. Tamen diuus Hiero. contra Iouinianum accepit pro quodam odoramenti genere, cùm dixit: Amomum Cyphi, oenanthe, muscus, & peregrini muris pellicula, & ideo oenanthinum unguentum appellantur, quod ex oenanthe, idest flore lambruscæ sit compositum. Si tamen magis placeret communis lectio, Insignum, deme aduersatiuam aut, & intelligas de coccino insigni. i. excellenti, Verg. Georg. 3.

Insignis. Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo,
Idem Aeneid. 4. Ostroque insignis, & auro. Stat sonipes Liuius li. 1. ab Vrbe condita. Flaminem Iouis assiduum sacerdotem creauit, insignique ueste, & curruli regia sella adornauit. Vlp. in l. 1. de censibus. Imperator noster ob egregiam in remp. imperiumque Romanū insignem fidem, Italicum ius dedit. Sunt tamē qui Hysginum legant, is color est hyacinto similis, inde apud Lucianum, & Suidam ὑσγινοβαφὴς, id est uestis hysgino tincta, de quo etiam scripsi infrà in uerb. Purpuræ. *Hysginus.* Melinus autem color in floribus luteum significat. Id ex Dioscoride, & Plinio euidentissimum esse, scribit Hermolaus Barbarus. Melinum etiam pro candido accipitur, à Melo insula, teste Plin. Vitru. Plutarch. & cæteris denotatque pigmentum candidum, quod ibi fiebat laudatissimū. Plau. in Most. Neq; cerussam, neq; melinum *Melinus color.*

oportet attingere. Quidam autem melinum colorem nolunt esse medium inter album, & fuscum, qui dicitur giluus. Fit autem, ut alii sentiunt, ex struteo. Cotoneũ enim per excellentiam μῆλον, hoc est melum uocamus, a quo fit melinum.

Cocus Imperatoris, an dicatur habere dignitatem, allegatur sing. dictum *Bal.* q. sic. in c. 1. de feud. guard. qđ dictum pro sing. citat And. Sicu. in tract. de præst. Car. in 1. q. primæ partis. in 14. col. uers. 7. Cardinales, ubi dicit q. *Bald.* hoc dicebat in lectura noua, quod ante *Bar* ba. notauit etiam Lud. Rom. sing. *666*. nunquid esse cocum. & sequen. Do. Fel in rub. de offi. delega. in 2. colu. tamen apud antiquos uilissimum mancipium fuit, & extimatione, & usu, licet post deuictum Antiochum ex nili ministerio postea Romæ ars haberi cœpta est, ut in Cnei Manlii triumpho scribit Liu. lib. 9. belli Macedon.

Codicilli largo modo ueniunt appellatione testamenti. glo. est quæ ad hoc communiter allegatur in l. 2. in. uerb. ex omnib. C. communia de leg. & inst. de testam. in prin. *Bal.* in l. ult. in 2. q. C. de edict. d. Andr. tol. & in pulchra quæst. ex facto consuluit *Bald.* 294. q̃ritur utrũ usurarius. in 2. lib. & alibi sæpe.

Fallit tamen in odiosis, & exorbitantibus a regul. iur. communis. propterea sing. consuluit Ange. consi. 8. ex dicto themate. in ult. col. quòd cum prohibitio alienandi sit exorbitans, & odiosa, quia iniquum est ingenuis hominib. non esse liberam rerum suarum alienationem, ut inquit Iureconsul. in l. 2. ff. si quis a patr. fue. manu. prohibitus alienare in testamento, non prohibetur alienare in codicillis, quod si est uerum, est ualde singu. secundum D. Ias. in rub. de leg. 1. in 2. col. uersic. ad istam. & pro sing. commendat Soci. in l. 1. §. hoc autem. in fin. ff. ad Senatuscons. Trebell. Nunquid autem debent publicari, prout in testamento disponitur in l. 2. C. de testa. *Bal.* sing. in l. 2. ad fin. C. de discussor. lib 10. dicit se obtinuisse, quòd non. & pro sing. citat Do.

Ias.

Iaſ.in rub.de leg.1.col.2.in prin.

Collegia ſodalitia ne patiantur eſſe, mandatis principum præcipitur præſidibus prouinciarum. ita inquit, Iureconſ.in l.1.ff.de colleg is illicitis. Sed eo in loco quidam uim uocabuli minimè percipiẽtes, aſſerunt mẽdam eſſe. Ideo ne uerba deprauẽtur, dicas per collegia ſodalitia a Iureconſ. ſignificari commeſſationes, & conuiuia ſocialia, qualiter erant apud Cretes ſyſſitia, quorum meminit Strab.in 10. Nam Græce σύσσιτια, Latinè ſodalis hoc eſt quod dixit Caius Iureconſ.eo.ti.in l. ult. Sodales, inquit, ſunt qui eiuſdẽ collegii ſunt, quos Græci συσσίτους uocant, licet in Pandectis noſtris quidam codices integrum ſpacium habeant, inani loco. Nõ tamen ſemper arbitror ſodalitia eſſe inhoneſta, & illicita, neque enim Ouid. dixiſſet, Iure ſodalitii, qui mihi iunctis erat.

Locus. Iureconſ. *Sodalitia.* *Locus Cai.*

Notum etiam eſt nobis Catullianum carmẽ, Alphene immemor atque unanimis falsè ſodalibus. Item illud Poetæ, Tenero meo ſodali. Quinimo Cato apud Ciceronem narrat ſe ſolitum epulari cum ſodalibus, ſodalitateſq; ſe quæſtore conſtitutas eſſe, in quibus mutitare ſolebant, hoc eſt mutua conuiuia agitare, quod uerbum Gellianum eſt. Sodalis autem propriè in rebus leuioribus dicitur, & ferè in conuiuiis. dicti autẽ ſodales ſunt, quaſi ſimul edales, uel ꝗ ſederent ſimul in mẽſa, uel una eſſent, uel ꝗ è ſuo datis ueſci ſolerent, iuxta gl.in l.ult.in in prin.ff.de aleatoribus, uel potius, ꝗ inter ſe ſuaderent quod commodum eſſet. Tullius: Epulabar modice cum ſodalibus. Catul. Mei ſodales quærũt in triuio uocationes. Corn. Nepos de Antiocho rege Syriæ: Victus, & ultra Taurum montem relegatus, a ſodalibus quos temulentus in conuiuio pulſauerat occiſus eſt.

Mutitare. *Sodales qui, & unde.*

Hæc iura ita declarata, inducuntur per Bal. ad ſingu. quæſtionem, in conſilio 162. quidam Franciſcus in 4. dub. in ult. lib. an collegia, & fraternitates battentium ſint loca pia, uel pauperum, ita ut, quod diſtribuen-

dum uenit inter pauperes, posſit eis concedi. & decidit ſingu. quòd non. & quod ſint collegia approbata, licet contrarium teneant aliqui Doctores, quos refert Decius conſi. 72. uiſo puncto colum. 3. uerſicu. principaliter. Item inducuntur ad aliud, quòd propter mala ſtatuta, collegia etiam licita debent caſſari. ita eleganter Bal. in c. 1. §. conuenticulas. col. 1. uer. extra nota. in ti. de pace iur. firm. quod reaſſumit, & approbat Ludo. Ro. ſingu. 346. nunc habeo. Prædicta admonent etiam nos, ut obiter declaremus alium Iureconſ. locum in l. ſi quid uenditor. in prin. de ædil. edict. Tardus, inquit, & commeſſor inueniatur. Nam in hoc loco, commeſſator, ſecundum aliquos reponendum eſt, & appellari poterit ille, qui nocturnis, & intempeſtiuis conuiuiis delectatur. Martial.

Locus in reconſ.

Commeſſator qui.

Qui nec leno potes, nec commeſſator haberi.

Mereda quæ.

Et propriè poſt cœnam, nam ante cœnam merenda appellatur, & ideo, ut Tranquil. refert, Domitianus conuiuabatur frequenter, & largè, ſed penè raptim, non ultra ſolis occaſum, nec ut poſtea cõmeſſaretur. Hi Græcis κωμαστὰι uocitantur, alio nomine commeſſantes, & commeſſabundi, & commenſales dici poſſunt Pli. Nat. hiſt. 22. Athenis commeſſabundi iuuenes ante meridiem, conuentus ſapientum frequentabant. Curtius: Si quid uictis ſaltem aduerſus cõmeſſantes animi fuiſſet. Martial.

Cõmeſſabundi, et commeſſantes.

Non Albana mihi ſit commeſſatio tanti.

Nam intelligere de deponenti commeſſor, in hoc loco Iureconſ. iudicio meo non conuenit.

Collecta eſt munus patrimoniale, quod imponitur perſonis pro rebus, gl. in l. reſcripto. §. ſi. ff. de mun. & honor. latè declarat Ale. conſi. 52. uiſis his quæ in themate. circa ſi. li. 5. & propterea dicit not. Bal. in l. ſi negotiũ. C. de neg. geſt. & in l. cũ perſonas, per illum text. C. pro ſocio. quod ſi uenditor cogitur ſoluere collectam pro re uendita, antequam illam ſcribi faciat in extimo emptoris, poterit repetere ab emptore, quod pro dicta re

uendita

uendita soluit saltem utili actione negotiorum gestorum sequitur D. Alex. consi.147.perspectis instrumentis col.pen.uers.secundo quæritur lib.5. & Decius consi.156.statutum cathedralis colu. 2. circa med.& dicit egregiè Bal.in tit.de pace Constantiæ.§.nos Romanorum circa fi.ꝙ pro collectis bona sunt tacitè hypothecata,& nullus creditor potest habere ius anterius, quã habeat fiscus pro collectis, & tributis, ut dicit Cyn. in l.1.C.si propter publi.pensit.per illum text.ubi etiam Bal.optimè insistit. Et ꝙ communia pro collectis debeant præferri aliis creditoribus, firmat Ioan. Petrus Ferra. in forma libelli actionis hypothecariæ in uerb. sub eadem in 3.col. & nisi collectæ soluuntur, possunt bona allibrata uendi, ut probatur in l.unica ubi glo.in uerb.Distrahatur.C. de uend.rerum fiscalium libr. 10. & non solum possunt uendi bona pro collectis non solutis, sed etiam pro pœnis incursis, propterea ꝙ collectæ in termino non fuerunt solutæ.ita singu.Bald.in l. ult.C.si aduer.fis. quem sequitur Aret.consil. 83. quia multa colum.2.& D.Alexan.in l.creditor. in princi.ff. de act.emp. in addi.& Antonius de Fano in tract.pignorum in 4.membro secundæ partis,colum.tertia, 1.uers. 10.casus.

Hypotheca pro tribunis & collectis datur.

Fiscus pro collectis omnibus præfertur.

Collegæ propriè dicuntur, qui ad aliquod officium gerendum eadem potestate simul eliguntur. Qui uero separatim,& seorsum exercent, non sunt collegæ, sed tribunalia censentur diuersa, secundum Bal.in l.1. in 12.quæst.ff.de off.consul. ubi notabiliter infert, ad assessores prætoris Perusii, quorum iurisdictio est per portas diuisa. Et ex facto superioribus diebus incidit, quia apud nos consultores consulum iustitiæ alternis hebdomadis ius dicunt, & propterea, ꝙ unus incipit, alter non perficit, & si secus fieret, processus ipso iure nullus esset, nisi prorogatio intercessisset iuxta l.si per errorem.ff.de iuris.om.iud.secundum Bal.ibi, & sequitur Bru. consi.93.in 2.colu.ubi loquitur, quãdo plures domini unius castri habent diuersos prætores, quorum

iurisdictio est limitata per regiones, iuxta doctrinam Bal.in c.uno delegatorum. col.ult.de offi.deleg.& in c. 1.§.præterea ducatus col.1.ad fi.de prohib.feud.al. per Fed.quæ communiter obseruatur in Lombardia.ita cõsuluit Abb.cons.82.quanquam. colu.ult.lib.1.& tradit Dec.post Abb.& alios,in c.prudentiam,col.6.& seq. de offi.deleg.

Iurisdõ p portas & regiones ptiri põt.

Collegium debet consentire facta congregatione, & sic collegialiter, non autem sufficit, si singuli per se separatim consentiant, glo.est in c.cum omnes. ubi canonistæ, maximè D. Feli.in 17.col.& tribus sequentibus, de constitutionibus. Sed an per consuetudinem posset induci, q sufficiat consensus particularis omnium, cũ expressione nominis singulorum? Bal.sing.tenuit, q sic in auth.hoc ius in 4.col.uers.3.diceba.C. de sacro. san. eccl.quod dictum pro aureo commendat D.Fel.in c.eã te col.11.uers.hoc modo,extra de rescriptis, ubi tamẽ dubitat de ueritate. Et licet multa in contrarium possent adduci, tamen est memoria dignum ad limitationem præal.gl.in d.c.cum omnes, ultra alias sex ibi ordinatim traditas per D.Fel.

Colonus ecclesiæ tenetur pro parte sibi obueniente ad Gabellas dominis temporalibus, tamen si nimis grauaretur, ita ut per indirectum exigeretur ab eis etiam Gabella partis ecclesiæ, episcopus prouidere debet. ita singu. consuluit Feder.de Senis, consi.3.q. talis est, an diœcesanus possit in pen.col.uersi.ueruntamen, & pro sing.citat D.Ias.in l.1.in ult.col.uersi.4.facit. C. de iudic.uid.tollen.& consi.20.in præsenti col.3.lib. 1. Sed quid in colonis clericorum orientalium, puta Græcorum, quibus permissum est uti matrimonio antea contracto.c.cum olim de cler. coniug. an gaudeant priuilegiis concessis clericis occidentalibus? Bal.singu.consuluit, q sic si non habent uxores in consil. 23. orientalibus licitum est in 3.lib. Vlterius obiter etiam notandũ est, q colonus partiarius tenetur ad semina, & alias impensas, neque potest aliquid ante partem deducere,

Græcorũ sacerdotes possũt habere uxores.

nisi

nisi per speciale pactum illud dispositum sit. tex. est quē ibi ita not. Inno. in cap. tua nobis de decimis, & est per petuò notandum secundum D. Abb. ibi in 3. no. & approbat Do. Ias. in l. fructus in 3. colum. ff. sol. matr. Nisi tamen consuetudo regiónis aliud suaderet per ea quę Socyn. refert consil. 99. in causa eximii colum. 3. lib. 1. speciale enim uideri potest in decimis, fauore ecclesiæ, ne ex eis semen deducatur, ut uidetur sentire Bar. in d. l. fructus, & tradit Campeg. tract. dotis in 2. part. in 12. q. ubi plura adducit.

Columniuarium genus erat uasis lapidei, quo aqua ex niuibus colabatur, & sic ad bibendum præparatorium, & de eo meminit Pomp. in l argento ī prin. ff. de auro, & argento legato, licet apud Iureconf. Columnarium repositum sit, & quidem satis ineptè de eo etiam. *Pauli locus.*

Martial. Epigramatum 14. hoc distitcho,
Setinos moneo nostra niue frange trientes,
Pauperiore mero pingere lina potes.

Et de uasis niualibus loquitur etiam idem pomp. in l. & si non sunt. §. argento eo. tit. de aur. & arg. lega. licet impræssi codices pro niualibus legant naualibus, quam lectionem sequutus est Accur. *Pōp. locus.*

Commater an possit accusare occisorem sui compatris, dubitari desiit, quia affinitas spiritualis maior est quàm carnalis copula, secundum glo. in c. qui dormierit in glo. 1. q. 27. secunda. ita sing. decidit Bald. in l. 1. col. 12. uersi. sed an commater C. qui accusare non possunt, ubi dicit, de hoc non inueniri casum l. uel Decretalis, quem ipse sciat. & hoc dictum Bald. sequitur Dom. Alexan. consi. 34. uiso processu circa fi. lib. 3. pro sing. refert, & sequitur D. Ias. in l. apertissimi in 2. col. uersicu. sexta causa C. de iudiciis, & in l. generaliter in 1. colu. de in ius uoc. licet utrobique mendose citet in tit. C. unde ui. Et est memoria dignum: quia licet quis unicā matrem, quam sibi sors dederit, haberi possit, iuxta c. afferte mihi gladium, de præsumpt. & dicit Bald. in c.

in nostra ad fin. de testibus, tamen multæ commatres possunt eligi. Et idem in compatre dictum puta. & de hoc dicto Bal. meminit etiam D. Alex. consi. 593. quoniam abunde col. ult. lib. 2. ubi etiam concludit, quòd non possit compater esse testis, per not. dictum Bald. in l. generaliter. ff de in ius uoc. de quo ult. tamen uide Felin. qui contrarium firmat in cap. cum nuncius colum. 2. de testib. & D. Iasin. in d. l. apertissimi col. 3. uersi. sexta causa: ubi dicit bene notandum, quia sæpe interrogaberis. post Alex. consil. 125. uiso themate in fin. lib. 4. Sed in filiocio quid dicemus? idem arbitror, & pro hac adduco sing. dictum Bal. in auth nisi rogati in ul. col. uersi. sed tunc ego C. ad Treb. ubi decidit, quod sicut filio adoptiuo debentur alimenta, ita etiam filio spirituali in subsidium, & licet Bal. ibi sing. teneat, quod tamen filius spiritualis, quãtum ad succedendum non sit filius, & propterea non excludat substitutum: tamen contrarium in hoc concludit And. Sicul. in repetitione l. cum acutissimi in 125. colu. uersi. faciat elegans, & sing. C. de fideicom. quia magis diligendus est pater spiritualis, quàm carnalis, ut not glo. sing. per illum tex. in cap. Pitatium in glo. ult. 30. quæst. 3. uel saltem æqualiter debent amari, ut dicit tex. in cap. ita diligere eadẽ de causa, & quæstione, & tradit etiam Alex. in d. consil. 144. col. ult. in prin. quod ultimum est memoriæ mandandum, ad ea quæ dicuntur in illo difficili, & uulgato articulo, An legitimatus excludat substitutum, in quo Martinus Lauden. in tractatu de legitimat. col. 2. uersi. an autem legitimatus post Ancha. in repeti. cap. canonum statuta col. 80. uersicu. quid si statutum loquitur de constitut. Calderinus consil. 1. qui filii sint legit. & alii quos retuli infrà in uerb. Legitimatus excludit, & ultra alios in locis communibus consuluit Bal. cõsilio 466. incip. quidam instituit Petrum in 3. libro. Et prædicta confirmari possunt per singu. dictum Do. Abb. in ca. ult. in 3. col. uer. in glo. infra uerb Simoniam de purg. canon. ubi multum singulariter decidit, quod licet

Compater nõ potest eẽ testis.

Filiocius põt accusare occisorẽ patris spiritualis.

Filius spiritualis an excludat substitutũ.

Pater spiritualis debet diligi sicut carnalis.

Legitimatus an excludat substitutum.

cet pro simplici fornicatione sacerdos non debeat deponi secundum opinionem approbatam, de qua per gl. & scri.ibi in cap.lator 2.quæst.7.quam communem esse attestatur Imol.in cap.ut clericorum de uir. & hon. cler. tamen istud non procedit in sacerdote cognoscente filiam spiritualem, subdens, quòd licet quotidie ecclesia dispenset in cognatione carnali circa matrimonia, tamen in spirituali nunquam dispensauit, & hoc dictum Do.Abb.dicit se alibi non legisse Do. Feli. ubi eum sequitur in cap.at si clerici in prin. in pen. col. uer.2.limi.de iud.

Sacerdos cognoscēs filiā spiritualē pōt deponi.

Papa nō dispēsat ī cognatione spirituali.

Comes sine comitatu non est comes propriè, sed abusiue. sicut sunt comites sacri Palati, qui creant tabelliones, dant tutores, & alia faciunt quæ in eorum priuilegiis continentur. ita sing.not.Bal.in cap.1.per illum tex.in tit.quis dicatur dux, uel marchio, & hoc dictum reputat singularis.Mar.Laud.in disp.sua Augerius in 6.car.in 3.col.& ex eo sing. infert ad practicam ꝙ habens potestatem ab Imperatore, uel Pontifice legitimandi quoscunque exceptis filiis comitum, poterit legitimare filios comitum, qui sunt sine comitatu, & ita etiam ex istis dicit se consuluisse Paduę Do.Ias.in l.id quod apud hostes in ult.colum.de leg.1.quod est memoria dignum. sequitur illud dictum Bald. etiam Do.Feli.in cap.Rodulph.colum.14.uersi. comitatus de rescrip.& sæpe potest contingere ī partibus nostris, ubi sunt multi comites solo titulo contenti, prout etiam in episcopis Nullatenensibus dicitur.Et confirmo per illud singu dictum Bald. in auth. licentiam in 2. colum. uersi.sed ponamus, est quidam C.de episc.& cler.ubi decidit, quòd in episcopo qui habet dignitatem sine administratione, quia episcopatus suus est apud Sarracenos, cessat præsumptio illius tex. prout etiam dicimus in seruo, & filio, qui necessarius hæres patris, uel domini dicitur. nam potest antequam se immisceat hæreditati impetrare separationem bonorum. ut dicit text.in l.1.§.ult.ff.de separat. neque sibi obesse potest.

Eps Nullatenensis.

test nudus,& solus titulus hæredis, sine administratione,& hoc dictum Bal.pro sing.refert, & sequitur And. Siculus in tract.de præst. Card. in 3.quæstione primæ partis in 2.col.ad fi.& seq.

Accedat quod pulchrè not. Bald.in l.ult. per glo.ibi C.ad l.Fal. de plagia. quòd priuilegia quæ dantur uiduis,dantur etiam illis quæ habent maritos inutiles: cũ multis similibus,de quibus infrà in uerbo, Vidua.Tertiò facit, quod pulchrè no. Bal. post Cynum in §.itaque in 1.colum.per illum tex.in proœ.Digestorum ; ꝙ appellatione calzolarii nõ uenit zanaterius, & ita hoc dictum Bal.refert And.Sicul.in tractatu de præst.Cardin.in 8.quæstione primæ partis, in ultima colum.ubi in proposito concludit, ꝙ eo modo appellatione Cardinal. non ueniunt Cardinales ecclesiæ Rauennatis ; quia abusiuè , & impropriè dicuntur Cardinales ; ut etiam dicit glo.singu.in c.pudor est, in glo.ult.32.quæstione 2.quæ idem dicit de rege Scaccorum . est tamen animaduertendum,quia Bal.in d.§.itaque in libris impræssis, loquitur affirmatiuè,scilicet, ꝙ zanaterii gaudent priuilegio caligariorum , & hoc optimè uidetur posse colligi ex illo textu.Quartò benefacit,ꝙ alibi eleganter notat Bal.in l.si is qui §.ult.ff.de excusat. tuto. ubi arg.illius tex.not.ꝙ habẽs beneficium nomine,sed non re,impetrando aliud beneficium , non tenetur de primo facere mentionem,& hoc dictum Bal. sequitur, & declarat D.Fel.in cap.in nostra colu.4.uersic.de iure ad rem.extrà de rescrip.

Calzolarij appellatione an ueniat zanaterius.

Car. Rauenates.

Scaccorũ rex.

Comes palatinus potest coram seipso legitimare proprium filium, & nepotem ex fratre , uel aliter con iunctum , Bald. singu in l.si consul.in 4.q.ff.de adop. quæ decisio est sing secundum D.Ias.in l.qui iurisdictioni in 2.colu.uersi.pro ista limitatione ff. de iurisdi. omn.iudi.ubi refert Ioan. de Anan. Bald. astipulari,licet ipse pungat in contrarium. & contrarium latè consuluit Ancha.consi 320. primum dubium in ult. colu. & Socy.consi.95.nulli dubium col.2. in 4.lib.Felin.in

consi.

consil.3.colum.4.de prob.

Comitatenses an ueniant appellatione ciuium in materia odiosa, est sing. decisio Bald. in l. si in aliquam. ff. de officio proconf. & lega. de qua scripsi inf. in uerb. Represaliæ.

Commata (secundum Vlp. in l. pen. §. in Aegypto. ff. de extraor. cog.) in Aegypto sunt aggeres qui solent aquã Niloticam continere, ita enim scribendũ est apud eum, non ut in uulgatis codicibus, inlotitam, ideo enim illi aggeres extruuntur, ut aquam Nili euagantis coerceãt ut etiam monuit Philip. Beroal. *Vl. locus*

Commentarienses apud antiquos dicebantur, qui in commentarium custodias referebant, & librum custodiarum singulis quibusque diebus conficiebant, ut apud nos memoriæ tradidit Vlpia. in l. diuus Adr. ff. de bonis dam. nam ita apud eum scribendum est: non ut in quibusdam uulgatis codicibus, & commentanenses. Appellari etiam possunt hi, ad quos receptarum personarum custodia obseruatioque pertinebat: ut inquit Imperator lege penult. C. de custo. reorum, nomen sortiti, secundum Accurs. quia comitati debent eum, quem custodiunt, uel quia Commentariũ in locus erat, ubi captiui retinebantur. Tamen magis placet, ut dicamus nomen inditum esse à scribendis commentariis, commentarii enim dicuntur libri, in quibus res non late, neque diffuse, sed sub quodam compendio uerborum, & quasi per capita explicantur: ut de commentariis Numæ apud Liuium lib. 1. & ideo Cicero in Bruto: Non est (inquit) oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulo plenius. Seneca Declam. 3. Sine commentario nunquam dixit Seuerus Cassius, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Modestinus quoque noster in l. abesse (secundum ueram lectionem) tit. quibus ex cau. maio. Ad ærarium inquit, delati, aut in commentarium principis relati sunt. Cœlius ad Ciceronem scribens, Epist. fam. lib. octauo, Commentarium rerum urbanarum primum dedi *Vl. locus* *Cõmeta-rij qui* *Mod. locus.*

Hac

consi.col.4.uer.concludo.& Soci.consil.78.col.pen.ad fi.lib.1. Feli.in d.ca.ecclesia Sanctæ Mariæ.colum.39. uer.5.& ult.casus.de constit.& hanc limitationem nota ad statutum Mediolanens.de muliere nubente cũ hæreditate extra iurisdictionem.

Secundo limitatur, quando statutum prius uinculũ iniecisset cognato,uel mulieri quæ monacha efficeret, antequam clericatum assumeret,uel religionem ingrederetur. aliàs secus est,ut per D.Abb.in d.ca ecclesia. col.pen.ubi omnes mod.& consuluit Pau.cõsi.339.primum dub.col.4.in antiquis. & Imo.in d.c.quod cleri. col.ult.in prin.ubi refert Do.Anto. consuluisse.& latè Soci.consi.89.circa col.1.lib.2.

Coccum quod proprio nomine appellaretur,quin uer si coloribus cederet, nemo dubitauit, quin minus porrò coratinum, aut insignum, aut mellinum suo nomine,quàm coccum purpurave designatur. ita memoriæ scriptum reliquit Pauli in l. quæsitum §.illud fortasis. de leg.3.Cuius uerba superioribus diebus in dubium reuocabantur. Propterea hæc adnotare, ab re nisum nõ est.nam Accursius ne uerbum quidem. & puto uerba hæc sic castiganda: Quin minus porrò crocinum, aut œnanthinum,aut mellinum,suo nomine,& reliqua.

Locus Pauli.

Crocinus enim adiectiuum, idem est quod croceus, & lutem colorem significat. Croceus autem color est,q uulgò gialdus appellatur. Idem color etiam flammeus dicitur.Pli.21.lib.Lutei coloris uideo honorem antiqſsimum,in nuptialibus flammeis totum fœminis cõcessum.Crocinum præterea unguentũ est, ex croco trito, & uino,præcipuè dulci,confectum, quo Romani nõ solum ad usum corporis, sed etiam pulpita spargebant. Propertius,Pulpita solennes non oluere crocos.

Croccinus. *Croceus color.* *Flammeus.*

Possemus etiam leggere coccinum, ut ueniat à cocco. Coccum enim rubens gramen est in maxima laude,uulgo granum dicitur laudatissimum, nascitur circa Emeritam Lusitaniæ ciuitatem,ut in 9.tradit Plin. Coccinus uerò pen.correpta, color est purpureus, quo

Coccum quid.

panni

panni inficiebantur. de quo D.Hier.inquit. Filiæ Israel flete super Saul, qui uestiebat uos coccino. Hic color exuberantiam quandam aut splendorem ruboris ostendit, qui & spacidus, & phœniceus, & roseus uocatur. De uestib. coccineis meminit Martial.

Coccina famosæ donas, & ianthina mœchæ:
Vis dare quæ meruit munera, mitte togam.

Oenanthe quid Oenanthe etiam inter colorum genera numeratur à Plin. à flore eiusdem nominis, ex uua lambruscæ uitis, simulque colligitur, cum optime olet, siccaturque in umbra substrato linteo, atque in cados conuitur. dicta est autem à Græcis nominibus, nam οἴνη dicitur uinum, & τὸ ἄνθος flos, quasi uini flos, οι in œ diphthongũ latinam conuersa. Tamen diuus Hiero. contra Iouinianum accepit pro quodam odoramenti genere, cùm dixit: Amomum Cyphi, oenanthe, muscus, & peregrini muris pellicula, & ideo oenanthinum unguentum appellantur, quod ex oenanthe, idest flore lambruscæ sit compositum. Si tamen magis placeret communis lectio, Insignum, deme aduersatiuam aut, & intelligas de coccino insigni. i. excellenti, Verg. Georg. 3.

Insignis. Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo,

Idem Aeneid. 4. Ostroque insignis, & auro. Stat sonipes Liuius li. 1. ab Vrbe condita. Flaminem Iouis assiduum sacerdotem creauit, insignique ueste, & curruli regia sella adornauit. Vlp. in l. 1. de censibus. Imperator noster ob egregiam in remp. imperiumque Romanũ insignem fidem, Italicum ius dedit. Sunt tamẽ qui Hysginum legant, is color est hyacinto similis, inde apud Lucianum, & Suidam ὑσγινοβαφὴς, id est uestis hysgino tincta, de quo etiam scripsi infrà in uerb. Purpuræ. *Hysginus.* Melinus autem color in floribus luteum significat. Id ex Dioscoride, & Plinio euidentissimum esse, scribit Hermolaus Barbarus. Melinum etiam pro candido accipitur, à Melo insula, teste Plin. Vitru. Plutarch. & cæteris denotatque pigmentum candidum, quod ibi fiebat laudatissimũ. Plau. in Most. Neq; cerusiam, neq; melinum *Melinus color.*

oportet attingere. Quidam autem melinum colorem nolunt esse medium inter album, & fuscum, qui dicitur giluus. Fit autem, ut alii sentiunt, ex struteo. Cotoneũ enim per excellentiam μῆλον, hoc est melum uocamus, a quo fit melinum.

Cocus Imperatoris, an dicatur habere dignitatem, allegatur sing. dictum *Bal.* q̃ sic. in c. 1. de feud. guard. qđ dictum pro sing. citat And. Sicu. in tract. de præst. Car. in 1. q. primæ partis. in 14. col. uers. 7. Cardinales, ubi dicit ꝙ *Bald.* hoc dicebat in lectura noua, quod ante *Bar* ba. notauit etiam Lud. Rom. sing. *666*. nunquid esse cocum. & sequen. Do. Fel in rub. de offi. delega. in 2. colu. tamen apud antiquos uilissimum mancipium fuit, & extimatione, & usu, licet post deuictum Antiochum ex uili ministerio postea Romæ ars haberi cœpta est, ut in Cnei Manlii triumpho scribit Liu. lib. *9*. belli Macedon.

Codicilli largo modo ueniunt appellatione testamenti. glo. est quæ ad hoc communiter allegatur in l. 2. in. uerb. ex omnib. C. communia de leg. & inst. de testam. in prin. *Bal.* in l. ult. in 2. q. C. de edict. d. Andr. tol. & in pulchra quæst. ex facto consuluit *Bald.* *294*. q̃ritur utrũ usurarius. in 2. lib. & alibi sæpe.

Fallit tamen in odiosis, & exorbitantibus a regul. iur. communis. propterea sing. consuluit Ange. consi. 8. ex dicto themate. in ult. col. quòd cum prohibitio alienandi sit exorbitans, & odiosa, quia iniquum est ingenuis hominib. non esse liberam rerum suarum alienationem, ut inquit Iureconf. in l. 2. ff. si quis a patr. fue. manu. prohibitus alienare in testamento, non prohibetur alienare in codicillis, quod si est uerum, est ualde singu. secundum D. Ias. in rub. de leg. 1. in 2. col. uersic. ad istam. & pro sing. commendat Soci. in l. 1. §. hoc autem. in fin. ff. ad Senatuscons. Trebell. Nunquid autem debent publicari, prout in testamento disponitur in l. 2. C. de testa. *Bal.* sing. in l. 2. ad fin. C. de discussor. lib. 10. dicit se obtinuisse, quòd non. & pro sing. citat Do.

Ias.

Iaſ.in rub.de leg,1.col.2.in prin.

Collegia ſodalitia ne patian ur eſſe, mandatis principum præcipitur præſidibus prouinciarum. ita inquit, Iureconſ.in l.1.ff.de colleg is illicitis. Sed eo in loco quidam uim uocabuli minimè percipiẽtes, aſſerunt mẽdam eſſe. Ideo ne uerba deprauẽtur, dicas per collegia ſodalitia a Iureconſ. ſignificari commeſſationes, & conuiuia ſocialia, qualiter erant apud Cretes ſysſitia, quorum meminit Strab.in 10. Nam Græce *σύσσιτια*, Latinè ſodalis, hoc eſt quod dixit Caius Iureconſ.eo.ti.in l. ult. Sodales, inquit, ſunt qui eiuſdẽ collegii ſunt, quos Græci *συσσίτους* uocant, licet in Pandectis noſtris quidam codices integrum ſpacium habeant, inani loco. Nõ tamen ſemper arbitror ſodalitia eſſe inhoneſta, & illicita, neque enim Ouid.dixiſſet, Iure ſodalitii, qui mihi iunctis erat. *Locus. Iureconſ.* *Sodalitia.* *Locus Cai.*

Notum etiam eſt nobis Catullianum carmẽ, Alphe ne immemor atque unanimis falsè ſodalibus. Item illud Poetæ, Tenero meo ſodali. Quinimo Cato apud Ciceronem narrat ſe ſolitum epulari cum ſodalibus, ſodalitateſq; ſe quæſtore conſtitutas eſſe, in quibus mutitare ſolebant, hoc eſt mutua conuiuia agitare, quod uerbum Gellianum eſt. Sodalis autem proprie in rebus leuioribus dicitur, & ferè in conuiuiis. dicti autẽ ſodales ſunt, quaſi ſimul edales, uel ꝙ ſederent ſimul in mẽſa, uel una eſſent, uel ꝙ è ſuo datis ueſci ſolerent, iuxta gl.in l.ult.in in prin.ff.de aleatoribus, uel potius, ꝙ inter ſe ſuaderent quod commodum eſſet. Tullius: Epulabar modice cum ſodalibus. Catul. Mei ſodales quærũt in triuio uocationes. Corn. Nepos de Antiocho rege Syriæ: Victus, & ultra Taurum montem relegatus, a ſodalibus quos temulentus in conuiuio pulſauerat occiſus eſt. *Mutitare.* *Sodales qui, & unde.*

Hæc iura ita declarata, inducuntur per Bal.ad ſingu. quæſtionem, in conſilio 162. quidam Franciſcus in 4. dub.in ult.lib. an collegia, & fraternitates battentium ſint loca pia, uel pauperum, ita ut, quod diſtribuen-

uendita soluit saltem utili actione negotiorum gestorum sequitur D. Alex. consi.147.perspectis instrumentis col.pen.uers.secundo quæritur lib.5. & Decius consi.156.statutum cathedralis colu.2. circa med.& dicit egregiè Bal.in tit.de pace Constantiæ.§.nos Romanorum circa fi. ꝙ pro collectis bona sunt tacitè hypothecata,& nullus creditor potest habere ius anterius, quã habeat fiscus pro collectis, & tributis, ut dicit Cyn. in l.1.C.si propter publi.pensit.per illum text. ubi etiam Bal. optimè insistit. Et ꝙ communia pro collectis debeant præferri aliis creditoribus, firmat Ioan. Petrus Ferra. in forma libelli actionis hypothecariæ in uerb. sub eadem in 3.col. & nisi collectæ soluuntur, possunt bona allibrata uendi, ut probatur in l.unica ubi glo.in uerb.Distrahatur.C. de uend.rerum fiscalium libr. 10. & non solum possunt uendi bona pro collectis non solutis, sed etiam pro pœnis incursis, propterea ꝙ collectæ in termino non fuerunt solutæ.ita singu.Bald.in l. ult.C.si aduer.fis. quem sequitur Aret.consil.83. quia multa colum.2.& D.Alexan.in l.creditor. in princi.ff. de act.emp.in addi.& Antonius de Fano in tract.pignorum in 4.membro secundæ partis,colum.tertia,1.uers. 10.casus.

Hypotheca pro tributis & collectis datur. Fiscus pro collectis omnibus præfertur.

Collegæ propriè dicuntur, qui ad aliquod officium gerendum eadem potestate simul eliguntur. Qui uero separatim,& seorsum exercent, non sunt collegæ, sed tribunalia censentur diuersa, secundum Bal.in l.1. in 12.quæst.ff.de off.consul. ubi notabiliter infert, ad assessores prætoris Perusii, quorum iurisdictio est per portas diuisa. Et ex facto superioribus diebus incidit, quia apud nos consultores consulum iustitiæ alternis hebdomadis ius dicunt, & propterea, ꝙ unus incipit, alter non perficit, & si secus fieret, processus ipso iure nullus esset, nisi prorogatio intercessisset iuxta l.si per errorem.ff.de iuris.om.iud.secundum Bal.ibi, & sequitur Bru. consi.93.in 2.colu.ubi loquitur,quãdo plures domini unius castri habent diuersos prætores, quorum

iurisdi-

iurisdictio est limitata per regiones, iuxta doctrinam Bal. in c. uno delegatorum. col. ult. de offi. deleg. & in c. 1. §. praeterea ducatus col. 1. ad fi. de prohib. feud. al. per Fed. quae communiter obseruatur in Lombardia. ita cō sulūit Abb. cons. 82. quanquam. col. ult. lib. 1. & tradit Dec. post Abb. & alios, in c. prudentiam, col. 6. & seq. de offi. deleg.

Iurisdō p portas & regiones ptiri pōt.

Collegium debet consentire facta congregatione, & sic collegialiter, non autem sufficit, si singuli per se separatim consentiant, glo. est in c. cum omnes. ubi canonistae, maximè D. Feli. in 17. col. & tribus sequentibus, de constitutionibus. Sed an per consuetudinem posset induci, ꝙ sufficiat consensus particularis omnium, cū expressione nominis singulorum? Bal. sing. tenuit, ꝙ sic in auth. hoc ius in 4. col. uers. 3. diceb. C. de sacro. san. eccl. quod dictum pro aureo commendat D. Fel. in c. eā te col. 11. uers. hoc modo, extra de rescriptis, ubi tamē dubitat de ueritate. Et licet multa in contrarium possent adduci, tamen est memoria dignum ad limitationem prae al. gl. in d. c. cum omnes, ultra alias sex ibi ordinatim traditas per D. Fel.

Colonus ecclesiae tenetur pro parte sibi obueniente ad Gabellas dominis temporalibus, tamen si nimis grauaretur, ita ut per indirectum exigeretur ab eis etiam Gabella partis ecclesiae, episcopus prouidere debet. ita singu. consuluit Feder. de Senis, consi. 3. q. talis est, an dioecesanus possit in pen. col. uersi. ueruntamen, & pro sing. citat D. Ias. in l. 1. in ult. col. uersi. 4 facit. C. de iudic. uid. tollen. & consi. 20. in praesenti col. 3. lib. 1. Sed quid in colonis clericorum orientalium, puta Graecorum, quibus permissum est uti matrimonio antea contracto. c. cum olim de cler. coniug. an gaudeant priuilegiis concessis clericis occidentalibus? Bal. singu. consuluit, ꝙ sic si non habent uxores in consil. 23. orientalibus licitum est in 3. lib. Vlterius obiter etiam notandū est, ꝙ colonus partiarius tenetur ad semina, & alias impensas, neque potest aliquid ante partem deducere nisi

Graecorū sacerdotes possūt habere uxores.

nisi per speciale pactum illud dispositum sit. tex. est quē ibi. ita not. Inno. in cap. tua nobis de decimis, & est perpetuò notandum secundum D. Abb. ibi in 3. no. & approbat Do. Ias. in l. fructus in 3. colum. ff. sol. matr. Nisi tamen consuetudo regionis aliud suaderet per ea quę Socyn. refert consil. 99. in causa eximii colum. 3. lib. 1. speciale enim uideri potest in decimis, fauore ecclesiæ, ne ex eis semen deducatur, ut uidetur sentire Bar. in d. l. fructus, & tradit Campeg. tract. dotis in 2. part. in 12. q. ubi plura adducit.

Columniniarium genus erat uasis lapidei, quo aqua ex niuibus colabatur, & sic ad bibendum præparatorium, & de eo meminit Pomp. in l argento ī prin. ff. de auro, & argento legato, licet apud Iureconsf. Columnarium repositum sit, & quidem satis ineptè de eo etiam. *Pauli locus.*

Martial. Epigramatum 14. hoc disticho,

Setinos moneo nostra niue frange trientes,
Pauperiore mero pingere lina potes.

Et de uasis niualibus loquitur etiam idem pomp. in l. & si non sunt. §. argento eo. tit. de aur. & arg. lega. licet impræssi codices pro niualibus legant naualibus, quam lectionem sequutus est Accur. *Pōp. locus.*

Commater an possit accusare occisorem sui compatris, dubitari desiit, quia affinitas spiritualis maior est quàm carnalis copula, secundum glo. in c. qui dormierit in glo. 1. q. 27. secunda. ita sing. decidit Bald. in l. 1. col. 12. uers. sed an commater C. qui accusare non pos sunt, ubi dicit, de hoc non inueniri casum l. uel Decretalis, quem ipse sciat. & hoc dictum Bald. sequitur Dom. Alexan. consi. 34. uiso processu circa fi. lib. 3. pro sing. refert, & sequitur D. Ias. in l. apertissimi in 2. col. uersicu. sexta causa C. de iudiciis, & in l. generaliter in 1. colu. de in ius uoc. licet utrobique mendose citet in tit. C. un̄ de ui. Et est memoria dignum: quia licet quis unicā matrem, quam sibi sors dederit, haberi possit, iuxta c. afferte mihi gladium, de præsumpt. & dicit Bald. in c.

in nostra ad fin.de testibus, tamen multæ commatres possunt eligi. Et idem in compatre dictum puta. & de hoc dicto Bal.meminit etiam D.Alex.consi.593.quoniam abunde col.ult.lib.2.ubi etiam concludit, quòd non posit compater esse testis, per not.dictum Bald.in l.generaliter.ff de in ius uoc.de quo ult.tamen uide Felin.qui contrarium firmat in cap.cum nuncius colum. 2.de testib.& D.Iaf.in d.l.apertissimi col.3.uersi.sexta causa:ubi dicit bene notandum, quia sæpe interrogaberis. post Alex.consil.125.uiso themate in fin.lib.4. Sed in filiocio quid dicemus? idem arbitror, & pro hac adduco sing.dictum Bal.in auth nisi rogati in ul. col.uersi.sed tunc ego C.ad Treb.ubi decidit, quod sicut filio adoptiuo debentur alimenta, ita etiam filio spirituali in subsidium, & licet Bal.ibi sing.teneat, quod talis filius spiritualis, quãtum ad succedendum non sit filius, & propterea non excludat substitutum: tamen contrarium in hoc concludit And. Sicul.in repetitione l.cum acutissimi in 125.colu.uersi.faciat elegans,& sing.C.de fideicom. quia magis diligendus est pater spiritualis, quàm carnalis, ut not glo.sing.per illum tex. in cap.Pitatium in glo.ult.30.quæst.3.uel saltem æqualiter debent amari, ut dicit tex.in cap.ita diligere eadẽ de causa,& quæstione,& tradit etiam Alex.in d.consil. 144.col.ult.in prin.quod ultimum est memoriæ mandandum, ad ea quæ dicuntur in illo difficili,& uulgato articulo, An legitimatus excludat substitutum, in quo Martinus Lauden.in tractatu de legitimat. col.2.uersi. an autem legitimatus post Ancha. in repeti.cap.canonum statuta col.80.uersicu.quid si statutum loquitur de constitut. Calderinus consil.1.qui filii sint legit.& alii quos retuli infrà in uerb. Legitimatus excludit, & ultra alios in locis communibus consuluit Bal.cõsilio 466.incip.quidam instituit Petrum in 3.libro. Et prædicta confirmari possunt per singu. dictum Do. Abb.in ca.ult.in 3.col.uer.in glo.infra uerb Simoniam de purg. canon. ubi multum singulariter decidit, quod licet

Compater nõ potest eẽ testis.

Filiocius põt accusare occisorẽ patris spiritualis.

Filius spiritualis an excludat substitutũ.

Pater spiritualis debet diligi sicut carnalis.

Legitimatus an excludat substitutum.

cet pro simplici fornicatione sacerdos non debeat deponi secundum opinionem approbatam, de qua per gl. & scri.ibi in cap.lator 2.quæst.7.quam communem esse attestatur Imol.in cap.ut clericorum de uir. & hon. cler. tamen istud non procedit in sacerdote cognoscente filiam spiritualem, subdens, quòd licet quotidie ecclesia dispenset in cognatione carnali circa matrimonia, tamen in spirituali nunquam dispensauit, & hoc dictum Do.Abb.dicit se alibi non legisse Do. Feli. ubi eum sequitur in cap.at si clerici in prin. in pen. col. uer.2.limi.de iud.

Sacerdos cognoscēs filiā spirituale pōt deponi.

Papa nō dispēsat ī cognatione spirituali.

Comes sine comitatu non est comes propriè, sed abusiue. sicut sunt comites sacri Palati, qui creant tabelliones, dant tutores, & alia faciunt quæ in eorum priuilegiis continentur. ita sing.not.Bal.in cap.1.per illum tex.in tit.quis dicatur dux, uel marchio, & hoc dictum reputat singularis.Mar.Laud.in disp.sua Augerius in 6.car.in 3.col.& ex eo sing. infert ad practicam ꝙ habens potestatem ab Imperatore, uel Pontifice legitimandi quoscunque exceptis filiis comitum, poterit legitimare filios comitum, qui sunt sine comitatu, & ita etiam ex istis dicit se consuluisse Paduę Do.Ias.in l.id quod apud hostes in ult.colum.de leg.1.quod est memoria dignum. sequitur illud dictum Bald. etiam Do.Feli.in cap.Rodulph.colum.14.uersi. comitatus de rescrip.& sæpe potest contingere i partibus nostris, ubi sunt multi comites solo titulo contenti, prout etiam in episcopis Nullatenensibus dicitur.Et confirmo per illud singu dictum Bald. in auth. licentiam in 2. colum. uersi.sed ponamus, est quidam C.de episc.& cler.ubi decidit, quòd in episcopo qui habet dignitatem sine administratione, quia episcopatus suus est apud Sarracenos, cessat præsumptio illius tex. prout etiam dicimus in seruo, & filio, qui necessarius hæres patris, uel domini dicitur. nam potest antequam se immisceat hæreditati impetrare separationem bonorum. ut dicit text.in l.1.§.ult.ff.de separat. neque sibi obesse potest.

Epi Nullatenensis.

test nudus, & solus titulus hæredis, sine administratione, & hoc dictum Bal. pro sing. refert, & sequitur And. Siculus in tract. de præst. Card. in 3. quæstione primæ partis in 2. col. ad fi. & seq.

Accedat quod pulchrè not. Bald. in l. ult. per glo. ibi C. ad l. Fal. de plagia. quòd priuilegia quæ dantur uiduis, dantur etiam illis quæ habent maritos inutiles: cũ multis similibus, de quibus infrà in uerbo, Vidua. Tertiò facit, quod pulchrè no. Bal. post Cynum in §. itaque in 1. colum. per illum tex. in proœ. Digestorum; ꝙ appellatione calzolarii nõ uenit zanaterius, & ita hoc dictum Bal. refert And. Sicul. in tractatu de præst. Cardin. in 8. quæstione primæ partis, in ultima colum. ubi in proposito concludit, ꝙ eo modo appellatione Cardinal. non ueniunt Cardinales ecclesiæ Rauennatis; quia abusiuè, & impropriè dicuntur Cardinales: ut etiam dicit glo. singu. in c. pudor est, in glo. ult. 32. quæstione 2. quæ idem dicit de rege Scaccorum: est tamen animaduertendum, quia Bal. in d. §. itaque in libris impræssis, loquitur affirmatiuè, scilicet, ꝙ zanaterii gaudent priuilegio caligariorum, & hoc optimè uidetur posse colligi ex illo textu. Quartò benefacit, ꝙ alibi eleganter notat Bal. in l. si is qui §. ult. ff. de excusat. tuto. ubi arg. illius tex. not. ꝙ habẽs beneficium nomine, sed non re, impetrando aliud beneficium, non tenetur de primo facere mentionem, & hoc dictum Bal. sequitur, & declarat D. Fel. in cap. in nostra colu. 4. uersic. de iure ad rem. extrà de rescrip.

Calzolarij appellatione an ueniat zanaterius.

Car. Rauenates.

Scaccorũ rex.

Comes palatinus potest coram seipso legitimare proprium filium, & nepotem ex fratre, uel aliter coniunctum, Bald. singu in l. si consul. in 4. q. ff. de adop. quæ decisio est sing. secundum D. Ias. in l. qui iurisdictioni in 2. colu. uersi. pro ista limitatione ff. de iurisdi. omn. iudi. ubi refert Ioan. de Anan. Bald. astipulari, licet ipse pungat in contrarium. & contrarium latè consuluit Ancha. consi. 320. primum dubium in ult. colu. & Socy. consi. 95. nulli dubium col. 2. in 4. lib. Felin. in

consi.

consil.3.colum.4.de prob.

Comitatenses an ueniant appellatione ciuium in materia odiosa, est sing. decisio Bald. in l. si in aliquam. ff. de officio proconf. & lega. de qua scripsi inf. in uerb. Represaliæ.

Commata (secundum Vlp. in l. pen. §. in Aegypto. ff. de extraor. cog.) in Aegypto sunt aggeres qui solent aquã Niloticam continere, ita enim scribendũ est apud eum, non ut in uulgatis codicibus, inlotitam, ideo enim illi aggeres extruuntur, ut aquam Nili euagantis coerceãt ut etiam monuit Philip. Beroal. *Vl. locus*

Commentarienses apud antiquos dicebantur, qui in commentarium custodias referebant, & librum custodiarum singulis quibusque diebus conficiebant, ut apud nos memoriæ tradidit Vlpia. in l. diuus. Adr. ff. de bonis dam. nam ita apud eum scribendum est: non ut in quibusdam uulgatis codicibus, & commentanenses. Appellari etiam possunt hi, ad quos receptarum personarum custodia obseruatioque pertinebat: ut inquit Imperator lege penult. C. de custo. reorum, nomen sortiti, secundum Accurs. quia comitari debent eum, quem custodiunt, uel quia Commentariis in locus erat, ubi captiui retinebantur. Tamen magis placet, ut dicamus nomen inditum esse à scribendis commentariis, commentarii enim dicuntur libri, in quibus res non late, neque diffuse, sed sub quodam compendio uerborum, & quasi per capita explicantur: ut de commentariis Numæ apud Liuium lib. 1. & ideo Cicero in Bruto: Non est (inquit) oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulo plenius. Seneca Declam. 3. Sine commentario nunquam dixit Seuerus Cassius, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Modestinus quoque noster in l. abesse (secundum ueram lectionem) tit. quibus ex cau. maio. Ad ærarium inquit, delati, aut in commentarium principis relati sunt. Cœlius ad Ciceronem scribens, Epist. fam. lib. octauo, Commentarium rerum urbanarum primum dedi *Vl. locus* *Cõmetarij qui* *Mod. locus.*

Hac

Hac ratione Cæsaris commentarios uocamus, quasi in illis scribendæ historiæ materiam per compendiosa capita nobis reliquerit. In alia significatione magis nota, commentaria etiam interpretum dicuntur: ut Seruii, Donati, & aliorum, & de commentariensibus meminit etiam Bal. consilio 229. primo dubio in ultimo dubio in primo lib.

Crmpromissum non dicitur esse ante acceptationẽ iudicis, ut eleg. not. Bal. in l. si cum dies ad fin. princ. ff. de arbitr. & commendat D. Alex. consil. 34. uiso themate suprascripta columna 2. uersic. ex quibus lib. 1. & dicas, quòd uidetur electus acceptare, si est præsens quando eligitur, & patitur, uel si est absens, tunc cum statim sciuit se electum, & non contradixit, secundum Spec. tit. de arbi. & arbitr. §. seq. uersic. sed nunquid arbitror. seq. D. Alex. consil. 81. col. 1. circa med. lib. 5. Alio modo etiam uidetur acceptasse commissionem, quando electus aliquam petitionem à parte productam admisit, ita Ancha. consil. 261. circa princ. Alex. consil. 84. circa fin. lib. 5. Quando autem incipiat currere instantia, stante statuto, quòd currat à die quo arbiter acceptauit commissionem, uide Alex. in pulchra q. cons. 33. uiso, col. fi. lib. 1. quod est repetitum cons. 87. lib. 5. ubi concludit, quòd incipit eo die quo partes habuere notitiã acceptationis; puta quia ceperunt actitare coram eo. Sed hæc hodie apud nos cessant, quia habemus statutum sub rub. de extraor. iurisd. quòd facto compromisso intelligatur ipso iure acceptatum.

Compromissum si fiat in clericum, & laicum, qui faciãt sua arbitramenta, & postea petatur reductio ad arbitriũ boni uiri, ut in tali causa adeundus est episcopus, quia clericus tanquam dignior, trahit ad se laicum. ita sing. Bal. in l. præcipimus ad fi. per illum tex. ubi dicit esse optimum argumentum. C. de appellat. & pro sing. sequitur, & commendat Lanfran. in tract. de arbitro. in 44. quæst. ult. part. cum pluribus similibus, quæ aggregauit D. Felin. in cap. primo in secunda, & tertia col. de præscrip.

fcript.& Mod.in locis relatis iuf.in uerb.Connexorum fequitur etiam D.Alex.confil.183.uifo proceffu. colu. 1.libro 2.& habemus etiam decifionem Bart.in l.1.§.fi quis in pen. q. ff. de appellat.& focietatem. §. arbitrorum,col.4.ff.pro focio.tamen Bar.alibi in hac quæftio ne fecit unam notabilem diftinctionem, quam pofuit in l.2.C.ubi,& apud quem,& eam approbauit D.Chriftophor.de Cafteliano,in fubfcriptione fua, quam fecit cuidam confilio Raphaelis.Cum interdicta confilia. Cum confilio feptimo,columna 10.& fequen. ubi femper uide.

Compromiffum ex forma ftatuti, non poteft peti publi catis atteftationibus,& re liquidata. Bald.fingul.in lege prima.ff.de tranf.& pro fing.commendat D.Iaf.in l. fi caufa cog.in 1.not.C.eod.& in d.l.1.in 4.not.feq.D. Alex.poft Paul.& alios per eum relatos,in confil.82.in caufa uertente in 2.col.uerfic.2.fortifico.lib.1.& in cõ fil.52.uifa.circa finem lib.2.Aret.confil.100.in cafu.in 2.dub.bene faciunt tradita per D.Iaf.in l.eleganter. in princip.in 3.not. ff. de condit.indebi. & ulterius addo, quod idem ex facto etiam confuluit Bald. confil. 149. proponitur quòd fententia,in 2.libr. Imò generalius, omnis exceptio impediens litis ingreffum, impedit etiã compromiffum,ita fingul.Bal.in l.fratris cui,ad finem. C.de tranfact.& in l fed & fi.§.ex quibus ff.de iudi.cum his quæ fcribit Corn.confil.121.quod incip.quanquam uideatur,in ult.uerb.in primo libro,& Decius confilio 22.columna penultima, uerficulo 3.principaliter. Modum artificiofum, quomodo compromiffum fieri posfit fuper re liquidata,ponit eleganter Ang.in l.1. ff. de tranfact.circa med.ubi refert inoluiffe talem contra hentium confuetudinem,feu compromittentium,facere compromiffum pleniffimum de omnibus litibus, & controuerfiis uertentibus, & quæ uerti poffent inter eos ex quacunque caufa, adiecta claufula, quòd intelligatur effe lis, & controuerfia fuper omni eo, quod arbitratum fuit. Et dicit Angelus ibi effe no-

tabilem cautelam quam etiam approbat Bartholo.Veron.caut.78.quæ incip.poteſt adhiberi modus,& latius caut. 305. ſi uis facere,ubi ponit multas clauſulas ſpeciales,quæ etiam ſeruire poſſunt ad faciendam tranſactionem generalem,quod tamen declaratur,ubi lex nõ reſiſtit potentiæ tranſigendi, ſecundum eundem Ang. in lege cum hi. §. ſi cum lis.ff.de tranſact. Sed ulterius reperiò,quòd iſtam caut.ante Angel. ponit Bald.ſingu. in dicta lege 1. in 1. no. in 2. lectura. de cuius ueritate ſcribunt ibidem Paul.de Caſtr.&Moderni,maxime Iaſ. in 1.nòtabili,quos uide.Et prædicta nullam dubitationem habent,ſi iuramentum interueniat,per ea,quæ ſcribunt Doctores in lege ſi quis maior.C.de tranſ.& quæ retuli,infrà in uerb.Iuramenti religio. & in ſpecie firmat Bartholom.Veronen.cautel.79.quæ incip.ſecundo modo.

Compromiſſum eſt ſub hac forma, quod arbiter poſſit cognoſcere de iure, & de facto iudicare autem debeat ſecundum formam iuris.Arbiter tulit ſententiam contra ius litigatoris,an debeat ſtare eius ſententiæ? uidetur ꝙ ſic, cum ſententiæ arbitri etiam iniuſtè ſtandum ſit iurib. uulgaribus,nihilominus Bar.ſing.tenet quod non, quia ſententia eſt nulla, cum exceſſerit formam mandati.in l.diem proferre.§.ſtari. ff.de arbitris,ubi ita refert ſe conſuliſſe,& eſſe memoria dignum. Hanc deciſionem multum commendat Abb.ut late refert D.Feli. ubi ponit de eius ueritate,in c.cauſam quæ in 4.col.uer. obſtat fortiter extra de re iud.& D.Iaſ.in l.qui Romæ. §.duo fratres in 2.not.de uerb.obl.

Tamen inuenio,quòd contrarium in terminis ex facto cum incidiſſet,conſuluit late,& ſing. Bald in conſ. 251.Ioannes,& Fridericus,in 4.col.uerſ.circa tertium, &duabus col.ſeq.in ult.lib.de quo modo non conſueuerunt facere mentionem.

Compromiſſo facto in duos tanquam arbitratores, an eis diſcordantibus iudex poterit ad tertii electionem deuenire? dic quod non,ita notab.Bal.in c.1.colum.2.

uerſic.

uer.ſed hic ab extra . dubitat in rub.de inueſt. in mar. fac.in uſibus feudorum. ubi refert, ita pridie fuiſſe reſponſum per quoſdam ſapientes,& bene, ſecundum eũ, quia arbitratores rediguntur ad inſtar proxenetarum, in quibus non ſolet de electione tertii tractari, ſecundum Bal.ibi, quem ſequitur,& commendat Arer.cõſil. 99.longitudo.col.fin.in prin.& tradit Feli.in cap.ſuſpicionis. circa princ.de off.dele. ubi alios adducit. & eſt memoria dignum ad declarationem l. item ſi unus §. ult.ff.de arbit.ubi de electione tertii per arbitros fienda diſponitur. & etiam pro intelligentia ſtatuti de his qui ad compromiſſum cogi poſſunt: licet Bald.more ſuo uiſus ſit uariare.

Conceſſo uno, quamuis intelligantur omnia ſine quibus illud expediri non poſſet l.2.cum multis ſimilibus ff.de iuriſd.omn.iud.non tamen intelliguntur concedi ea ſine quibus commiſsio expediri poteſt, licet non ita commodè. ita ſin.decl.Dominicus poſt Ioan. An.in cap.ſolet.in prin.in pe co.per unam glo.ibi, quæ adhoc reputatur ſin.de ſen.excõmu.lib.6. & hoc dictũ Dominici pro ſing.citat Do.Felin.in cap.cauſam quæ. in 8.col.circa medium.& in c.cum dilecta. in 13. col.in 4.ampliatione,extra de reſcriptis.& in cap.præterea. in pen.col.uer.limita omnia.extra de off.dele. ubi ita trãſit,quamuis contrarium ſecundum eum innuat Are. in c.de teſtib.in 3.col.de teſtib.cuius opinionem ultra eũ confirmat D.Iaſ.in l.2.in 2.col. in prima fal.ff.de iuriſdict.omn.iud. Sed ultra eos idem quod Areti. tenuit etiam Bald.ſing.ibi in uerſicu,2.caſu principali.approbat etiam Dec.in cap.præterea.in ult.no.in 2.limitatione extra de offi.deleg. ubi reſpondit ad glo.ſing.ſupra relatam.regula igitur d.l.2.de iur.om. iud. intelligitur de his quę ſunt neceſſaria antecedentia, ut in caſu Bald.in l.imperialis.§.1.C.de nup.ubi per illum text. no. quod ſi Papa ſciens aliquem eſſe ſpurium, facit eũ epiſcopum,quòd intelligitur eum legitimare, & natalibus reſtituere,ut deinceps ſuccedat tanquam legiti-

mus,& succedatur ei tanquam legitimo. & pariter si mulieri infami princeps etiam sine supplicatione, concedat dignitatem, ex hoc uidetur omnem maculam abstergere, unde poterit nubere, & succedere . ac si nunquam infamis fuisset, ut tradit Dec.consi.207.colu.2. & consi.614.ad finem . & similiter potest exemplificari super decisione Anto.de Butrio in cap.constitutus in uerb.iusta ratione.col.pen.de relig.dom. quod si minor 25.annis petat sibi rem , restitui , uidetur etiam petere quod sibi restitutio in integrum concedatur . & sequitur Decius consi.146.& pro tenui. col.3.post Alexand. consi.52.ad fi.lib 2.Socin.consi.160.col.pen.lib.2.Fel. latè in cap 2.col.10.de libell.oblat. & ĩ casu super quo consuluit Rom.consi.337.quo ad primum . quod per inuestituram,& per missionem in possessionem factam ab eo,qui habet auctoritatem conferendi , uidetur facta collatio . & sequitur Decius consi.78.uiso puncto. colum.penul.

Concilium quomodo possit iudicare de crimine summi Pontificis, scripsi infrà in dictione Iudex causæ præparantis. Ad quem autem spectet concilii congregatio, licet regulariter ad Papam pertineat, ut latè tradit 17. distinct.quasi per totam . tamen fallit , quando tractatur de eius exauctoratione . ita pulchrè , & singu. declarat Bal.in cap.olim ex ultima col.uersic.in hac congregatione.de rescript quæ uerba pro aureis commendat D.Fel.in cap.super literis.in 13.col.uersi.9.facit eo. tit.& tractat D.Card. Alexand.17.distinct. in cap.1.& in c.2 in 1.col.ubi ponit 4.casus, in quibus concilium contra Papam congregatur , quos reassumunt Moderni Papien.in conciliis suis pro concilio Pisis indicto, contra Iulium secundum pôtificem Romanum.& præsertim Dec.in 1.dubio sui consilii, ubi addit quintum casum, & est consil.151.maximi ponderis . in 4.dub.& Ias.consi.95.ueritati.per totum.in 4 lib.

Cautela. Sed pro Pont.est notab.cautela, ut inhibeat Cardinalibus, ut cum aliquid incipiunt tractare , uel alium eligere

eligere, sunt excommunicati, uel inhabiles, quia hoc modo non poterunt electionem perficere. Secus, si inhabilitaret eos, si eligerent, quia talis electio ualeret. licet quo ad alias electiones, inhabiles efficerentur. ista est not. doctrina Paul. de Cast. in l. filiusfam. §. diui. el 2. in pen. col. in uersic. item opponitur. de legatis primo. ubi refert, ita se uidisse fieri per Petrum de Luna, qui appellabatur Papa in partibus ultramontanis, Cardinalibus suis qui erant in Liurno, pro congregando concilium. & hoc per tex. singul. in l. interdum ibi, nam incipiente proprietario, &c. ff. quibus mod. usufr. amit. & hanc decisionem Pauli etiam re assumit, & commendat Bartholom. Veron. caut. 291. quando superior. Et ea usus dicitur prælibatus secundus Pontifex superioribus diebus, ut remoueret istos reuerendissimos Cardinales a celebratione concilii publicati Pisis, ad proximas Kalend. Septembr. M. D. XI.

Concratitius paries, dicitur paries confertus ex crate lignea, qui debilis erat, & formidolosus. & ideo Vitruuius in secundo, desiderabat, cratitios parietes nunquam inuentos esse. quantum.n. celeritate, & loci laxamento prosunt, tanto maiori, & communi sunt calamitati, q; ad incendia, uti faces, sunt parati. de his trac. Vlpia. in l. cum duob. §. item Mela scribit. ff. pro socio. quamuis apud eum congraticium mendosè scriptum sit. & hæc etiam hodie apud rusticos in usu sunt, uulgus gradiciam appellat. Hincq; mendam in Pandectis factam puto. *Vlp. locus.*

Concubina præsumitur facta diues ex bonis amasii. ita singu. not. Bald. per illum textum. in l. prima, circa med. C. de natu. lib. & eius dictum pro singul. notat Cre. not. 6. tu scis. Addo, quod idem repetit Baldus in l. cum oportet. in princip. in 3. columna, uersicul. insuper quæro. C. de bonis quæ liber. ubi idem putat in uxore adultera, quia præsumptio debet sumi in bonam partem, argumen. tex. singu. in l. miles qui. §.

mulier.ff.de adulteriis. Intelligendo tamen, nisi mulier publicè negotiaretur, quia tunc potius ex quæstu præsumeretur acquisiuisse, quam ex bonis mariti. ut etiā firmat Baldus, qui exemplificat in chirurga, uel obstetrice, in l.si uxorem.colum.pen.uersi.cæterum.C.de cond. inser. & hæc dicta Bald. commendat & sequitur Andr. Siculus, in tract.de præst. Card. in 3.quæst.primæ partis in 7. col. ubi late disputat, an acquisita per dominos cardinales præsumantur intuitu cardinalatus quæsita, an, ex successione parentum, uel alio modo.

Cardinaliū lucra ex quib. p̄sumātur puenisse.

Et confirmari potest per aliud singulare dictum Baldi in l.si matre.C.de suis & legiti. ubi natus ex illa, quæ statim mortuo marito facta est concubina alterius, tamen præsumitur filius mariti, si nascitur intra nouem menses, propter benignam præsumptionem legitimitatis. Quod dictum pro singulari commendat Cremon. notab.126.mortuo marito. & tradit Alex. consi. 152. circa primum in 2. dubio in 5.libro. cum his quæ latè scribunt Mod.in l gallus.in prin.ff.de lib. & posthu. Secundo illud singulariter dictum Baldi potest limitari, quando maritus interuenisset contractui, in quo conuenisset pecuniam a muliere procesisse, quo casu non potest postea allegari aliqua præsumptio contraria.ita singulariter declarat Salicet. in l. cum propria. in fi.C.si quis alt.uel sibi.& in l.si mater.C.de contrahend.emptio. cuius dictum commendat Do. Alexand. consilio 24.uisis dubiis.in prima colum in 1.lib. quod consilium repetitum est consilio 23. lib. 3. & ultra eum consuluit Baldus consilio 67. punctus talis est, domina Magdalena. in 5. libro. Tertio potest limitari, quando mulier probaret se habuisse a consanguineis, uel aliis personis, quia hoc casu non est locus præsumptioni, etiam quòd hoc fictè & in fraudem fieret, quia ecclesia militans non iudicat de occultis.secus in triūphanti, cui nihil est absconditum.ita eleganter Bald. in l cum oportet.in princip.in 3.colu.uersi.quæro nunquid sit. C. de bonis quæ liber. quod pro aurea caute-

la

la commendat Barto. Veron. caut. 224. quæ incip. nota auream. Deci. sequitur consi. 237. in fin. inf. allega. licet Mediolani seruandæ essent solennitates statuti, de quibus in reb. generali de fraudibus remouendis. capitu. 8. Quartò declaratur, si mulier administrauit bona alterius, quia hoc casu nõ præsumit acquisisse ex bonis mariti. ita probatur in l. etiam. in uerb. matrimonii tempore. C. de dona. inter uir. & uxo. ubi Sal. hoc approbat & sequitur consulendo D. Alexan. consi. 40. prospectis his. colum. penul. uersicu. & dato. in 3. lib. & consil. 82. lib. 2. ubi idem consil. repetitum est. Quintò limita, non procedere in his bonis quæ apparent peruenisse ad uxorem, ante contractum matrimonium. ita Bald. in l. super hipothecis. circa med. per illum text. C. de pig. & seq. Do. Alex. cons. 42. in causa & lite circa med. in 5. lib. tradit Aret. consi. 31. colum. 1. & 2. Sextò limita, quando summa pecuniæ esset tanta, quod uerisimile non esset quod maritus haberet tantam pecuniam numeratam, ut concludit Bald. consi. 70. ante fin. lib. 1. Quis autem probare debeat bona acquisita tempore matrimonii, latè declarat Aret. consil. 31. considerata. col 1. & seq. & hæc sunt addenda ad l. etiam si uxoris tuæ. C. de dona. inter uir. & uxor. & ubi etiam singu. per Alb. & per Crem. in d. sing. 6. ubi ponit, quid in uidua. & nouissimè per D. Alciat. in tract. præsumpt. regu. 3. præsumpt. 29. Nunquid autem hæc præsumptio procedat contra officialem, ut præsumatur acquisisse de bonis principis, est glo. fin. quòd sic. in l. defensionis. alias incip. facultas. in gl. ult. ad fi. C. de iure fisci. lib. 10. sed Bart. eam ibi non tenet. & contrarium cõcludit Guli. de Cu neo. & Petrus de Bellapertica. in authen. licentiam. C. de episco. & cler. ne præsumatur delictum. s. quòd officialis subtraxerit, ut refert Bal. in l. si quisquis ad fi. C. si cer. pet. Sed reducendo ad concordiam, dicendum est quòd gl. procedit antequam rationem reddat administrationis, sed post redditam rationem talis præsumptio cessat, ita eleganter declarat Bald. in l, *Officialis, an præsumatur acquisisse ex bonis principis.*

si defunctus.C.arbitr.tutel.& latius in cap. 1.in 2.colu. uersi.item oppono.de content.inter dom. & fid.instru. feud. Est uerum quòd *Bal*.in l.1. in ultim. colum. circa med. C.de hæred. uel ac. uend.indistinctè sequutus est dictum gloss. dicens, quòd tyranni eam custodiunt, quia raro officiales recedunt ab eis cum pecuniis. & idem etiam uidetur tenere in d. authentic. licentiam. in ultim. colum. ubi putat notandum contra thesaurarios principum. & ibi etiam in prima col. ponit, & in rectoribus hospitalium, & hæc omnia sunt singularia ad declarationem l. etiam. C.de dona.inter uirum, & uxorem.& l.Quintus Mutius. cum suis simili. ff.eodem. quæ ex prædictis redduntur bene commentatæ. & ex facto consuluit Decius consi.6. diligenter pro tenuij facultate. in prima, & secunda col.& consi.237.in casu proposito.in ultimo dubio. ubi etiam extendit dicta iura ad uiduas. & Fran.Cremen.inter concilia Alexand.consi.62.serenissimus.col.fi.lib.4.De clericis autem, & aliis prælatis, nunquid bona per eos quæsita præsumantur peruenisse ex bonis ecclesiæ, ut de eis testari prohibeantur, late insistit Innocen.in c.cum in officiis. ubi etiam Panor.& Anto.de *Butr*. extra de testa. & *Bald*. in d.authenti. licentiam.ubi etiam alii scriben. C.de episc.& cler.Abb.in rep.c. cum esses.in 3. q.principali, de testam. In uasallo uero uidetur expeditum, ut non præsumatur acquisisse ex bonis feudalibus, sed ex propria industria, secundum notabile dictum Andr. de Iser.in c.1.col.2.de controuersia inter masculum,& fœmi.ubi Do.Afflictus ad fin.dicit, quòd alibi non inuenitur.

Thesaurarij principũ rarò ditescũt.

Vasallus non præsumitur acquisiuisse ex bonis feudalibus.

Condictio ob causam, non habet locum, quando aliquid soluitur spe præsentis liberationis.ita singu. tenet *Bal*.in l.si procuratori falso.in pe.col.ff.de cond.ob causam.& post sing.citat D. Ias. ubi reprobat post Ro.in l. 1.in 4.not.per illum tex.eo.tit.

Condictio indebiti, datur ei qui ignoranter soluit, secus, si scienter.l. 1.& per totum. ff. de condictione in-

debiti,

debiti. Sed quid si homo simplex circumuentus persua sionibus, scienter soluit, an repetet per cōdictionem indebiti? dic ꝙ sic: sicut si ignoranter soluisset. ita singul. Bal. in l. 1. circa prin. C. ne filius pro patre, ubi putat notatu dignum, & pro sing. approbat D. Iaſ. in l. error in pen. colu. uersic. facit ꝙ singulariter, C. de iuris, & facti igno. Tamen iste casus hodie rarò accidit, quia homines uix soluunt uerè debita, & ideo tractatus de conditione indebiti hodie recessit ab aula, ut eleganter inquit Sali. in rub. de cond. ind. & reassumit D. Alex. con si. 83. quod incipit, in causa, & lite uertente inter Io. de Blanchis in ulti. uerb. in 1. lib.

Conditio quæ apponitur per legem, nunquam dicitur continere leuem solemnitatem, & ideo eius omissio uitiat. istam regu. tradit sing. Bal. in auth. matri, & auiæ in 1. col. uers. sed huic quæritur. C. quando muli. tut. offic. fungi potest, & pro sing. sequitur Franc. Are. in c. causis in pen. col. extra, de test. & Do. Alexand. in l. ult. in prin. in ult. colu. C. de iur. delib. D. Fel. in rub. extra, de prob. in 2. col. uers. sed aduerte D. Iaſ. in repetitione l. si is qui pro emptore col. 17. in prin. ff. de usucap. & in multis aliis locis quos retuli inf. in uerb. Lex, & ulterius reassumit etiam D. Philip. Deci. consi. 11. quo nam iudicantium responsa. in 8. col. Et ideo dicebat Bal. consi. 122. incip. utrum dictus processus. in 1. colu. in 3. lib. ꝙ omnis conditio, & omnis causa finalis est de substantia probationis, tamen contra illud dictum Ba. in auth. matri. obstant tria fundamenta, de quibus per Iasonem in l. moribus. §. prius de uulga. in secunda columna.

Conditio potestatiua habetur pro impleta, quando non stat per implere debentem, l. quæ sub conditione. §. quoties. ff. de conditionibus institu. tradit Corneus consi. 7. rudis, & incomposita in 1. colu. in 1. libro, & ideo contra institutum sub tali conditione non currit præscriptio, ut tradit singul. Bald. in l. 2. C. si omissa sit causa testamenti, & Ange. in l. si seruus in prin.

prin.ff.de bon.auc. iud. poss. Quod alibi se non legisse dicit D. Alex.in l.licet.in 1.col.C.de iur. delib. declarando tamen ut singu.per Bal.in cap. cum non liceat in prima col.extra, de præscrip.quem referam inf. in uerbo Legatum, cum his quæ subtiliter scribit Bald.consi. 342. super eo quod quæritur in primo libro. Fallit tamen ista regula, nisi testator disposuisset, quod uerè adimpleretur, & non per fictionem iuris. ita singu. limitat Bal.in l. si patri in pen.col.in 3.q.C. de institu.& substi. quod pro sing. approbat D. Ias.in l.1.in 3.colu. uersi.pro clara intelligentia eo.tit.post Do.Alex. ibi in 1.colum.

Præscriptio non currit cõtra institutũ sub condi. potestatiua

Conditio adiecta legato facto mulieri, si monasteriũ ingrediatur, debet reiici, quia sapit simoniam.ita singu. consuluit Bar.consi.184.domina Nuta. & pro sing.citat D.Ias.ubi tamen refert Bal.sing.ibidem:& Paul.cõtradicere in auth.cui relictum in 2.col.uers.quid autem si fiat.C.de indi.uid.toll. Sed pro opinione Bar.est tex. singu.in §.sed & hæc præsenti in auth. de sanctis episcopis, ibi, tales conditiones inualidas, & pro non scriptis esse, quẽ tex.no.Math.not.52.no. q; si testator, post Io And. in sua ad Speculatorem paraphrasi, in rubri.de statu monachorum circa med. ubi refert disputatam fuisse quæst. per D.Thomam Formaligni, cuius erat initium, paterfa.centum qui concludebat, q; si pater legat centum filiæ, si nupserit, sed si religionem ingrediatur, quinquaginta, q; cõditio debet reiici. & moniales possunt petere centum, per d.§.sed & hæc.qui ita debet intelligi secundum Ioan. Andr. quod est singul. notandum, quia quotidie potest contingere, & illum ext. in d.§.sed & hæc pro singu.not. Ludoui. Roma.singu. 436.heri consului, qui dicit, se hoc didicisse ab Angel. in quæstione incip. nobilis quidã genere. & ita benefaciunt ad not.q.Bald.in consi. 3.incipien.casus aseritur in 2.lib.

Legatum factũ mulieri si religionẽ ingredietur est purũ. Religionis fauor

Conductor non tenetur tempore belli, uel pestis, uel maioris sterilitatis, soluere pensionem. txt. sunt

aperti in l.ex conducto §.si uis tempestatis, & in l.si mer ces §.uis maior ff.locati, & in c.propter sterilitatem, ubi Canonistæ, extra eodem, declarando tamen, ut sing.per Bar.in l.licet C.locat.cuius opinio magis communiter approbatur, secundum Are.eleganter in consil. 52. uisa consultatione, & puncto, in 2.col. Et licet de ea D. Ias. dubitauerit in l. 1.in 6.not.in 5.columna uersiculo uos tamen C.de iure empt.tamen eam sequitur Alex.consi. 3.uiso instrumento col.pen.uersic. tantum lib. 1. & D. L. Bol.in additionibus ad consilia Ioa.de Anania, consilio 74.incip. materia hæc datiorum. licet secus sit in emphyteota, prout late concludunt Doct.communiter in l.1.C. de iure emph.& consuluit Are. consilio 55.in causa proposita in prima col.& est communis opinio secundum Abb.in cap.propter sterilitatem in primo not. & in cap.potuit in ultima columna de loca.ubi ita dicit per collegium Paduæ post Car. Flor.fuisse iudicatum. Et quod supra dictum est, adeo uerum est, quod sufficit iusta causa timoris belli uel pestis, ut a domo conducta recedere possis, quamuis bellum, & pestis non sequatur tex.est in lege habitatores §.iterum interrogatus, ubi Bart.ad hoc nota.ff.locati.Roma. in l.parietis, in fine, ff.de dam.infecto cum concordantiis quæ collegit D. Alexand. in lege si uno §.item cum quidam in prima additione, eodem tit.& firmat Dec.qui alios refert cou silio 312.licet hactenus in prin. post Are. consilio 339. quia consultatio circa fin.ubi dicit, quòd incursus hodium deprædatio, & propinquatio hostium inducunt iu stum metum, & in doctoribus, uel scholaribus, qui rece dunt ante tempus ex iusta causa, quòd non teneantur ad pensionem pro residuo tempore concludit late Cacialupus, in repe.l.diem fact. in 40. q. ubi etiam aliqui ex mod.Papiens.tangunt ff.de off.assess. & ibi concludit Cacialupus, quod debent scholares dicto casu aduenien te notificare domino recessum & casum, & protestari offerendo sibi claues domus, quas si non reciperet, debent deponi de mandato ordinarii, ut ibi per eum, re-

ferentem aliàs hanc quæstionem disputasse Bononiæ D.Alex.Florentinum,qui determinauit, istam opinionem fore ueram in foro conscientiæ,canonico, & ciuili. Et supradicta confirmari possunt, quia paria sunt, aliquid fieri propter metum, uel propter probabilem suspicionem metus,ut dicit Aret.consi.14.uiso,& diligenter considerato in pen.col.in 4.dub. cum multis similibus,quæ cumulat Do.Ias.in l.2. in 2.not.C.de trã sact.& est tex.qui alibi ita bene non reperitur secundũ Bald.ibidem in l.nouissimè in princ. ex quo Bald. notabiliter hoc collegit.4.not.ff.de falso tut.auct.cũ aliis quæ adducit D.Ias.in l.pen.in 2. colum. in fallentia 4. ff.de cond.ob turp.causam,& in l.sed etsi nolit quam legit,cum l.clam possidere § qui ad nundinas,in 10.notabili ff.de acquir.possess.& ĩ pulchro casu Cœpola cautela ibi: quæ incip.nota diligenter. Proinde debet locator, qui nullam his casibus cupit remissionem facere, talem modũ seruare, ut inuestitura dicatur, & ideo conductor renunciat conditioni sine causa etiam iusta, & omnibus exceptionibus per quas releuaretur à solutione pensionis, & omni legum, & iuris auxilio iurans,&c.ita sing.docuit nos Albericus de Rosate, magnus practicus,qui ita dicit in Longobardia obseruari in l.item petitur §.exercitu ff.locati, & in l.licet C.eod.quod pro singu.citat Do.Ias. in l.1.in 5.col. uer.limita tamen, & in penul. colum.uersic.per ista remanet C.de iure emphit. & approbat pro bona cautela Barth.Veron.caut.92.quæ incip.regula est quibus adde Ioan.de Anania consi.74.& Alexan.consilio 28.uisis & accuratè ponderatis in ult.col.in 1.lib.& cõsi.31. in 2.uol.ubi idem consilium superfluo repetitum inuenies. Quod est memoria dignum: quia tales clausulæ sępè reperiuntur in instrumentis eorum qui uectigalia conducunt, & renunciant omnibus exceptionibus, per quas releuarentur à solutione pensionis, & quod istud pactum ualeat, firmat etiam Specu.in titu.de locato §. nunc aliqua.quæst.138.ubi loquitur in emphyteota.

Cautela.

tecta. Et his etiam adde notabilem decisionem Albe. in d.l.licet ad fi.ubi decidit, quòd conductori nunquam propter grandines neque tempestates fit remissio, ubi in loco illo consuetum est grandines cadere per text. in l. ex conducto §.si uis ad fin.ff.loca.quem sequitur Calc.consi.23.orta guerra colu.5.uersi.2.quia.Item adde, quod notabiliter consuluit Bald.consi.434.pactum interlocatorem lib.1.ubi concludit, fiendam esse remissioné conductori, qui impeditus fuit colligere fructus à mense Septembris inclusiue inantea, propter guerram, uel rupturam Padi, etiam quòd alios fructus illius anni collegisset. Secundò adde, ꝙ de contractu facto tempore belli, nunquam fit remissio, quia imputatur conductori, qui sciebat conditionem rei, & temporis. ita eleganter Bal. post Cynum in l. si à lege C.de usu.sequitur Alexan.in l.interdũ §. quod ex naufragio in fi. de acquir.poss.& latè retuli infrà in uerbo, Guerra. Tertiò adde, quòd conductori fit remissio etiam pro fructibus à solo separatis: quando adhuc dum essent in area, & nondum triturati, combusti sunt, uel asportati. ita eleganter Fulgo. in l.ex conducto ad finem ff.locati, & tamen dicuntur percepti, ut declarat Iureconsultus in l.antepenultima ff.de rei uendicatione. Quartò adde, quòd conductor impeditus facto locatoris, uel tertii, uel casu, non requiritur, ꝙ passus sit dãnum in dimidia, sed pro qualibet rata parte fiet ei remissio. ita singu. decidit Flor. in l.Proculus §.si.ff.de usufr.& sequitur Firmianus in tract Gabellarum in 2 par.q.12.& probatur in l.si merces §.si uicino ff loca.& in l si uno ff.item cum quidam, ubi Bar.facit optimam distinctionem eod. tit. & tenet Bart.in d. § cum quidã uersi.opp.extra.gl.& ita iam ter obtinui: licet quidam Petrus Laurentii in subscriptione ad cõsi. 88.Socyn.in 1.uolu.in fi.subscriptionis, tenuerit contrarium, & malè, quia est contra dictam distinctionem Barto.supra allegatam, quæ communiter probatur, & contra aliàs præallegatas auctoritates, quæ nota ad limita-

mitationem doctrinæ Bartol.in d.l.licet, ut procedat, quando damnum contingit uitio fructuũ: secus si propter aliquod impedimentum factum in parte rei locatæ.

Præsumptio iuris tollitur p partis cõfessionẽ. Cautela.

Confessio partis est multum efficax, & tollit omnem præsumptionem iuris, & de iure. gl.est sing.in §.aliud quoque in uerb.si autem.in auth. de æqual. dot. quam ad hoc pro sing.citat Bal.consil.354.quæritur lib.3.& ideo Bal.sing.in l.filium quem habentem in pen.colu. uersi.ego breuiter, C.fam.ercis.ex hoc infert, quòd præsumptio iuris quæ oritur contra hæredem qui non fecit inuentarium, tollitur per confessionem legatariorum, ꝙ pro singu.commendat D.Alexan.in l.ult.§.1.in 1.col.C.de iure delib. Estque multum notab. cautela pro hærede qui inuentarium non fecisset, secundum Bar.Veron.caut.22.hæres,& scripsi de ueritate infra in uerb.Inuentarium. Alium similem, & sing.effectum, qui resultat ex confessione partis, ponit sing. Bal. in l. pen.C.ne de statu defunct. de quo scripsi infra in uerbo. Prorogatio. Tertium singu effectum posuit Innoc. in cap.quia plerique in 1.col.uer.est autem ea ratio, extra de immu.eccle.& reassumit Do. Feli. in c.quoniam, contra falsam in 16.col.uersicu. fallit quinto, extra de probatio. cum his quæ late circa hoc retuli infrà in uerb.Sententia. Et ulterius illud dictũ Innocentii ampliari potest, & erit quartus effectus, ut procedat etiã in tacita confessione partis per aliud singula. & illustre dictum Innoc. in cap.cum dilecta post med.de rescrip. quod latè extollunt omnes scribentes ibi, & in pluribus locis: quos plenè congerit Do. Feli. in c.inter monasterium in 14.col.in 8.fallen. de re iud. Quintum sing.effectum tradit Innoc.in c.qualiter, & quando el 2.in pen.col.uersi. item ad prædictas pœnas, extrà de accusat.ubi concludit, ꝙ confessio rei sufficit ad condemnationem, licet processus esset nullus: quod dictũ commendat,& sequitur Math.not.53. nota utilem regulam,& Dec.consi.221.non patitur colu.1.uersic. sed

tamen

tamen. Sextum fin. effectum posuit Philip. Perusinus in c. dilecto. in 5. col. uer. ex prædictis, extra de appella. ubi concludit, quòd per confessionem partis recedi potest à forma mandati, per tex. sing. in c. Pisanis de rest. spol. de quò late scribit D. Fel. in c. cum dilecta in 22. colu. in ult. limit. extra de rescrip. quod est bene notandum ad limitationem l. diligenter in prin. ff. manda. licet contrarium uideantur concludere Bal. & Sal. in l. ut debitum ad fi. C. de hær. uel actio. uen. Sed an superius relata procedant in confessione facta in iudicio diuino. s. sacerdoti, Bal. signanter dicit, quòd non, in l. archigerontes. C. de epis. aud. & sequitur D. Fel. in c. 1. col. 1. ad fi. in uersic. per sacerdotem, de excep. ubi hoc late, & singulariter declarat. *A forma mãdati põt recedi pp partis cõfessionem.*

Confessio potest reuocari prætextu erroris, usque ad sententiam, errore probato, l. error. C. de iuris, & fact. igno. & tractat Lanfran. in repe. c. quoniam contra falsam col. 5. uer. capio el. in uerb. confessiones de probatio. Imò etiam aliter, non docto de errore, dummodo in continenti, glos. est notab. in c. ult. in uerb. iusta eam de iureiur. lib. 6. cum similib. quæ tradit Alex. cons. 34. uiso themate suprascripto col. 1. uersiculo & primo, libro primo, dummodo eodem contextu, & antequam ad alia non diuertat, secundum Bald. singul. in lege 1. col. 6. uersic. & nota quòd interdum C. de furtis cum hoc liceat testi, cuius imaginem gerit confitens, secundum Bal. ibi, cuius dictum pro singula. citat And. Siculus in repe. rubr. extrà de fide instrumentorum, col. 15. uersic. 2. connexorum. Etidem in eo qui respondit propter responsionem contrariam alterius partis, dicit singul Ioan. Andr. ut refert Ludo. Roma. sing. 303. tu habes. Et quòd de sententia dictum est, restringitur antequam in causa conclusum sit, quia conclusio in causa est terminus disceptationis, ita sing. Bal. in d. l. error in 3. colum uersic. 2. principaliter. C. de iur. & facti ignor. & commendat in specie Aret. consi. 100. in casu in 2. dubio. And. Siculus, ubi multa similia aggregauit in trac. *Cõclusio ĩ cã terminus ẽ disceptatiuus.*

de

de præst. Card. in 5. q. 2. partis in 2. col. Et ista amplian-tur, ut procedant etiam si talis erronea confessio sæpius repetita esset, ut eleganter not. Bal. in l. 1. in primo notabili, argumento illius tex. C. de errore calc. quòd dictum sequitur, & commendat D. Alex. conf. 102. uisis, & ponderatis in pen. col. uers. igitur lib. 1. licet prima facie multi contrarium dixissent, per eà quæ retuli infra in uerb. Geminatio uerborum, & quæ ponit D. Ias. in d. l. error in ult. colum. ubi sequitur hoc dictum Bald. & ibi idem firmat in confessione iurata. Sed hæc omnia declarantur, nisi esset per aduersarium acceptata. allegatur sing. & illustre dictum Bald. in l. Gallus §. 1. ff. de lib. & posthum. in 1. col. ad fin. quod pro sing. commendant, & dicunt in practica notandum, Dom. Alex. & Dom. Ias. in l. quicquid astringendæ in prin. in ultim. colum. ff. de uerb. oblig. & pro sing. caut. commendat Barth. Veron. caut. 120. confessio. Andr. Siculus consil. 54. clementissimi Dei patris in 2. col. ad fin. in 2. lib. & Cœpola cautela 238. incip. cautela quòd confessio, & pro sing. etiam late refert, & sequitur Dom. Alex. conf. 90. fere omnis in prima columna, in primo lib. & conf. 119. incip. omnis uis, colum. 1. circa med. lib. 3. post Ludo. Rom. per eum relatum in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. oblig. & late Io. Firm. in suo fertili indice (seu mauis repertorio) in uersic. confessio habet uim, quæst. 33. & in uerb. respondere quæst. 22. ubi tamen subdit, quòd Bal. hoc non dicit, licet eum Doctores ad hoc allegent. Addo etiam generalius, quòd adhoc ut confessio præiudicet in casibus præsuppositis, non sufficit, quod sit facta aduersario præsente iuxta dictum Bal. in l. quoniam in fi. ff. de infa. sed debet expresse acceptari, ita notat Cyn. in lege prima, in 6. q. C. de confessis, & tradit Dominus Alexand. in lege 3. in 1. columna. C. de repud. hæred. & consilio 112. colum. 3. lib. 3. & consi. 174. incipiente in causa, colum. 1. lib. 6. Ias. in lege postquam liti colum. prima, C. de pactis, & in repetitione Admonendi columna 51. uersiculo tertio limit. de iu. iu. & in d. l.

Confessio debet acceptari.

d.l.error in 1.not.C.de iuris,& facti igno.Cur.conf.77. in primis uerbis.Multi tamen contrarium tenent,inter quos Abb.& Butr.in cap.ult.de confes.Abb.in c.ult.in 4.not.de succes.ab intestato ubi late Andr.Sic.

Et hæc contraria uidetur uerior. Socy.consilio 228. columna 3.libro 2.Dec.in cap.at si clerici columna 12. de iudic.post Aret.consilio 60.in principio. Dec.in dicta lege postquam liti, & late insistit Alciatus in tracta. præsumptionem,in secunda regu. in 21. præsump. qui alios refert. Hinc eleganter Bald.in l.cum precium post princip. C.de liber.causa, quod positio facta nocet ponendi,nisi aduersarius eam negauerit,quod pro not. commendat Lanfran.de Oriano, in repetitione c. quoniam contra falsam col.5.circa med.de probatione,ubi putat secus esse in articulante, & capitulante per unum sing.dictum de quo ibi latius per eum, & declarat Feli. in capitulo examinata columna 3. & notandum de indicis, post Alexand. in lege suus columna ultima circa med. C. de repud. hær. Hinc & secundò dixit singul. Bald.in lege tertia,in secunda,no.per illum text. C.de repu.hære.quod qui non acceptat uerba aduersarii,non potest se ex uerbis iuuare,& pro sing.commendat Ias.in repetitione l.admonendi columna 51.uersic. 3. limita de iureiurando,& reassumit Cœp.caut. 313. quæ incip. si sit aliquis,& late Dom. Fel. ubi etiam Salicetum refert,qui inducit ad dicta testium in cap. capitulum sanctæ Crucis colum.16.in prin.de rescrip.Et communiter tenetur,ut late per Cur.conf.77.per totum post Dom. Alexand.in dicta lege 3.in 3.not.Tamen prædicta non procedunt,si quis per literas aliquem liberaret,quia uidetur scribens alloqui eum ad quem scribit. Socinus consilio 64.ad finem libro tertio,& ita limitatur regu. lege certum §.si quis absente ff.de confess.& facit quòd not.Cœpol.caut.170.incip.si libellus. Secundò prædicta declarantur sing.non procedere, si antequam emanaret præceptum iudicis in confessum, iudex assignasset terminum confitenti ad dicendum, & contradicen-

Capitulãs nõ uidetur fateri.

cendum, quare non debeat fieri præceptum de soluendo & dictam confessionem exequi, quo casu elapso dict o termino, præceptum de soluendo factum per iudicem erit irreuocabile, occasione erroris, ita caute instruit nos in practica Are. in §. si minus, in 19. colum. uers. ex quo sequitur. insti. de act. & pro sing. caut. notat Cœpo. caut. 120. supra citata. & caut. 238. quæ inc. caut. quòd confessio. Et prædicta procedunt, non solum, in iudiciis & actibus inter uiuos, sed etiam in ultimis uoluntatib. & testamentis, ut concludit Bar. in l. cum quis. §. codicil lis, col. 1. uersic. hæc faciunt. ff. de lega. 3. & practicus Papien. in forma interrogationum fienda reo conuento actione reali, in gloss. in uerb. compellatis, col. 2. uersic. sed quid, & communiter obseruatur secundum Angel. Aret. in trac. de testa. in 102. col. in gl. in uerb. item reliquit. L. T. centum, &c. in uersi. sed dubium insurgit, &c. Et maxime stante iuramento in dicto testamento, ut ibi latius per eum, & per D. Fel. in proœ. Greg col. 7. post prin. iunctis his quæ scribit Cor. cons. 31. quod incip. testator in testamento dicit, &c. & Dec. cons. 19 . in casu Cl. 2. circa med. uel si facta sit parte præsente, ut consuluit D. Alex. cons. 43. incip. habita super his, col. 2. uersic. sed præmissis, lib. 1.

Imò plus in ult. uoluntatib. confessio facta pro exoneratione conscientiæ, etiam parte absente ualet, ut cõ cludit eleganter Bal. in l. generaliter, col. penult. in 10. q. C. de non num. pe. quem sequitur Cor. cons. 211. inci. quanquam, col. 2. uer. non obstat. lib. 3. & declarat Are late in cons. 64. diligenter, & mature, col. pen. in 2. dub. De iure autem canon quid sit, tradit Alex. cons. 170. in cip. in causa. col. pen. lib. 2.

Confessio facta parte absente, licet non ualeat in uim pacti obligatorii, tamen ualet in uim meræ probationis, ita sing. decidit Bald. in lege generaliter. in fin. in 12. quæst. C. de non num. pec. & consulendo idem etiam tenet Bal. consil. 392. in præmissis est uidendum lib. 3. & sequitur Aret. ubi dicit communem opinionem, consilio 60.

si.60.excellentissime doctor.in princi. Marianus consi. 21.col.pen.lib.1.& Felin.in c.si cautio.in 9.col.uersic. fallit 7.extrà de fid.instrum. Quod est bene notandũ, ad singularem declarationem doctrinæ Bar.quæ communiter tenetur in l.non solum §.si liberationis.ff.de lib.legat.Cogita tamen quia pendet in facto.

Confirmatio fit duobus modis,aut in forma communi, aut ex certa scientia . in forma communi confirmare dicitur princeps, quando simpliciter absque aliqua causæ cognitione confirmat. & hæc nullum ius tribuit.Ex certa scientia dicitur confirmatio, quando fit cum causæ cognitione, & ista facit ius ita eleganter declarat Bal.post Cin.in l.ex uerbis, ad fi.ubi alii sequuntur.C.de dona.inter uir.& uxor.& commendat Decius latè circa hoc insistens,in rubr. de confirmat.utili, uel inut.in 3.quæst.post Andr. Sic.inter consilia Alexand. consi.123.scripsit ecclesiast.colum.7.ad fi. & seq. in 4. lib.& Aret. consil.8.abunde. colum.1.& 2.Alio etiam modo dicitur confirmatio ex certa scientia, uidelicet quando tenor priuilegii de uerbo ad uerbum inseritur in confirmatione. ita Specul in tit.de instr.edit.§.nunc autem.uersi.item opponitur.sequẽ.Aret. consi.15.reuerendissime pater. colum.2.uersi. præterea certa scientia.& est doctrina memoriæ commendanda, ad declarationem terminorum . Et ista confirmatio ex certa scientia quamuis det robur,non tamen extendit ad id, quod in eo non includebatur, secundum Bal.sing.in l. 3.in fi.C.si adu.rem iudicat. quem in pulchra quæstione reassumit Corn.consi.9.incip.attẽtis narratis.in ult. col.in 3.lib.& Moderni in l.more.ff.de iur.om.iud. Nisi addita esset clausula, ex certa scientia,quo casu non solum dat robur actui confirmato, sed etiam illum extẽdit. ita sing.Bal.in cap.pen.col.ult.uersic.quæro ergo. extra de constit.& pro sing.multum notat, & sequitur D.Ias.in d.l.more.in 7.col.uersi. limita singulariter.ff. de iur.om.iud. & seq.Alex.cõsi.122.uiso.col.pen.uersi. nec prædictis.libr.4. Alia uerò simplex confirmatio

Clausula ex certa sciã, qd operetur.

I 2 nullum

nullum uigorem tribuit, ut etiam in pulchro casu consuluit D.Ziliolus inter consilia Bal consil.135.articulus.in ult.colum.in 3.lib.& declarat D.Franc.de Cur. in repetitio.l.admonendi. colum. 22.uersicu. quid in priuilegiis.ff.de iureiurando.post Andr. Sicul.in loco præallegato.

Confirmatio pontificis quamuis simpliciter, & generaliter facta, tamen restringitur ad actus ualidos: est dictum illustre, & sing. Innocent.in cap. dudum.ad finem de decim. commendatum per D.Ias.in l.legata intelligitur. in princip. in tertio not. de lega.1.& latè per Do.Felin.in cap.1.in 10.colum.in prima declaratione quartæ fal.de constit & Alexand. consil.59.incip.uiso instrumento,& titulo quouis.colum.penul.uersi. præterea libro 1.cum his quæ retuli infrà in uerb.Rescriptum,& etiam supra in uerbo Actus ita debent.& quæ scribit Alexan.consi.122.uiso puncto.colum.penul.lib. 4.post Bald.in cap.1.in prin.per quos fiat inuestitur.Et idem in statutis,& priuilegiis iniquis consuluit signanter Bald. in consil.134.copiose est allegaturum. in 3. lib.& ibidem D.Ziliolus consil.seq.in ult. colum.idem concludit.

Confiscatio bonorum licet non extendatur ad bona immobilia, sita extra territorium publicantis, maximè quo ad utilitatem confiscantis, ex quo cohærent territorio tamen secus est in bonis mobilibus, quia bene confiscantur: nam personam concernere dicuntur.ita eleganter Bal.in l.mercatores.C.de comerc. & mercat.ubi putat memoria dignum, & pro notab.sequitur D.Alex.consi.16 colum.ult.& consi.31.uiso titulo quæstionis,&c.col.2.uersi.pro quo.lib.1.& Soc consi. 23.uiso testamento.colu.ult.in princip.in 2.lib.iunctis his quæ retuli infrà in uerb.Nomina. Nunquid autem bona prohibita alienari, ueniant in cõfiscatione bonorum?nulli dubium quòd non.ita sing. Bart. in l.Imperator.per illum text. in princ.ff.de fideicom. lib.de quo scripsi infrà in uerb.Testamentum in quo.

Confi-

Confinati, qui ad loca asſignata accedere noluerunt, non propterea in crimen læſæ maieſtatis incidunt. ita ſignanter Bald. conſi.271.quaer tur utrum hi qui indignationem.in 2.lib.ſeq.Dec conſi.410. in cauſa mota, Mediolani. col.ult.lib.5.

Congiarium, de quo Paul. Iureconſ.in l.tabernæ.ff.de fund.inſtruct.eſt genus quoddã mẽſuræ, de quo Quintilia. Congiarium, inquit, cõmune eſt liberalitatis atq; menſuræ. Congiarium etiam dicitur munus imperatorium.& ideo Pli.in Paneg. Traiani, eum laudat, ꝙ cõgiarium populo dediſſe, quo locupletatæ ſunt tribus. talis enim congiarii uarii fuit impenſa. [*Pauli locus.*]

Coniuncta perſona admittitur ſine mandato, ad agendum pro ſibi coniuncto. text.eſt in l.exigendi. ubi Bal. & Doctores ad hoc notant.C. de procura.

Limitatur procedere in coniunctione ſanguinis, ſecus in ſpirituali, puta, canonicus pro canonico, ut latè tradunt canoniſtæ, in cap. cũ M.Ferrarienſis, de conſti tu.poſt gloſſ.ibi, ubi latè Feli.in 7.& 8.col.& D. Iaſ.in d.l.exigendi. in 13. fall. Quid autem in epiſcopo, an poſsit ſine mandato agere pro capitulo in bonis diſcretis cum cautione de rato, ratione coniunctionis ſpiritualis: Ant.de Butr. decidit ſingul. quòd ſic.in c. edoceri. in 4.col.uerſi.alter autem pro altero.de reſcrip.& ita dicit, quòd econtra poteſt capitulum agere pro epiſcopo in communibus, & diſcretis, cum debitis cautionibus, quia inter capitulum, & prælatum eſt dare coniunctionem, & hanc deciſionem ſequitur Domin. ibi, & ſimpliciter Do.Felin.in dicto ca.cum M.in 8.col.uerſic.eſt uerum, & eam pro ſing.citat Do. Felin.in c.nonnulli. §.primo.colum.19. uerſic.ſed conſidera, extra, de reſcrip.& in dicto c.edoceri.in 3.col.uerſi.3.declaratio. ubi dicit bene notandam, ad ſingularem declarationem dicta l. exigendi, tamen utrobiq; poſtea reprobat. Vlterius etiam notandum eſt, quòd licet coniuncta perſona poſsit ſine mandato agere, ut ſupra dixi, non tamen poteſt ſolutionem recipere, [*Eps, an poſſit ſine mandato agere pro capitulo. Capitulũ an poſſit agere pro epiſcopo.*]

ita not.gl.in l.uero procura.in princ.ff.de sol.& D.Alexan.in d.l.exigendi.in 3.not. Quibus adde, quòd licet non possit solutionem recipere, potest tamen cogere debitorem ad deponendum pecuniam, ita sing. Bald. post Iac.de Aret.in l.sin autem,in princ. ff. de neg.gest. cuius decisionem pro sing.extollunt Moder.inter quos D.Alexand.& Dom.Ias in l.3.in primo nota. ff. solut. matr. Prædicta procedunt in ciuilibus, quid autem in criminalibus? an coniuncta persona admittatur,ad excusandum,& probandum furorem Bal. signanter consuluit,quòd sic,in cons.347.ecce formata apparet.in 1. col.in 3.lib.

Connexorum idem est iudicium,cap.translato,de constit.& cap.præterea.& ibi glo.ord.de offic.deleg.l.2.de iur.om.iud.cum uulg.Bal.in l.cum necessitatem,in fin. C.de fideicommis. Aret. consil.29. incip. diligenter,in 6.dub.& in ultim.dub.col.antepenult. uersic. 3.principal. Ex hac regula Paul.Iureconsul.in l.si communem, in princ. ff. quemadmodum ser.amit.decidit sing. quòd si maior habet fundum cui debetur seruitus, communem cum pupillo,licet uterque non utatur,tamen propter pupillum maior etiam uiam retinet,& ille text.est ad hoc ualde singu.secundum Andr.Sicul.in consil.1. præclare scribitur in 5.col.uersic.præterea facit.lib. 2. & pro aureo late reassumit, & multis similibus ornat Domi. Fel.in c.1.col.3.& seq.extra de rescrip. & in rubric.de offic.deleg.in 1.col.uersic.dicunt hic Moder.& in c.2.col.pen.uersic.utrum causa.de iudiciis, quæ similia etiam apud legistas tradit D.Ias.in l.si emancipati. in 3.& 4.colum. C.de colla.& ultra eos in pulchro casu consuluit Bald.consil.398.punctus talis est,ad fin.in 3. lib.& tradit Alex.consil.122.incip.uiso col.4.lib. 4. & in pluribus fratribus, quorum unus est clericus, tradit Aret. consil.25.uiso themate in 2.dubio. Et benefacit singul.notab.Bal.in l.seruitus,per illum textum, cum l.secus.ff.quemadmodum ser.amit.ubi etiam Angel.& Flor.ad hoc not.quod si sunt plures domini unius castri, &

ſtri, & per unum ſolum iuriſdictio exerceatur, quod omnes uidentur uti ea iuriſdictione, & ſic poſſeſſio omnibus conſeruatur, & ſignanter Domi. Iaſon conſ. 185. in iſta conſultatione, col. 4. lib. 2. Item etiam benefacit aliud ſingulare dictum Bald. in ca. 1. in princ. in 3. colu. uerſ. quid ſi ſunt duo fratres? quibus mod. feud. amit. quod pro ſingul. refert, & ſequitur Dom. Iaſ. in l. 1. in primo notab. C. de tranſactio. ubi dicit, ꝙ eſt fortis deciſio de qua ſcripſi infra in uerbo, Vaſallus. Sed an iſta regula in tantum ſit uera, & etiam procedat quo ad damnum pupilli? Pono exemplum, quod euenit mihi in facto, in primo anno ſtudii mei. Mortuus eſt ſororis meæ uir, relicto fratre maiore, & filiis infantibus. Clarum eſt, quòd ſi mater, uel auia non uolunt ſuſcipere tutelam, onus tranſit ad proximiorem, & ſic ad fratrem. Sed dubitatum fuit, an ex eo, quia habeat bona communia cum minore, excuſetur. prædicta faciunt, quòd ſic. in contrarium faciunt multa ſimilia, in quibus dicimus, ꝙ priuilegiũ, ꝙ tibi conceditur propter me, non debet mihi nocere, ut eſt textus in l. amiciſſimos. §. ultimo. ff. de excuſ. tuto. & notat Angel. in l. ult. colum. 1. fin. ff. de feriis. Imò ſi duo ſint æquales in priuilegio, ſolemus dicere, quòd priuilegiatus non utitur priuilegio contra priuilegiatum iuribus uulgaribus, quæ in pulchra quæſtione adducit Corn. conſilio 236. incip. conſtat quòd pauperes, in 2. colum. in 3. lib. & conſi. 21. uidetur in hac conſultatione. in prima colum. in ult. lib. & omnes ubique. Et propterea cũ iuuenis adhuc dubitarem, ſcripſi uni ex Iureconſultis ciuitatis Papiæ, qui per duas chartas ad pauca reſpiciens, reſpondit, quòd iure cautum non erat, quòd legalis tutor excuſaretur ob id quòd bona haberet communia cum minore, tamen (quod eius pace dixerim) in terminis eſt caſus in loco ordinario, qui decidit ꝙ non excuſetur in l. quoniam res. C. de excuſa. tuto. Sed illa lex eſt hodie correcta per authentic. minoris debitor. C. qui dari tuto. poſſ. ut firmat gloſſ. 1. in d. auth.

Tutor legitimus an excuſetur eo, qđ habeat bona cõia cũ minore.

quæ communiter approbatur, reprobata alia gl. contraria in d.l. quoniam res. & ibi per Bar. in 2.colu. Et hæc quæst. est bene notanda, quia quotidie multi errantes contrarium consulunt, ut etiam dicit Firm. in propriis terminis, in suo indice, in uerbo, Tutor quis esse potest. q.pe. Et adde ad alias causas propter quas quis excusatur a tutela, quas seriatim refert Imperator Iustinian. de excus. tutel. Posset tamen adhiberi talis cautela, ut primo daretur curator ad litem hac.s. ad diuisionem, & diuisis bonis, postea cessaret excusatio ab honore tutelæ, iuxta tex. in l. si is, qui tres. in prin. ff. de excus. tut. & gloss. in l. spadonem. §. qui absolutus eo. titu. licet conuentus, ut tutelam suscipiat, posset aliam cautelam pro excusatione adhibere, quam tradit Bartho. Veron cautela 33. incip. ne quis inuitus, ut hoc casu prouideat, ne quis pro eius administratione fideiubeat, quia tali casu excusatur, ut etiam Ducali decreto cautum est, & ꝙ non inueniat fideiussores, stabitur iuraméto suo, prout sing. decidit Bald. in l. 1. §. 1. per illum textum. C. de asser. toll. de cuius dicto uide infra in uerb. Iuramentum probat. Animaduertat tamen uolens se excusare, ut faciat dare tutorem, uel curatorem pupillo ad hanc lité, scilicet excusationis, & contra eum feratur sententia excusationis, alias actus esset nullus, tanquam contra indefensum. ita monet nos Mathes. not. 137. quod incip. nota practicam. Nunquid autem dicta authent. procedat, quando hæreditati iacenti daretur curator, non est quòd dubitemus, quia casus est adhoc singul. quòd non in l. debitor meus. ff. de nego. gest quem pro sing. ad hoc not. Ludo. Ro. sing. 130. uolo tibi dare. Item an procedat ita in reali actione, puta rei uendicatione, sicut procedit in personali, & hypothecaria, est subtile, & elegans consilium Baldi consi. 308. utrum posit, in 1. lib. ubi concludit quod non licet ex æquitate posset distingui inter res mobiles, & immobiles, ut ibi latè per eum.

Constitutum appositum contractui, nullo non ualet, princi-

principali uiciato.ita singu.Bald.in l.ex testamento,ad fi.C. de fideicommis. quod dictum secundum Do. Ias. ibi,est ualde utile ad multa, ubi dicit, quòd consulendo, & allegando pluries solitus est magnificare illud, licet nemo alleget, tamen hoc dictum pro singulari commendat etiam Do. Alexan.ubi latè sequitur consi.28.incip.perspectis.col.pen.uersi. ad prædicta. lib. 2. & consi.81 lecto, & discusso in 5.colu.uersic.ex his ergo apparet.in 3.lib.&in l.1.§.si uir.in 4.colu.uersi. ex supradictis,& in l.quod meo.ad fi.princ.ff.de acq.poss. & ubique refert quod idem dicit Bald. in c.2.in prima col.uersi.extra propono.de feud.da. inuicem leg. com. in usib.feudo.& sequitur Bartho.Veronen.cautel.203. incip.quis uult emere,ad finem, & reassumit Do. Ias. l. certi conditio.§. si nummus, in 8.colum. post princip. ff.si cert.peta. Confirmo per illud, quod singul. uidetur uelle Bal.in l. 1.col.ulti.uersi.unum scias. C. si quis omis.causa test.iunctis his q̃ scripsit in l.ult. C. de usur, & fruct.lega.ubi in effectu uidetur uelle, quòd si legatum solutum uiuente testatore, per eum postea reuocetur, quòd reuocabuntur etiam fructus recepti per legatarium, quia annullato principali, annullatur accessorium, quod bene nota, & de hoc scripsi infra in uerb. Legatum. *Accessorium annullatur principali uitiato.*

Consuetudo & stylus semper fuit in magna ueneratione, maxime quando procedunt a uiris insignibus, prout de consuetudinibus Bulgari scripsit Bartol. in l. Titio cum testamento. §. Titia cum nuberet, colum. prima. de legat. secundo. & de consuetudinibus Mediolanensium apparet in libris Feudorum per discursum. Idcirco in uenerando collegio Iureconsultorum, & iudicum Mediolanens. plurima consuetudini concessa fuere, ut sæpius ego inter eos minimus obseruaui. & inter alia, dos confessata gaudet eisdem prærogatiuis, quib. realis. Item testator potest indistinctè prohibere Trebellianicam, etiam in filiis primi gradus, contra opinionem Bald. in l. iubemus. C.

ad

ad Trabel. cum alioquin inter Modernos non bene cō ueniat de magis communi, ut patet ex his quæ retuli in fra in uerbo, Trebellianica.

Consuetudo facit licitū, quod alias non permittere tur, ut in pulchro casu consuluit D. Alex. consi. 39. uisis, & consideratis in 3. libro, & Are. consi. 11. col. pen. & Ancha. consil. 283. iure stricto. ubi loquitur de consuetudine ludendi ad lapides, & arma, & ideo dicit notabiliter Bar. per illum textum singu. ad hoc, ꝙ qui facit illud quod solet fieri ab aliis, non solum non est in dolo, imò nec in aliqua culpa. ita sing. notat Bart. in l. si pignore. §. ult. ff. de pignor. action. & pro signando cō mendat Do. Ias. in l. certi conditio. §. si nummos, in 3. not. ff. si cer. peta. ubi latissimè loquitur in hac materia. Hinc dicimus, quòd consuetudo, & stylus notariorum excusat eos a pœna falsi, secundum Bald. in l. unica in 7. colum. uersic. quæro utrum, & 9. col. uersi. modo sequitur alia conclusio. C. de confessis, & in capi. primo in princ. de feud. cogn. tradit D. Alex. consi. 7. uiso processu inquisitionis colu. 2. uersicu. & licet Odoricus, & consi. 132. incip. uisa facti narratione, colum. 2. consil. & plenè dicit lib. 1. & consi. 107. pro inuestigatione, colum. ult. lib. 2. & consi. 172. uisis colu. 2. post med. eod. lib. Dec. consi. 157. in causa colu. quæst. uersicu. 3. hoc idem, ubi citat etiam aliud simile dictum Bald. in rub. C. de fid. instru. col. 4. uersicu. quæro ergo, cum similib. adductis per Do. Ias. in l. singularia in pen. colum. ff. si cer. peta. Et dicit alibi sing. Bald in tit. de pace constan. circa 27. colum. ꝙ consuetudo habet potestatem etiam in sanguine hominis. ita eum citat Cœpola consil. 40. incip. Lucius Titius in 14. colum. uersi. & pro ista consuetudine, ubi plura notab. dicta Bald. collegit in hac materia. Item dicit Bald in l. & si seuerior in 2. colum. uers oppo. quòd iudex. C. ex quibus caus. infam. irrog. ꝙ iudex debet sequi consuetudinem in pœnis sicut l. scriptam, quod dictum pro eleganti citat Cœpola consil. 34. incip. si unquam magnifice domine, in ultimis uerbis.

bis.Et ulterius poteſt annecti unum ſingulare Ludoui. Rom.num.30.an conſuetudo ubi notat, ꝙ conſuetudo etiam reprobata excuſat à pœna, per gl.ſing.in c. cum uenerabilis in uerbo, Migrare in fin. ubi Abb.extrà de cõſuetu.quod etiam repetit Crem.not.149.quod incip. Mos puerorum, & declarat latè Do. Iaſ.in l ſingularia in pen.col.ff.ſi cer.pet.& Do.Feli.in c.ex tenore colum. 8.uerſi.declara etiam extra de reſcrip. poſt Alex. in d. conſi.107.colum. ult. in princ.lib.2.& in pulchro caſu conſuluit Decius conſi.197.col.1.uerſi.ſed his.Secundo,alibi etiam habemus, ꝙ conſuetudo generalis bonam fidem inducit. ita eleganter inquit Do.Io.Zenobius inter conſilia Bal.nu.370.uerba reſcript. in 3.lib. item alibi Bal.conſi.77.quod incipit,uerba Cyn. in ultimo libro, conſuluit ſingu. per conſuetudinem iure inductum fuiſſe, ut Mediolani poſsint leges publicè doceri. de quo latius infrà in uerb.Mediolanum.Nihilominus alibi Bald.conſil.301,ad euidentiam præmittendum eſt, ꝙ princeps in ultimo libro damnat conſuetudinem Mediol. ꝙ uolens cedere bonis, ducatur in publicum, & ibi nudus percutiat renes ad columnam. nã cum per hoc non perueniat aliquod commodum in creditores, non debet admitti talis conſuetudo, & ideo in dubio uidetur à principe remiſſa, ſecundum eum & tali conſuetudo dicitur cõtra bonos mores, ut etiam de ſimili conſuetudine Romana dicit Cynus in l.1.in 5.q.C.qui bo.ce.poſſ.quem refert, & ſequit D. Alex.conſi.210.ponderatis col.2.ad fi.li.2. & exẽplum ſumpſit,ut refert Plutarchus in problematis,quia apud Cumæos mulieres in adulterio deprehenſæ, tali inuerecunda pœna affligebantur eas etiam aſino inſidentes, nudas per urbem trahentes, ut etiam adnotauit Dominus Alciatus Parerg.lib.2.ca.47.quod apud nos obſeruatur ſolum in mulieribus, quæ pluribus maritis eodem tempore inuentæ ſunt nupſiſſe.nam adulterii pœna iam pro nihilo habetur, & de ea iudices ridere ſolent,ut etiam refert Paul.de Caſtro conſil.102. *Mulieres in adulterio deprahẽſa quæ pœna puniretur.*

in

in cauſa incarceratorum,col.pen.tamen poſſunt conſiderare plures caſus,in quibus per talem conſuetudinem aliquid peruenire poteſt in creditores,loquendo de debitoribus,qui frontem in totum non perfrixerunt, ut docere nos poteſt experientia rerum magiſtra.c. quàm ſit,in princ.de electio. lib.6.cum uulg.& propterea con ſuluit Corneus conſ.28.in hac conſultatione,in tertio lib.an cuſtos teneatur,ſi fecit id quod communiter fieri conſuetum erat.

Cuſtos an teneatur, quando ſolitam diligentiam adhibuit.

Conſuetudo non confirmatur per ſententias arbitrorum,licet ſecus in ſententiis iudicum ordinariorum, ita ſing.Bal.in c.1.ad fin.prin.de feud.cognit.poſt Io.And. in cap.Abbate ſane,de uer.ſig.quod dictum pro ſing. citat,& ſequitur D.Lud.Ro.ſing.43.an ſicut,& Crem.no. 100.incip.tu ſcis, quòd binus, & pro ſing. etiam citat D.Iaſ.in l.de quibus,in 19.col.uer.2.quæro ff.de legib. ubi tamen tenet contrarium,quia arbitria redacta ſunt inſtar ad iudiciorum.l.2.ff.de arbitris, & quia per actus extraiudiciales etiam inducitur conſuetudo, ut ibi latius per eum.

Conſuetudo indiſcreta non ualet, puta quod credatur omni ſcripturæ mercatoris pro ſe,ita ſingul. Bald.in l. 1.in 4.col.uerſic.ſi autem conſuetudo C. de confesſis, quod pro ſing.citat D.Felin.in cap.2.col. 3. in ſecunda fallentia,extra de probat.& in cap.antepen.in 2.colum. circa med.eod.tit. & D. Iaſ.in repet.l.admonendi, col. 53.in uerſic.3.principaliter limita,& col. 54. uerſic. 4. principaliter.ff.de iureiurand.& in l.quædam § ultimo, in 3.no.ff.de eden.& pro not.commendat etiam Dom. Alex.conſil.3.in cauſa,& lite,col. ult. in princ. libro 2. & Aret.conſil.45.uiſis articuls,in fin. & concludit Matheſ.notab.51.nota quòd conſuetudo, cum his quæ retuli infra in dictione, Qualiſcunque,& propterea dubitauit Bald.conſil. 349. incip.ſi hoc quæritur,in 2. dub. in ultim.lib.an ſtatutum posſit diſponere, quòd credatur ſcripturæ mercatorum in magna ſumma, tam pro ſe,quàm contra ſe, & dicit quæſtionem ſatis dubiam,

ideo

ideo non decidere. est uerum quod Bald. alibi uisus est decidere, hoc, in l. 1. col. ultim. ante fi. C. de eden. ubi dicit, per consuetudinem, & statutum posse induci, ut adhibeatur plena fides libris campsorum, & mercatorū; & eum sequutus est D. Alexand. consil. 53. in casu uertente inter Michaelem, colum. 1. uersicu. attamen lib. 1. Sed ego putarem hoc intelligi debere in summa honesta, & causa mercantili, per ea quæ tradunt Doct. in locis suprà allegatis & per not. dictum Bald. in l. si ita. §. ex hoc edicto. ff. nau. caup. stab. quod refert Alex. consi. 208. uiso summario. colu. penul. circa med. lib. 2. & per sing. dictum Io. Andr. ti. de instr. edit. §. nunc dicendum in additione magna, circa prin. quod pro sing. sequitur Aret. consi 33. consultatio. col. 1. & consil. 44. in proposita. col. 1. & Ias. in l. 3. in 2. no. C. de transact. & in repe. d. l. admonendi. col. 54. & sequenti, quia alias consuetudo non potest inducere, ut non plenæ probationi stetur, & q; non plena habeatur pro plena. ut not. per illū tex. Do. Ant. in cap. 1. in 1. colum. extrà de appellation. & hæc sunt memoria digna ad statutum Mediolan. de exhibitione libri rationum. & hic conuenit, quod not. dicit Bal. in c. ad nostram, circa med. de probat. quòd rex, & regnum non possunt approbare consuetudinem inhonestam, & pestiferam.

Contractus an in dubio præsumatur, nominatus, an innominatus, Bald. sing. in prelud. feud. in 4. col. uersi. pro intellectu. tenet quòd censeatur nominatus, quia fauorabilior, cum solo consensu pariat actionem l iurisgentium. in princ. ff. de pact. & hoc dictum pro singu. citat D. Ias. ubique, & ubique etiam reprobat, ut in l. 2. in prin. in pen. colum. ad fi. ff. si cert. peta. & in l. 1. in ult. uerbis. ff. de rerum permut. & in præludiis feud. colu. 8. uersi. nota tamen

Contractus facti cum aliqua republica, uel principe, habent naturam bonæ fidei. ita singul. not. Bald. per illum tex. in §. si qua uero. in titu. de pace constant. & pro sing. commendat. Dom. Ias. in l. ciuitas. colum. 4. uersi.

uersi.item attende ff.si cer.peta.ubi dicit, q ab alio tactum non legit.& in l.cum fund. in prin.in 3.fall.eod. tit.& in l.& si post tres col.ult.uersi.quantum ad primā ff.de pact.&. in l.si insulam colum.9.uersi.ita limitatio ff.de uerbo.obliga.& ante eum Cremo.not.35.omnes, & And.Sic.consi.1.ex sacris col.4.uersic.& adduco lib. 1.& est memoria dignum propter contractus publicanorum cum principibus, in quibus licet sit dies, & pœna, tamen admittitur moræ purgatio, cum sint bonæ fidei, iuxta singu.dictum Bald.in l.cum allegas in penul. colum.in 6.opp.C.de usuris, de quo tamen scripsi infra in uerbo.Mora. Item quia in contractibus bonæ fidei subaudiri solet clausula, rato manente pacto secundum Bal.sing.in l.si pacto in 3.colum.ad fi.C.de pac.qué retuli suprà in uerb.Clausula. Item quia in contractibus bonæ fidei ueniunt casus improuisi, secus in his qui stricti iuris sunt, ut in sing.q.concludit Bal. consi.343.examinanda sunt in 2.col.in 1.lib.

Contractus in scriptis dicitur, quando partes expresse agunt in scriptis contrahere antequam ad contractū perueniant ita eleg.decl.glo inst.de emptio.& uend.in prin.in uerb conficiuntur, ubi Aret in 2.colum.glo.in l.testium glo.3.C.de testib.& Bal.post Bart.& alios in l.contractus in 2 colum.uer. tertiò not.C.de fid.instr. Bar.in l generaliter C.de nō nu.pecu in utraque lectura Fabian.in tract.de emp.& uen. in 14.q.5.q.principalis in 2.col.Lanfran.ī repe.c.quoniam quę falsam col. 74.ad fi.& seq in uersi.quæro ulterius, reperitur instrumentum extrà, de probat. Cœpol.cau.36. Aret.consil. 160.longa est in 3.& 4.colu.ubi omnino uide in 2.dub. Ang.de Are.inst.de excep.in prin.in pe car uer. quæritur an per testes, & Soc.consi.21.incip.reuerendæ pat. colum.ult circa med.lib.2. Deci consil.11.colum.2.ad fi.quod bene nota, quia quotidie fiunt instrumēta per notarios, & per hoc tñ nō dicent partes illæ in scriptis contraxisse, nisi esset contractus qui de necessitate scripturam requireret de quibus uide Ias. in l.cum proponas

ponas la prima, circa princ. C. de pactis, & prout etiam de contractu emphyteotico tenent magis communiter Doctores, quos ad longũ refert C.Iaſ.in l.1.col.14.& duob.ſeq. C.de iure emph. & hæc ſunt memoria digna ad intellectum lege generaliter C. de non nume. pecu. & ad not.dictum Paul.in l.contractus.col.3. C. de fid. inſt.ubi Doct.

Contractus mulierem initi cum patre, dato quòd inter fuerint amici, uel conſanguinei, tamen non carent ſuſpicione, propter metum reuerentialem, ita ſin. Sal.in l. tranſactionem C. de tranſact. & pro ſing. commendat D.Iaſ.in l.pactum dotali in ult.col.C.de colla.& eſt no. quæſtio ad ſtatuta diſponentia, quòd in contractibus mulierum interueniant agnati. Sed in contrarium facit ſing.dictum Bal.in l.3.in 21.q. C.de colla.quod pro ſing.citat, & ſeq. Do.Iaſ.in l.præſes in 2.col.in prin.C. de tranſact.cum his quæ ſcripſi infra in uerb. ſtatutum requirens conſenſum. Quanto autem tempore præſcribatur iuriſdicendi contractum, factum metu uel reuerentia patris, conſuluit Bal. conſ.189. incip. punctus quæritur lib.5.

Contractus ſimulatio inſtrumento magis declaratur per contractum præcedentem, quàm per ſequentem, ut in ſing.quæſt.conſuluit Bald.conſ.299.incip. in quæſt. in 4. lib. ubi tamen refert, quòd fuit dictum originale Iac.Butr.in l.pacta nouiſſima.C.de pactis, quòd ibi late commendat Bal.in 2.col.poſt Bar.in prima, & late inſiſtunt Moderni.

Alibi etiam Bal.egregie in rubr.extra de pact.in ult. col.uerſic.tranſactio ſimulata refert Iacob. de Are. in l.3.§.ſi ab ignoto ff de manumiſ.ſingula.dicendo quòd per contractum præcedentem melius probatur ſimulatio ſequentis contractus, quam econuerſo, quod dictũ commendat Do.Iaſ in l.3.§.filiusfam.in 3. columna, ff.de libe.& poſthumi.& in l.ſi ita ſit aſcriptum in prima nota de lega primo, & ideo Bart.in lege quiſquis de lega.3.& in l.auia in princ.de cond.& demonſtr. collegit

reg.

reg. quod clausula præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium, quàm econtra, & sequitur Ias consil. 217. in fin. lib. 2. & cons. 18. col. 1. lib. 1. ubi in fine consilii limitat, nisi clausula præcedens sit generalis, sequens uerò specialis, & idem Iason in lege pacta nouissima columna secunda C. de pact. & alibi sæpe.

Contumax non dicitur, qui citatus à iudice non comparuit, quia timebat ire ad iudicem, etiam ex leui causa, ita sing. Bal. in l. deberi uersic. item considera. C. de fideicomm. liber. quod dictum pro aureo commendat Are. in l. 2. in 2. not. C. de Carbon. edi. ubi etiam Dom. Ias. in 3. not. & late tradit de ueritate Do. Ias. in l. unica, §. ult. in pen. colum. per unam glos. singul. ibi. ff. si quis ius dic. non obtemp & D. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres in 10. col. uers. & dicit, quòd licet, ff. de uer. oblig. Quid autem in eo qui monitus fuit à iudice? est sing. dictum Ang. ubi dixit, quòd simplex iudicis iussus habet uim peremptorii, & constituit iussum in uera contumacia adeo quòd non poterit appellare si non comparuerit, ita sing. Ang. per glo. sing. ibi in l. 2. C. quomodo, & quando iud. ante finem, & retuli infra in uerbo. Peremptorii uim.

Monitio ind. hēt uim perēptorii.

Creditor faciens detinere debitorem per iudicem incompetentem, perdit ius crediti ita singul. Bald. in cap. causam matrimonii in fin. extrà de offic delegat. & pro sing. commendat, & sequitur Dom. Ias. in l. 2. in pen. colum. uers. concludo. ff. de iurisd. om. iud. sequitur Dec. cons. 75. in prin. & est memoria dignum pro extensione l. extat ff. quod metus causa. Tamen in contrarium facere uidetur unum singulare dictum, quod dicit sibi fecisse honorem, Firmian. in tractat. de episcopo in 2. parte primi libri in 49. quæst. quod non debet reuocari captura personæ, licet non rite facta, quando constat de debito, & sic quòd est iterum capiendus, & fuit sing. decisio Paul. de Cast. qui ita in facto consuluit cons. 39. in causa capturę in ult. uerbis, & sequitur Ias. in l. à diuo Pio §.

Captura personæ nō debet reuocari.

in uenditione,col.3.in prin.de re iudi.& idem in missio ne in possessionem non rite facta, quod non debeat reuocari, quando constat quod de nouo esset concedenda, concludit sing. Ang.post gl.in l.si finita in prin.ff.de dam.infe.ubi ita dicit se pluries practicasse: licet posset ad cautelam iudex dicere, reuoco te nutam, sed quia de nouo esset concedenda, concedo, & confirmo, ut ibi late per D.Alex.in ult.cart.post Petr.de Anch.cons.292. uideretur prima facie, ubi hoc declarat, & concludit etiam Dec.consil. 191. in causa quæ agitur in ult. uerbis, & ita dicit Firmianus in loco præallegato, se iudicasse, in capto, licet aliqui teneant contrarium, ut ibi late per eum in penult.col.ubi dicit memoria dignum, & sequitur Dom.Ias.in l.ult.in 6.ad fi.& seq.uers. nota tamen. C.de ed.di. Adri. toll.ubi tamen solum loquitur in tenuta. Et confirmari possunt ex his, quæ in proposito collegit idem Ias.in l.1.in pen.col.uersic.gl.1.C.de Carb.ed.& istud dictum Ang.sequitur etiam Ias. in l. si pacto.col.2.uersic.in limita.C.de pactis,& late declarat Ang.in §.quadrupli.in pen.car.uersicu. ex cuius dictis, inst.de action. *Possessio nõ reuocatur, licet nõ rite facta. Cautela.*

Creditor inhærens pignori, non potest iurare debitorem suum suspectum de fuga, & sic uenire ad capturam ita sing.Bal.in l.creditor, la 2.ff.si cer.pet.pro sing.citat D.Ias.in l.prima.in princ.in pen.col.circa med.ff.si quis ius dicenti non obtempe.& retuli infra in uerb. Debitor non potest, ubi posui practicam, quando debitor tanquam suspectus possit capi. Sed quid si esset creditor ex pluribus causis, & offertur sibi solutio ex una tantum causa, an teneatur recipere? casus est quòd sic, dum modo integre offeratur, in lege ultim.ff.qui.mod.pign. uel hip.sol. Finge nunc debitorem mortuum, reliquisse duos hæredes, inter quos ex dispositione lege 12. tab. ipso iure diuiduntur actiones pro rata, postea in diuisione adiudicatur totum debitum uni, an admittatur solutio dimidiæ, quasi partis integræ? pro debito unius desiit dubitari, propter dictum singu-

lare Bar.in l.si pignori res,in 3.col.uers.quæro de personali.ff.fami.ercis.ubi per illum textum in uerb. contra quoque secundum intellectum Petr.de Bellapertica decidit quòd non & pro singul.& memoria digno com mendat D.Alex.pro declaratione dictæ l. ult. in l.quidam existimauerunt,in ult.columna uersic.2.modo.ff. si cer pet.cum his quæ scribit Cor.consil.295.licet prima facie,in 3.lib.& Cœpoll.caut.323.quæ incipit creditor,ubi dat modum quomodo creditor cogatur reci pere solutionem pro parte tantum,& tractat Bald.Nouellus in tract.dotis,in 36.priuilegio 8.partis,ubi ponit quid in dote.

Creditor qui per iracundiam lacerauit instrumentum suum,uel igne consumpserit,licet non perdat ius credi ti,tamen per hoc grauatur difficiliori probatione, & id eo non defertur sibi iuramentum in supplementum pro bationis,ita sing.no.Bal.per illum tex.in l.1.col.fin. C. de fid.instr.quod pro sing.late refert,& declarat D.Ias. in repetitione l.admonendi.col.107.uers.4.ex ista con clusione.ff.de iureiur.& seq.Fel.in c.1.col.10.uers.limi. 2.de probat.

Creditor habitando domum debitoris, quam accepit ex primo decreto,uidetur fructus percipere, text. est per quem ita ibi notab.Bar.in l.si is qui.§. 1. ff. de pignor. Sed an teneatur compensare fructum, quantum alius domum conduxisset,an uero quantum ipse fuisset conducturus.Bal.sing.in additionibus Spec in tit.de pigno. §.pen. dicit,quòd solum tenetur compensare quantum ipse fuisset conducturus,& idem etiam sentit. Spec.ibi. in uersic. quid si obligasti mihi, & confirmari potest ex sing d.Bar.in l.in summa.§.pen.ff.de cond.indeb.quod pro sing.& aureo no.Crem.not.160.&Alex.cons.108. col.ult.lib.1.& cons.181.circa prin.lib.2.& Dec.consi. 62.in causa,col.pe.& hæc nota pro capitulis fiendis ca su adueniente.

Creditor habens plures debitores obligatos insolidū si recipiat solutionem partis integræ unius,& confiteatur

tur se esse contentum pro parte sua, sibi præiudicat, & diuisionem debiti inducit. Casus est secundum unam lecturam in l.creditores.C.de pactis,& ideo dicit ibi eleganter Bal.in ult.uerbis, quòd debet creditor protestari, quòd per receptionem partis non intendit diuidere, sed ius suum uult sanum remanere ne subtilitas illius l.sibi præiudicet, uel secundum Paul.de Castro ibi in.1.col.extra med.post Alb.debet dicere, saluo iure solidi, & ita dicunt in facto fuisse obseruatum, quòd pro not. caut.eorum qui habent plures libellarios simul obligatos, uot.Bart. Veronen.cautela pen.quæ incipit, quãdo quis habet, & ex facto etiam pluries contigit in pluribus conductoribus insolidum obligatis.

Creditor potest in causa debitoris perhibere testimonium, quamuis eius intersit dicere debitorem locupletiorem, ita sing.Iac.Butr.& Ang.in l.non solum.§.quæritur.per illum textum ff.de procura.sequitur D.Alex. consi.78.in causa,& lite uertente, in 2.col.uersicu.pro hoc etiam,in 1.lib.& pro singu.commendat Do.Ias.in l.si cui legetur.§.ultim.in fi.deleg.1.& est memoria dignum ad regulam l.si quis nec causam,in prin.ff.si cer. peta.ubi etiam D.Ias.approbat in 3.colu.& in l.stipulatio ista, habere licere §.si stipuler, in ultimo nota, de uerbo.obligat.

Creditor prior præfertur posteriori l.qui balneum, & l.potior.ff.qui pot.in pig.hab.& in reg.qui prior, de regul.iur. in 6.ubi Dyn. Fallit tamen hæc regula multis modis, positis per Docto.in locis communibus,& tradit Cæpol.cautela 195.uulgaris est regula. Sed inter alias fallentias limita,non procedere si creditor secundus haberet instrumentum de actuali numeratione, & primus solum instrumentum confessionatum: quia secundus debet præferri, textus est nota. in l.diuersis, in uerbo,data.iuncta gloss.C.qui pot.in pigno hab.ꝑ quẽ monent ibi eleganter Baldus, & Angel.contrahentes, ut sint cauti in stipulando instrumenta de actuali numeratione,& propterea dicit notabiliter ĩproposito Bal,

in l.2.C.de repud.hæred.& Pet.de Anchar. consi.251. ex his quæ superius.col.2.quòd ex confessione de rece pto,inducitur fraudis præsumptio: secus in actuali numeratione p l.primam in fi.& l.sequitur.ff.de his quæ in fraudem cred.& per id quod not. Bart. in l.post contractum . ante finem.ff de donatio. Et ideo Corn.cõsi. 230.uidetur prima facie per totum,lib.2.latè cõsuluit, quòd confessio in materia suspecta , puta cessionis,nõ præiudicat tertio, etiam post lapsa tempora opponendi exceptionem non nu.pecu.& hanc dicit esse communem, quia etiam tali casu confessio non probat numerationem, secundum Marianum consilio 3.col.ult.lib. primo.Et confirmari possunt ex sing. dicto Bal. in cap. 1.§.si facta. colu.2.uersi.nec unum omitto. si de feud. fuer.controu.inter dom.& ag. ubi singulariter decidit, quòd si duobus eadem res fuerit uendita,& tradita, neque constet cui prius tradita fuerit,quòd illi præsumitur prius tradita , qui de actuali numeratione probat & illam decisionem pro singulari approbat Do. Ias.in l.quotiens.colum.8.uersicu. secundò quando.C.de rei uenditio.& ante eum Ludouic.singular.380.incipien. lex quotiens.

Numeratio actua li pfert. *Confessio an tertio præiudicat.*

Creditor missus in possessionem ex secundo decreto, an teneatur stare colono? Barto.singulariter decidit,q sic,in l.in uenditione.§.primo.in 2.not.per illũ textum ff.de bono.auct.iud.poss.ex cuius dictis infert Bal.sing. in cap.quoniam frequenter.in ult.uerbis, extra , ut lit. non contest.q omnis succedens ex sententia iudicis te netur stare colono,uel inquilino,nisi locatio in fraudẽ facta probaretur . & dicit memoria dignum,& pro sin gulari sequitur,& confirmat D. Alex.in l.si filiofam.§. ult.in 4.colu.uersi.ex cuius dictis.ff.solu.matri. & retu li infrà in uerbo,Successor.

Cucuma quid sit apud Iureconsultos in l.1.§.diuus ff.ad l.Corne.de sic.plurib. modis declaratur ,uariando lectionem.nam aliqui reponunt Cultro , alii Cucunia. Sunt etiam qui Cucurnia scribendum contendant, qui

bus Bar. noster astipulatur, intelligens de quadam freni parte. & ante eum declarauit glossator in l. unica. C. nulli licere in frenis, & equestribus sellis. libr. decimo. Sed hanc Accurs. & Barthol. sententiam reprobat Alcia. in Annotationibus suis in hos libros. C. in rub. nulli licere in frenis equestrib. Nihilominus uera lectio est Cucuma. & est uasis coquinatorii genus, ad calefaciendum aquam, quod ex ære, & ex terra factum est. de quo et Martial. & Petronius Arbiter, quos in Miscellaneis citat Ang Politianus, Cēturia 30. dum nititur ostendere apud Martialem singulare uerbum nō esse cucumā: quod alii suspicabātur. De cucumis meminit diuus Ambrosius: Dii, inquit tui, aut ænei sunt, ex quibus cucumę melius fiunt ad usum hominum. Petronius Arbiter in Satyr. Frangitur ergo, inquit, ceruix cucumæ, ignemq; ualescentem restinguit. Idem: Incincta quadrato pallio cucumam ingentem foco apposuit. Martial. Cucumam fecit Otacilius. A cucuma fit cucumella, quo nomine usus est apud nos Alph. Iureconsultus, in l. si quando. §. 1. ff. si ser. uen. dum inquit, Et terreas cucumellas. ita enim legendum est, non ut mendosi codices habent, & teneras, & cucumellas. ex terra enim rubra a figulis cucumas fieri, & alia uascula quæ testarum nomine significamus, primus Dibutades inuenit.

Accursii locus.

Ccumella.

Locus Alpheni.

Culeus quid esset apud antiquos, sæpe quæri solet, quia de hoc mentio est apud nos in parricidarum pœna, & tractat Iustinian. Princeps. in ultim. lib. instit. tit. de publ. in dict. §. alia deinde lex. in hæc uerba, Lege Pompeia de parricidiis cauetur, ut si quis parentis, aut filiæ, aut omnino affinitatis eius, qua nuncupatio parricidii continetur, fata perpetrauerit, siue clam, siue palam id ausus fuit, nec nos is cuius dolo malo, id factum est, uel conscius criminis extitit, licet extraneus sit, pœna parricidii puniatur. & neque gladio, neque ignibus, neque ulla solenni pœna subiicietur, sed insutus culeo, cum cane, & gallo gallinaceo, & uipera, & simia, & inter has ferales angustias

Iustiniani locus.

comprehensus, secundum quòd regionis qualitas tulerit, uel in uicinum mare, uel in amnem proiiciatur, ut omnium elementorum usu uiuens carere incipiat, & ei cœlum superstiti terra mortuo auferatur. Hæc pœna constituta est parricidis, secundum aliquos, à Pompeio Magno, & ideo lex Pompeia dicitur. Originem autem sortita est à Tarquinio Romanorum rege, qui (ut in primo libro scribit Valerius maximus) Marcum Tulliũ duumuirum, quod librum secreta ciuilium sacrorum continentem, custodiæ suę commissum, corruptus Petronio Sabino describendum dedisset culeo insutum in mare abijci iussit, idq́ne supplicii genus non multo post parricidis lege irrogatum est, iustissime quidem quia pari uindicta parentum ac Deorum uiolatio expianda est. De hoc supplicio intellexit Iuuen. taxans Neronem, ueluti multiplici parricidiorum pœna dignissimum, dum inquit: Quis tam. Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni? Cuius supplicio non debuit una parari. Simia, nec serpens unus, nec culeus unus. Est autem culeus (ut docet Fulg.) saccus è lino, uel canabi, uel corio factus, ab occulendo, idest claudendo dictus, eo utimur ad portanda frumenta. Plin. lib. 7. Iunius Valens, inquit meruit in prætorio diui Augusti centurio, uehicula cũ culeis donec exinanirentur sustinere solitus, huius nomen notissimum est, secundum Fulgent. in pœna parricidarum. Præterea culeus est mensura uiginti amphorarum capax, si Plinio credimus: seu ut aliqui uolunt, quadraginta urna continens, ut est apud Colum. De hoc intellexit Priscian. Grammaticus illo carmine (uel Rhemnius Fannius, ut aliqui contendunt)

Culeus, hac nulla est maior mensura liquoris.

Et Iabol. Iureconsultus in l. legarum. §. uini Phalerni. de annu. leg. & Vlp. in l. 3. ad fin. de uino trit. oleoq́ue leg. Hinc dolium sexquicullare apud eundem Colum. triginta amphoras continens, quasi culei unius, & dimidii capax. Hãc enim uim habet hæc dictio. Sesqui, ut in sesquihora, sesquipede, sesquidigito, sesq̃modio, sesquiuncia

Lex Pompeia.

Culeus quid.

Locus iurecon. Dolius sexquicullare.

quiuncia,& alia prope infinita. De sesquipede meminit *Sequi.*
Catull. dum inquit: Nam sine dentibus est, hoc dentes
sesquipedales. Et Persius, Cum tibi Calue. Pinguis
aqualiculus propenso sequispede extet. De sesquiun-
cia meminit Imperator l. maximum uitium. §. cum etiã
C. de lib. præter. licet codices impressi in illa dictione *Locus a-*
mendosi circunferantur, & Iureconf. in l. Papinianus. §. *pud Imp.*
quoniam autem quarta. ff. de inoff. testam. & utrobique *Sesqui.*
Accursius ita exposuit. Verbum autem sesqui (ut Aug.
interpretatur) pro eo quod est se absque, dictum uideri
potest. Erat & usuræ genus sesquiple, in iure nostro pon *Locus ex*
tificio damnatorum, ubi mendosa dictio est secuple, *iure pon-*
pro sesquiple, secundum Hermol. Culeum etiam inter *tif.*
ea instrumenta, quæ exportandorum fructuum causa *Locus iu*
parantur, enumerat Iureconf. in l. quæsitum est. §. 1. ff. *reconsul.*
de fund. instr. & in l. ult. §. Titius. de pign. act. Propterea *Follicu-*
reprehensione digni censentur quidam, qui folliculum *lus.*
lupinum apud Ciceronem Rhetor. 1. ad Herennium po
ni pro culeo parricidæ contendunt, quod falsum esse
colligitur ex illo Cicer. in 2. lib. de inuentione, ex quo
transporta à sunt illa ad Herennium. Cuius uerba hæc
sunt, os inuolutum est folliculo, & præligatum, deinde
in carcerem deductus, ut ibi esset tantisper, ut culeus cõ
pararetur. Nonne hisce uerbis liquido ostenditur, folli
culum, ut diuersum, à culeo seiungi atque separari?
Quis enim non intelligit, folliculo solum os parricidæ
inuolutum esse, quasi quodam tegumento ex lupina pel
le confecto, ut hoc modo uelato capite in carcerem
contectus duceretur, moxque culeo comparato insue- *Cic. locus*
retur. Et hoc modo sensus Rhetoricorum clarus reddi
tur, prout etiam docuit nos Philip. Beroal. Animaduer
tendum tamen est, in institutionib. aliqua uerba men-
dosa circunferri. Sed castiganda sunt, secundum ea,
quæ in principio huius adnotationis retuli ex antiquis-
simis codicibus.

D



AMNVM datum probatur per iuramentum eius, qui damnum passus est, tam de iure communi, quam ex statutis communiter per Italiam editis. Sed an contra tale iuramentum admittatur probatio, Angel. singul. decidit q; sic, in l. qui uas. in prin. per illum tex. ff. de furtis. & pro sing. citat D. Ias. in l. si quando, in 4. col. C. unde ui. bene facit illustre dictum Azo. in summ. C. ad l. Aquil. in antep. col. ubi dicit, q; probatio per euidentiā oculorum nunquam intelligitur exclusa etiam a statuto, prout inducit illud dictum Bald. sing. in l. contra negantem. in ult. uerbis. C. ad l. Aquiliam. & in rub C. de probatio. in 1. col. & sequitur Alex. consi. 186. uisis. col. pen. ad fin. lib. 2. & Barthol. Cœpol. cautela 167. multa sunt statuta. & D. Alex. consi. 116. posteaquam. ad fin. in 1. lib. & Francisc. de Cur. in repetitione l. admonendi. col. 39. uersi. prosequor doctrinam Bar. ff. de iureiurando. & D. Alexand. in l. 5. in 4. colum. uersic. & his infertur. C. ut quæ desunt aduocat. D. Ias. in repet. d. l. admonendi. colum. 17. uersic. ex suprascripta. Post Nellum in tract. Bannit. in 2. parte 2. temporis. quæst. 52. col. 2. circa fin. & Alex. consi. 36. uiso. col. 2. uers. nunc capio. lib. 4. & consi. 63. col. 6. in fi. eo. li. 4. & consi. 114. in causa. colum. 3. eo. lib. ubi in 2. col. etiam dicit, statutum prædictum non procedere, quando subest iusta causa non credendi iuramento, per not. dictum Angel. in l. diuus. ff. de testam. mil. & pro singu. citat D. Ias. in l. eum qui. §. in popularibus. in 3. col. circa med. ff. de iureiurando. & in l. uideamus. § deferre, in ultim. colum, in prin. & in l. ult. ff. de in litem iurand. Et hæc sunt memoria digna ad statutum Mediolanens. sub. rub. de damno dato. iunctis his, quæ latè scripsi in uerbo, Statutum ciuitatis Mediolanens. cautum reperitur. Et ideo dicebat etiam in proposito Bald. in l. Deo nobis. colum. 2. uersic. ulte-

Probatio per euidētiā oculorū nunq intelligitur exclusa.

rius nota.C.de episc.& cler.ꝙ omnis alia probatio uincitur,si aspectus in contrarium testificatur.per gl. not. in c.quod autem interrogasti. in gl.mag.27.q.2.

Datiarij cogūtur edere libros rationum ad fundandā intentionem actoris, quia eorū genus improbum est. ita singu.Bal.in l.dissolutè,uersic.item ergo. C.de cōd. ex lege,quod pro sing.commendat,& sequitur Do. Felin.in c.1.col.12.uersi. secundo amplia istam fallentiā. extra de probat. cum his, quæ retuli infra in uerbo, Editio.

Debitor non potest allegari suspectus, quando creditor pignori incumbit.ita sing.Bal.in l.creditor secunda.ff.si cer.pet.& retuli supra in dictione.Creditor.Nūquid autem ista suspicio probabitur solum per iuramētum,prout de suspicione contra iudicem, dixi infra in uerbo, Iuramentum probat rem.in hac quæstione Bal. eleganter in l.apertissimi.ad fin. C. de iudiciis, dicit ꝙ non.nisi prius summariè probarentur aliquæ causæ, inducentes suspicionem,puta ꝙ forensis sit.item nō possidens immobilia. & ideo iudex cautus esse debet ad interrogandū de causis suspicionis, quæ si uerisimiles reperiantur, poterit procedere ad capturam occasione debiti liquidi, & certi,ut ibi per eum,quē refert,& sequitur D.Vital.in tracta.clausularum.in uerbo,nil nouari dilatione pendente.circa med.& Alex.in l.2.in princip. col.10.uersi.ulti.ex hac gloss.ff.sol.mat. Dec.cons.75. col.1.uersi.quarto,hoc decidit.& latissimè Ioan. de S. Seuer.in tract.de debitore fugit.in 6.q.prin.col.17.uersi.quarto est aduertēdū.& col.19.& sequit̄ post Pau. de Cast.ubi latè consuluit cōsi.40.incip. pro pleniori.per totum,in antiquis,Ancha.consi.85.ex theoricis.Reperio tamen ꝙ in hac materia Ange.posuit singularē practicam,in l.si ab arbitrio §.1.ff. qui satisdare cogitur. ubi dicit, quòd per illum textum multos captos, & suspectos, & fugitiuos fecit relaxari: Quia assessores imperiti sequentes imperitos aduocatos, immediatè ostenso instrumento eius debiti, & præstito iuramen-

to de suspicione, & fuga, consueuerunt contedere famliam, & capi facere talem debitorem, & quidem male, quia debet eis constare saltem summarie, quòd tempore contracti debiti ille erat idoneus, & soluendo, & sibi aliqua calamitas insignis euenit, uel aliter inops factus est, si enim eius conditio non est mutata, imputet sibi, quia cum tali contraxit. Neque sufficeret, si parua calamitas debitori superueniret, aut si post magnam calamitatem diu creditor tacuisset.

Et ideo cautus sit aduocatus, & procurator actoris in capitulis, ut narret, & postea probet per testes, uel instrumenta, quòd tempore celebrati contractus debitor erat idoneus, & soluendo; & idoneus reputabatur, & quod ad eius notitia nouissime peruenit, quòd eidem debitori insignis calamitas, aut inopia magna superuenit, & super his duos testes inducat, & ulterius delato sibi iuramento iuret, quòd eum habet pro suspecto, & fugitiuo & tunc iudex secure concedat licentiam capiendi, quousque satisdederit de iudicio sisti, etiam die feriata introducta in honorem Dei, iuxta gl. sing. & communiter approbatam, in uerb. fideiussion in l. dies festos. C. de feriis, etiam si esset dies natiuitatis Domini, & Paschæ, secundum notab. dictum Bal. in c. ult. colum. ult. de feriis, quod commendat Ias. latè in l. uinum, in 3. colum. si cer. pet. & consuluit Anch. consil. 123. incip. unus, ad fin. Sed de hoc ultimo dubitat Felin. in cap. ult. col. pe. circa princip. de iudic. & prædicta procedunt etiam lite pendente, secundum glos. in l. 2. ubi doctores. ff. de feriis, & ita dicit Angel. in d. l. si ab arbitro. §. primo, se in finitis uicibus practicasse, & pro elegantissima doctrina reassumit, & approbat Lanfran. de Oriano, in commento cap. quoniam contra falsam, col. 16. uers. & per hoc infertur, extra de probat. & pro sing. sequitur Ang. de Aretio inst. de actio. §. 1. in 7. col. uersiculo in quibus locis, & ibidem etiam D. Ias. in 16. col. uersic. ult. circa prædicta, ubi latissimè prosequitur, & Dom. Ias. post Bal. Imo. & Moder. in l. 2. in princ. in pen. col. uersic. ulti

mo

mo.ex ista gloss.ff.solut.matri.& in l.apertissimi,colu. ulti.C.de iudic.& Alex.consi.19.uiso processu. lib.3. & Decius consi.75.col.1.uersi.3.quia ad hoc & Cacialup. in.tract.de debitore fugit,in 6.q.princ. in 19.colum. & plur.sequitur.Vbi etiam in 22.colu.ponit,ꝙ si creditor omisit narrare in petitione, quòd causa suspicionis superuenerit post contractam obligationem,Corn.cōsil. 136.col.2.circa finem,lib.ultimo.

Et super ista suspicione poterunt recipi testes eo nō citato,quod est specialissimum,ne fuga instruatur, secundum *Bal.*eleganter in l.consentaneum . col.5.uersi. quæro unà cum *Butrio* C.quomodo , & quando iud. quem sequitur Do.Fel.ca.Rodulphus, col.pen.in 3.fallentia.de rescriptis,& passim habetur , & est notab. ad ea quæ etiam scripsi suprà in uerb.Citatio partis. Adde etiam prædictis, quod licet condemnatus habeat quatuor menses ad soluendum,l.2.& l.3.in princ.C.de usu rei iudi.tamē debet à principio cauere, ꝙ soluet elapsis quatuor mensibus,aliter potest statim capi. ita sing.decidit *Bar.*in l.si debitori.ad fin. per illum tex.ff.de iudiciis,& pro sing.commendat D.Iason in l.si arrogator. in ult.col.ff.de adoptio.

Debitor non potest per pactum obligari ad carceres, si in termino non soluerit.ita sing.Ang.in l.nemo potest,col.1.per illum tex.de leg.1.scripsi suprà in uerbo, Clausula,& in singul.quæstione consuluit *Bald* consil. 247.proponitur,quòd Ioan.libr.2.cum his, quæ retuli infrà in uerb.Solui.

Decretum maioris iudicis ,ut prætoris uel præsidis, interpositum seruata forma, facit pręsumi cōtractum utilem etiam ecclesiæ.ita sing.*Bald.*in c.unico,ī prin.in 2.col.uersi.& ego addo.qui feud.da.poss.& citat D.Fe. in c.cū contingat,col.4.in 2.fall de rescrip. & Alexan. consi.79.circa primum.col.5.uersi. fortificatur. in 1.li. cum his quæ refert *Bart.*Veron.caut.306.tutores semp in 3.col.uer.item dixi.ubi refert sing.dictum Specul.in tit.de emp.& uend.§.nunc dicendū restat.uersic.& breuiter

uiter scias dicentem, & ubi decretum iudicis interpositum inuenitur, præsumuntur omnes solemnitates fuisse adhibitæ, quod est memoria dignum, & reassumunt Mod. ubique, & late scribit Alex cons. 79. circa primum de quo quæritur in 3. col. uersic. sed præmissis, & consi. 125. uisis, & consideratis col. 5. uers. 3. posset, lib. 1. cum his quæ retuli infrà in uerbo, Mandatum procuratoris, & cũ his quæ late cumulat Dec. con. 209. in casu col. 1.

Tamen non idem in iudicibus municipalibus, & pedaneis, de quibus in hoc non confidit. lex. ita singul. declarat Bal. in l. tutores. ff. de confirm. tuto. quem pro sing. approbat D. Ias. in rub. C. qui admit. in 3. col. & in l. pacta nouissima in tertio not. C. de pactis, & in d cap. unico in prin. in 3. col. uersic. prædicta limita qui feud. dar. poss ubi dicit, quòd est magna, & singu. limitatio. Confirmo per simile, nam iudex potest ex causa transgredi leges, uel statuta, ut singul. dixit Inno. in c. 1. de cõstit. quod commendat And. Siculus in tract. de præst. Card. in 9. quæst. 1. partis in ult. col. & sequitur Dom. Alex. consil. 65. habita super contentis in 3. col. uers. accedit quia, lib. 1. Sed tamen limitatur, procedere solum in iudicibus maioribus, secus autem in minoribus, ita sing. Bal. in auth. hodie C. de iud. & pro sing. limitatione commendat D. Ias. in l. pen. in ult. col. ff. de cond. ob cau. Secundo benefacit, quòd notabiliter decidit Do. Ant. in c. cum olim in ult. col. extrà de arbitris, ubi uoluit, quòd licet iudex non teneatur sequi consilium sapientis, ut firmat Bar. in l. 1. §. si plures ff. de exercitatoria act. in 1. q. & etiam in 6. tamen hoc secundum eum non procedit in minoribus iudicibus, de quo dicto feci etiam mentionem infra in uer. Statu Mediol. disponitur. Tertio benefacit, quod sing. decidit Bald. cum quo etiam ibidem transit Sal. in auth. nisi breuiores uersi. & hoc fac. C. de sent. ex breuic. recit. cuius dictum late retuli infra in uerb. Libellus in multis.

Iudex quando possit ex cā transgredi leges, uel statuta.

Iudex an teneatur sequi consilium sapientis.

Decretum secundum iudices operatur, ut qui missus est in possesionem, præscribat dominium directum: licet

cet aliàs utile tantum dominum præscribatur. ita sing. dicit Bal. in l. in possessionem C. de bonis aut. iud. poss. quem pro sing. refert, & sequitur D. Ias. in l. 3. §. ult. in ult. not. ff. de acq. poss.

Sed in contrarium est glo. in l. si finita §. Iulianus in uerb. Dominium secundum unam expositionem ff. de dam. infec. per quam contra Bal. tenet Do. Alexand. in l. traditionibus colu. 2. uer. tertio fallit, C. de pact. ubi hoc dictũ Bal. dicit sing. & repetit ibi D. Ias. in pen. col. in 3. fall. cum his quæ ĩ pulchra q̃ne scribit Cor. cõsil. 65. licet præsens consultatio ad fi. in 1. lib.

Decretum iudicis interpositum in actu dationis curatoris, facit præsumptionem iuris, illum fuisse minorẽ cui curator datus est. ita eleganter Bald in l. cum te minorem col. ult. uersi. interdum ætas C. de probat. cuius dictum sequitur Alex. consil. 85. uiso themate col. 2. ad fi. & sequitur lib. 2. & latissimè consuluit consi. 21. uiso processu col. 1. & 2. lib. 1. Et propterea Bal. eleganter in l. 2. §. quod obseruari col. 3. uersi. hic quæro C. de iureiurando propter calum. admonet nos, ut caueamus, ne litigemus cum curatore illius quẽ maiorem putamus: quia hoc modo aperitur sibi uia restitutionis in integrum, & eum sequitur Alex. consi. 92. uiso, col. 3. uersi. item respondeo lib. 5. & Felin. in c. cum inter, colum. 8. uersi. posset de exceptionib. Quod est memoria dignũ, ad notata per Bar. in l. de ætate. ff. de minor. dum in 2. col. tractat, q̃uo probetur minor ætas. & in 6. colu. cui incumbet onus probandi minorem ætatem.

Decretum iudicis requiritur, quando tutores uolunt alienare bona immobilia pupillorum, propter æs alienum l. prima. & l. magis puto §. non passim, & per totum titul. ff de rebus eorum, & consuluit Paul. de Castro consi. 215. si non interuenisset, in antiquis, & Cornens cõsilio 93. uidetur prima facie in prima columna, in primo libro. Sed quid si pater sit tutor filii? Dic quòd idem est, quod in alio tutore: licet iudex debet esse pronior ad consentiendum patri: ca-

sus

ſus eſt in l.ſi pupillorum.§.ſi pater.eod.tit.Hoc tamen declaratur per Azonem ſingul. in ſumma.C.de bonis, quæ lib.in pen.colu.uerſi.& pro conſeruatione, ut non procedat, quando pater, tanquam legitimus adminiſtrator uellet alienare bona aduentitia filii in poteſtate, quorũ uſusfructus ſibi acquiritur: quia hoc caſu pôt abſque decreto, & hoc dictum eſt illuſtre, famoſum, & aurum alibiq; non reperitur, ſecundum Bal. qui nobis reuelauit in l.ſing & ibi latè per D.Iaſonem, in 8. col. ff.ſi cer.pet.& latius idem Do.Iaſ.reaſſumit in l.præſes C.de tranſact.in 1.& 2.col.ubi diſputatiuè tenet cõtrarium: licet à doctoribus magis communiter approbet, ut clarè patet ex his quæ ſcribit Decius conſil.209.in caſu propoſito.col.prima.

Decretum continens aliquam donationem, uel repudiationem, uel alienationem rei etiam mobilis minoris cauſa non cognita, non ualet. ita eleganter Bald. & Salic.in l.1.C.ſi aduer dona.quòd eſt perpetuò tenendum menti, ſecundum Angel. Aretin.in §.tripli.col.3. uerſi.aduertas tamen.inſtitut.de action.& Do.Fel.in c. eccleſia S.Mariæ, colum.9.uerſi.11.extrà, de conſtitut. Imò plus ſubdit ibi ſignanter Baldus, quod ad donandum impoſsibile eſt eum habere curatorem, uel decretum ualere, quia donare eſt perdere: quod dictum reaſſumit & declarat D.Ale.cõſil.125.uiſis, & cõſideratis, in 3.col.uerſi.4.& ult.& col.pe.uerſi.non obſtat ult.lib. 1 1.Et hoc niſi pupilli perſona aliud ſuaderet, ut quia eſſet Rex, uel magnus Princeps, per ea quæ ſingu. ſcribit Innocen.in c.grandi. de ſupplenda negligentia prælatorũ.quẽ retuli infra in uerb. Suſpectus. Adde idẽ eſſe ſi eſſet perfunctoriè adhibita cauſæ cognitio, ut eleganter concludit Bal.in l.quicunque in 2.col.C.de bonis, quæ lib.& ſeq.in pulchra quæſtione Corneus cõſil.98. uidetur prima facie, in 1.colu.uerſic.2.uidetur.in 1.lib. cum ſimilib.de quibus per Barb.inter conſilia Alexan. conſi.123.ſcripſit eccleſiaſticus.1 1 o.col.uer.quinimò. in 4.lib.ubi latè concludit, quòd temporis breuitas facit

Curator non põt donare.

cit

-cit præsumi decretum, & sententiam nullam. Et elegan- -ter consuluit Ancharanus consilio 83.uisis diligenter, & commendat Ias. in l. nec quicquam §. ubi decretum col. 12. de off. procons. & legati, & alibi sæpe, & est notabilis decisio Bal. In l. captatorias col. 2. uers. modo circa. C. de testam. mili. quam sequitur Alex. consil. 218. uisis uerbis col. 2. lib. 2. *Decretū & sententia ex breuitate tēporis præsumūtur nulla.*

An autem stetur instrumento dicenti, quòd iudex cum plena causæ cognitione interlocutus est, Paul. de Cast. egregie tenet, quòd non consil. 91. super eo quòd quæritur, & tradit Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ col. 9. uers. 11. de constitutionibus. Sed Paulus repræhendit Alex. in l. sciendum in 3. char. de uerb. oblig. ubi etiam D. Ias. in 4. col.

Decreto Mediolanensi cautum est, quòd possesio defuncti continuetur in hæredem, quod sine dubio ualidum est, ut late tractat Bal. consi. 335. quidam creditor in 3. lib. & Paul. de Cast. in l. si sorori C. de iure delib. & in cons. 133. uiso puncto, & dubiis in 2. dub. in antiquis. Sed an per hoc prohibeatur hæres uti beneficio l. ultim. C. de edi. diui Adrian. tollendo, quod est executiuum, Bal. notab. in rub. extra de consuet. in 3. col. ad fi. & sequenti, & clarius in rub. de causa possess. & proprietatis, in pen. col. in propriis terminis decreti Mediolan. tenet quòd non, & ita dicit practicari Mediolani, ad hoc ut qui est in possesione ficta, & artificiali, sit etiam in uera, & corporali, & ibi Baldus multa alia ponit de intellectu decreti præallegati, quæ pro singul. citat Do. Ias. in l. si sorori in 1. fall. C. de iure delib. ubi post Paul. de Castro, & Do. Alexan. tractat de hoc: & latè reassumit Andræas Sicul. consi. 59. sapienter dixit Psalmista, in 13. colu. uersi. capio aliam lib. 2. ubi miratur, quod Baldus non uiderit Petrum de Bella pertica in l. 1. C. de donationib. quæ sub modo, qui ponit hanc quæstionē, sequitur etiam consulendo Decius consi. 84. Excellentissimi Doctores in 1. & 2. colu. ubi ultra D. Signorolū, & Fulgosium ibi relatos, colligit duos notabiles effectus, prouenientes

uenientes ex diſpoſitione talis decreti, quamuis effectus interdicti recuperandi ſit contra communem opinionem, teſte Alex. in l. in ſuis in 4. columna uerſiculo, ubi autem ſtatutum ff. de lib. & poſthum. quæ etiam in practica obſeruatur, ſequitur Dom. Alex. conſil. 82. perſpectis col. 2. circa medium, & conſilio ſequenti, col. 4. uerſic. fortificantur, & uerſic. ſequen. lib. 2. ubi etiam idem dicit de interdicto adipiſcendæ poſſesſionis quorum bonorum. Sed inter alia ſingu. limitat, diſpoſitionem decreti noſtri non procedere, quando mortuo defuncto poſſesſio ab alio fuiſſet apprehenſa, quia actualis apprehenſio impedit illam continuationem fictam inductam a ſtatuto. ita ſingu. limitat Comenſis in l. Pōponius §. quęſitum ad fin. per illum tex. ff. de acquir. poſſeſſ. ubi ita dicit ex facto reſpondiſſe, & idem in terminis talis ſtatuti conſuluit D. Alex. conſil. 83. uiſa facti narratione in 1. colum. uerſi. quia reſpondeo lib. 2. & latius And. Sicu. in præallegato conſilio ſexageſimoquarto in 14. colum. & ſeq. & Dom. Alex. in conſilio 153. circa litem colum. 1. ad fin. & ſequenti libro 6. idem dicens, quando poſſesſio erat apud defunctum ex cauſa de ſui natura non tranſitoria ad hæredem, quia tunc diſpoſitio decreti ceſſat, & idem Alexan. in conſilio 37. in cauſa mora per Ang. in pen. col. in 1. lib. ubi etiam limitat hoc decretum non habere locum niſi in primo hærede, per regulam l. boues §. hoc ſermone ff. de uerb. ſignific. cum his quæ ſcripſi infra in uerb. Executor, & hoc conſilium Alex. eſt ſuperfluo repetitum in conſil. 87 in 3. libro. & eſt uera, & notabilis limitatio pro excluſione noſtri decreti, ſecundum Dominum Iaſ. in d. l. ſi ſorori qui dicit, quod tunc habebat in facto. Et confirmari poteſt ex his quæ tradit Dominus Iaſ. in l. 1. in 1. no. ad fi. ff. ſoluto matrimonio. Sed intelligi debet, quando ille tertius legitime, & licite adeptus fuiſſet poſſesſionem aliàs non. Iaſon conſil. 196. colum. 2. lib. 4. Dec. con. 367. bene, & conſulte in 2. col. Ex quibus omnibus colligi poteſt, quòd late decretum non prodeſt fideicō

missario

missario, & hanc opinionem expresse firmat etiam D. Alex.consil.82.perspectis,in 2.& 3.colum.in 2.lib.licet contrarium tenuerit Picus præceptor meus in l. ultim. super glo.in uerb.ex parte.C.de edict.diui Adria.tollendo,post Paulum de Castro,consilio 133.uiso in ultim. colum.in 2.dub.in antiquis.Sed circa hoc alias iudicatum fuisse per senatum Mediol. refert Ias. dicto consil. 146.col. 3. Nunquid autem hoc decretum habeat locū in bonis feudalibus,estquæstio notabilis,&hodie reuo luitur in maxima causa coram excellentissimo senatu Mediolanensi,in qua Dom.Ias.consuluit quòd non,ut habetur consil.152.uera,& iuridica.lib.4.& Dec.d.consil.467.sed aliter Afflictus in c.1.ad fi.princ.si de feud. fuer.controuer.inter domin.& agnat. Tertio pro limitatione adde, quòd hoc decretum non procedit in hærede ficto, sed solum in uero, ita consuluit egregie Bal.in consil.141.præmissis uerbis,in 3.colum.in 1.lib. & consilio 330.statuto cauetur,columna prima,eodem lib.& confirmari potest est his,quæ scripsi infra in uerbo, Statutum,de eo qui bannitus est propter contumaciam. Item quia duæ fictiones non debent simul concurrere l.1.cum ita notatis.C.de dotis promiss.Quartò pro declaratione adde præallegatum decretum, quòd non procedit in naturali possessione, quam habet usufructuarius,quæ in hæredem non continuatur, cum ciuilis sit apud alium, ita consuluit in terminis Ioan. de Imola,consilio 16.uiso casu transmisso, quem late sequitur Andreas Sic.in præallegato consilio 58.colum. 14. uersiculo & adduco. & facit quod dicit Alex. in dicto consil.153.supra relato in 5.libro.Nunquid autem appellari possit à sententia lata super continuatione, uirtute talis decreti,disputat eleganter Bald.consi.141. præmissis uerbis,colum.penultima & ultim. & consilio 330.statuto cauetur,in 1.libro. Item nunquid possit hæres uigore talis decreti ante apprehensam possessionem constituendo se alterius nomine possidere, illam in alium transferre :ponit Barbat.consilio octauo, sa-

pienter col.22.in princ.lib.2.post Bal.in d.rub.de causa possessionis,& prop. Et generaliter materia huius decreti Mediol.obseruatur,quod facta fide summarie coram iudice,parte non citata, quòd ipse petens se continuari sit primus in gradu,conceditur præceptum, sed si alius compareat qui de suo iure doceat,suspenditur tale præceptum,& seruatur doctrina Pau.de Castr.in l. 2. C. de edic.diui Adri. tollen.

Decretum Mediolanen.quòd uolens caute emere sine fideiussoribus,ponat ad Cridam illam rem, ad hoc ut per lapsum trium,uel sex mensium excludantur omnes prætendentes ius super tali re, an comprehendat creditorem conditionalem,uel in diem, desiit dubitari, quia est singularis decisio D.Christophori de Castell. in l. si stipulatus fuerim §.cum stipulamur ff.de uerb.obl.item an comprehendat hæreditatem iacentem:est singularis decisio Commensis,in l.1.§.ult. ff.de acquir. possess. & de utraque scripsi in dictione Statutum, easque libenter præsenti libello inserui, quia quotidianæ sunt, ut etiam inquit Pau.Iureconf.in l.legaui circa principium ff. de liber. lega.

Decima,est onus reale, & comparatur tributis c. tua nobis,de decimis,ubi gl. in fin. notabiliter dicit, quòd sequitur fundi possessorem,& sequitur Fede.consil. 81. laicus,circa prin.& Soc.consil.268.eleganter, & subtiliter columna secunda in secundo libro, & ideo pro decimis datur tacita hypotheca,ut etiam concludit Antonius de Fano,in tractatu pignorum,in quarto membro primæ partis,columna 32.uersiculo 11.casus,& facit capitulo cum non sint ad fin. de decim. dum dicit, quòd bona transeunt cum onere decimæ,& ibi glos.& Doct. notant.

Defensio licita est unicuique l.ut uim ff.de iustitia, & iure,alium etiam offendendo,dummodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ,l.1.ubi glossa ordinaria C. unde ui,& in notabili quæstione consuluit Bald.consil. 327.ad euidentiam præmittendum in 2.dub.in 2. libro

& consi.

& consi.91.de ista quæstione in 3.lib.

Imò etiam si excederet modum, licet deberet puniri, tamen puniretur minori pœna, quia excessus defensionis in rixa non punitur pro toto, sed pro tanto. ita sing. Bal. in cap. unico §.1. ad finem, de pace iur. fir. nã metus instantiis periculi, & nimius dolor tollunt consilium, l. Grachus in fi. C. de adulter. & homo intenso dolore per motus, non est in plenitudine intellectus, l quicqd calore ff. de reg. iur. & c. si quis iratus 2. quęstione tertia. & hanc decisionem Baldi commendat Do. Alex. consi. 109. uisis, & ut oportet consideratis, colum. 3. uersic. & no. Bal. lib. 1. & Aretinus consil. 70. sicut decet, ad finẽ. & pro sing. refert, & confirmat Do. Felin. in c. significasti el 2. in pen. col. uersi. 3. conclusio, extrà de homicidio, & Roma. sing. 4. an si quis licet de ea non fuit memor idem Roma. uir alioquin memoriæ singularis, in suo singulari 420. uolo commentare, ubi idem tenet. Adde tamen ꝙ hoc idem expresse decidit etiam Bald. in repe. l. 1. col. 7. in 9. quæstione C. unde ui, & cõsulmt Do. Alex. consi. 76. uisa inquisitione per totum, in 1. libro, & Corneus consilio 134. in causa magistri Pauli, in 1. columna in 3. libro, & consi. 107. uisa inquisitione in 2. colum. in primo lib. ubi consuluit, ꝙ occidentem excusat terror armorum, & cõfirmari etiam põt ex his quæ in simili quæstione adducit D. Ias. in l. si duo patroni §. ultimo, in prima colum. ff. de iureiurando, & in l. si filiam tuam in 2. not. C. de inoffi. testamento, quib. ad de hoc singu. dictum Bal. Et prædicta adeo procedunt, quòd etiam ante statuto, quòd interrogationibus simpliciter respondeatur, tamen potest respondens dicere, ꝙ fecit ad suam defensionem, ne interrogatio, quæ delictum implicat, sit captiosa simpliciter respondenti. ita notab. Baldus, in l. prima in prima columna C. de ædil. actio. quem refert, & sequitur Dominus Felinus in capitulo præterea in primo notabili, extrà de officio delegato, licet Baldus alibi contrarium tenuerit. Est uerum, quòd in principali quæstione Baldus

Armorũ terror excusat occidentẽ.

Interrogatus potest respõdere qđ fecit ad suam defensionẽ

met uidetur contrarium concludere, consi.187. secundò per Petr. in 3. lib. tamen prior opinio gratior uidetur, quia fauet liberationi, iuribus uulgaribus. & ideo commendatur Publii sententia, dicentis. Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam. hinc in Adagiorum collectaneis uulgatum prouerbium, Mysorum præda.

Delegatus ab ordinario non subdelegat. l. more. cum similibus ff. de iurisdic. omnium iudicum. Quid tamen, si talis delegatus subdelegauit, sciẽte ordinario, an processus postea factus ualebit? dic quod sic. ita sing decidit Gulielmus de Cuneo. in l. 1. §. magistrum autẽ. uersi. cæterum si per illum tex. ff. de exercit. & est memoria semper dignum, secundum Do. Alex. in rep. l. sæpe. col. 50. uer. & ex his ultimo loco dictis, & c ff. de re iudica. & in consi. 157. uiso instrumen. col. 3. uer. 2. respondeo. lib. 2. & D. Ias in l. à iudice. in 2. col. in 4. fall. C. de iudi. & facit ad decisionem quæstionis sing. Bald. in l. si ut proponis. ad fi. C. de nuptiis. quam ipse indecisam reliquit. de qua scripsi infrà i dictione Procurator falsus.

Vlp. locus. Et postea quam legis primæ de exercit. facta est mentio obiter mendam corrigamus, dum Vlp. ibidem in §. sed si ut certis. refert legem datam, ut certis mercedibus eã

Canabis quid. locet, puta leguminum, canape. uera lectio. Certis mercibus eam locet, puta legumini, canabi. Canabis herba traditur, ex cuius cortice funes torquentur. Pli. lib. 19. Deinde utilissima, inquit, funib. canabis, seritur à Fauonio. & paulo post: Ipsa canabis uellitur post uindemiam, ac decorticata purgatur. Differt à lino, candore,

Canabũ. & tenuitate. Persius Satyr. 5. Tun' mare transilias? tibi torta canabe fulto. Palladius tamen canabum dixit: Hoc inquit, tempore canabum seris. Hinc canabimus adiectiuum, quod ex canabe conficitur. Columella lib. 7. Canabinisque funibus cornua iuuencorum ligato.

Locus uiris Pontificij. Consimilis menda legitur in ca. licet ad regimen. extra de crimine falsi.

Designatores, curatores funerum dicuntur, qui ludis funeribus apud antiquos præerant, & multitudinem

retine-

retinebat, ob eam causam, quòd in his ludis fiant noua & spectanda. Seneca. An tu Arutium, & Aterium, & cæteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere quæ designatores, & libitinarios uota? Illi quorum merces optant, nesciunt, hi familiarissimum quemque, ex quo propter amicitiã rei plurimum est, mori cupiunt. Vlp. Iureconsl. in l. athletas, in princ. de his qui not. infam. Designatores, inquit, quos Græci βραβευτάς appellant, artem ludicram non facere, Celsus probat, quia ministerium non artem ludicram exerceant. Et sane locus iste a principe hodie nõ pro modico beneficio datur. Accursius uero noster eos designatores esse intellexit, qui disponunt loca, uel homines, ubi debeant sedere. Romæ in Collegio Cardinalium hodie magistri ceremoniarum appellantur, & in hoc significatu usus est Plau. in prologo Pœn. dum inquit: Neu designator præteriens obambulet, neu sessum ducat cum histrio in scena fiet. Aliquando designare significat decernere, deputare, constituere, deligere. Salust. in prima historia. Catilina, inquit, nihilominus in proximum annum consulatum petebat, sperans si designatus foret, facile se ex uoluntate Antonio usurum. Colum. lib. 3. Ipsum autem aruum quod seminario designaueris, planum, & succosum sit.

Vl. locus

Magistri ceremoniarum.

Designare.

Delictum in dubio non præsumitur. l. merito pro socio. Sed limitatur sing. non procedere, quando interpretatio delicti magis consuleret animæ, ita sing. Anch. cõsilio 179. prima facie uideretur, ad fi. quem refert, & cõmendat D. Fel. in cap. in præsentia, col. 7. uers. 2. not. de probat ubi dicit singularissime notandum, intelligendo tamen prout notabiliter ibidem declarat Bal. in. 2. col. cuius dictum est solenne, & solitarium, secundum Feli.

Diem more Romano à media nocte incipere, & sequentis noctis media parte finiri constat: itaque quod in his uigesimoquarto horis, idest duab. dimidiatis noctibus, & luce media actum est, perinde est quasi quod quauis hora lucis actum, ita memoriæ commen-

Pauli locus. dauit Paul. in l. more Rom. ff. de feriis, cuius in iure põtificio meminit ex. in c. consuluit de offi. deleg.

Percunctabam superioribus diebus, adhuc ex quartana iacens, quempiam Iureconsultum magnæ opinionis non hercle experiundi, uel tentandi gratia, sed discendi magis studio, & cupiditate, quam solam uiuendi rationem optimam, ab ineunte ætate in præsentem horam duxi, memor eius sententiæ Iuliani quam refert Pomp. in l. apud Iulianum, de fideicom. lib. Etsi alterum pedẽ in sepulchro haberem, adhuc addiscere quidẽ uellem. Circa hæc dubitabam, qua ratione moti Romani ita statuerint, & cuius sit utilitatis hoc scire, cum hodie incipiamus diem aut ab ortu solis, aut ab occasu, ut notatur per glo. in c. 1. & 2. de feriis, & in c. ultimo. §. in festiuitatibus, in uerbo Assumptionis, de sententia excõmu. li. 3. At ille aspicit me, illudens leuitatem quæstionis. Obscuram, inquit sanè rem quæris, multaq; prorsus uigilia indagandam. Quis adeo tam Cæsareæ sciẽtiæ ignarus est, qui hoc nesciat? & tradunt omnes in præallegata l. more, ubi poteris uidere. Quia sæpe dixi diem incipere a media nocte, secundum Romanos, & etiam secundum Gallicam consuetudinem, nunc Mediolani obseruatam, & sequentis noctis media parte finiri, & tamen quid dicerem nesciui. De quo ego omniũ solus (ut tibi uisus sum) dubitaui tamẽ quod pace tua dixerim, multum falleris uulgaria appellare, quæ & tu forte ignoras, & de quib. multi consummatissimi uiri ualde dubitarunt, quos tibi refero. Plutarchus in primis uiri eruditissimus, qui temporibus diui Traiani claruit, ut testatur Eusebius, ipse circa hoc clarus haud fuit is in suis Quæstionibus, Græcæ quidem, sed in hãc sententiam, Cur diei, inquit, principium a media nocte numerant? An ꝙ Respublica ab initio militari more, & instituto constituta est? in re militari autem multa noctu utiliter occupantur. An diei ortum agendi principium esse uoluerunt, noctem uero consilii, & apparationis? oportet autem præparatos rem aggredi, non

agentes

agentes, præparari. Fabricans (quod Myson ad Chilonem unum de septem scripsisse dicitur) hyeme? An quemadmodum meridies finis est multis reipublicæ agendæ, sic noctem intempestam actionum omniũ initium oportere statuerunt? Cuius rei maximum argumentum est, magistratum Romanum post meridiem fœdus facere non solere. An occasu quidem, & ortu principium, & finem diei capere licet? nam si multitudinis iudicio principium diei, cum sol emergere cœpit, finẽ uerò, cum penitus occiderit, terminauerimus, æqualitatem, diei & noctis, quod æquinotiũ dicimus, non habebimus æquam enim diei noctem re maxima, uidemus ea die, cui cõparatur solis spacio, ac magnitudine breuior reperietur. Nam quod Mathematici asserunt, & huic rei medicinam afferentes, diei ac noctis uerissimam rationem constituunt, centrum solis cum finientem attingit, omnem euidentiam, & claritatem funditus tollit, necesse est enim accidere, cum multum lucis etiam sub terra sit, & nos radiis suis iam sol undique collustrat, ut diem nondum esse fateamur. Quare cum ob dictas causas ortus diei, & occasus principium difficillime capi possit, relinquitur, aut ut medium diem, aut mediam noctem principium diei statuamus, potius autem secundum. Fertur enim a nobis a meridie ad occasum, a media uero nocte ad orientem ad nos redit. Aulus quoq; Gell. Noctiuũ Atticarũ lib. 3. Quæri (inquit) solitum est, qui noctis hora tertia, quarta ve, siue quia alia nati sunt uter dies natalis haberi appellari ve debeat? Is ne quẽ nox ea sequuta est, an qui dies nocte consequutus est? M. Varro in libro Rerum humanarũ quem de diebus scripsit. Homines, inquit, qui media nocte ad proximam mediam noctem in his horis 24. nati sunt, una die nati dicuntur. Quibus uerbis ita uidetur dierum obseruationem diuisisse, ut qui post solem occasum ante mediam noctem natus sit, is ei dies natalis sit, a quo die ea nox cœpit. Contra uerò, qui in sex horis posterioribus nascitur, eo die uideri natum,

Prouerbium.

Hyeme fabri ãs Romani post meridiẽ fœdus nõ faciebãt.

Aequinoctiũ qd.

Diei ortus, & occasus difficilis.

Natalis diei obseruatio.

Occasus.

qui post eam noctem diluxerit. Athenienses autem aliter obseruare diem, Varro in eo libro scripsit in eosq; a sole occasu ad solem iterum occidentem, omne id medium tempus unum diem esse dicere. Babylonios porrò aliter, a sole enim exorto, ad exortum eiusdem incipientem, totum id spacium unius diei nomine appellare. Multos uero in terra Vmbria unum, & eundem diē esse dicere, a meridie usque ad insequentem meridiem. Quod autem Varro inquit, nimis absurdum est. nā qui calēdis hora sexta natus est apud Vmbros dies eius. Natalis uideri debebit, & calendarum dimidiarum, & qui est post calendas dies, ante horam eiusdem diei sextā. Populum autem Romanū ita, uti Varro dixit, dies singulos adnumerare, a media nocte usque ad mediam proximam, multis argumentis ostenditur. Sacra sunt Romana partim diurna, partim nocturna; sed ea quæ inter noctem fiunt, diebus adiiciunt. nō noctibus. Quæ igitur sex posterioribus noctis horis fiunt, eo die fieri dicuntur, qui proximus eam noctem illucescit. Ad hoc ritus quoque, & mos auspicandi, eandem esse obseruationem docet. Nam magistratus quando una die eis est auspicandum, & id super quo auspicauerunt agendum est, mediam noctem auspicantur. Et post meridiem sole magno, auspicatiq; esse, & egisse ex eodem die dicū tur. Præterea, & Tribuni Plebei, quos nullum diem abesse Roma licet, cum post mediam noctem proficiscuntur, & post primam faciem ante mediam sequentem reuertuntur, non dicuntur abfuisse unum diem, quando ante horam noctis sextam regressi, parte aliqua illius in urbe Romana sunt. Quintum quoque Mutiū Iureconsultū dicere solitum legitur, non esse usurpatam mulierem, quæ cum calendis Ianuariis apud uirum causa matrimonii esse cœpisset, ante diem quartum canlendas Ianuarias sequentis usurpatum esset. nō enim posse impleri trinoctium, quod abesse a uiro usurpandi causa ex 12. tab. deberet, quoniam tertiæ noctis posterioris sex horæ, alterius anni essent, qui inciperet

Dierū uaria obseruatio.

Sacra romana cuiusmodi.

Auspiciorū ritus.

Trib. pl. abesse romanū diē non licebat.

Vsurpatio mulieris, quid & quando.

ciperet ex calendis. Isthæc autem omnia de dierum temporibus, & finibus, ad obseruationem disciplinamque iuris antiqui pertinentia, cum in libris ueterum inuenerimus, non dubitamus quin Vergilius quoque id ipsum ostenderit, non exposite atque aperte, sed ut hominem decuit poenticas res agentem recondita, & quasi operta ueteris iuris significatione.

Torquet, inquit, medios nox humida cursus,
Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis.

Hisenim uersibus oblique, sicut diximus, admonere uoluit, diem, quem Romani ciuilem appellarunt, a sexta noctis hora oriri, & hæc omnia etiam ad unguẽ refert Macrob. Satur. libro primo, capitulo secundo. Sed & Censorinus (quem Sidonius Appollinaris multis laudibus extollit, quiq; ut ipse de se prodit, Romæ Alexandro Mammeæ principe claruit, 254. Olympiade) in opusculo suo de Die naturali. titulo de diebus, sic inquit: Superest pauca de die dicere, qui ut mensis, aut annus, partim naturalis, partim ciuilis est. Naturalis dies est, tempus ab exoriente sole ad solis occasum, cuius contrarium est tempus, nox, ab occasio solis ad ortum. Ciuilis autem dies uocatur tempus, quod fit uno cœli circumactu, quo dies uerus, & nox continetur, ut cum dicimur, aliquem dies triginta tantũ uixisse, relinquitur enim, etiam noctes intelligere. Huiusmodi dies ab astrologis, & ciuitatibus quatuor modis definitur. Babylonij quidẽ a solis exortu ad exortũ eiusdem astri diem statuerunt. At in Vmbria, plerique a meridie ad meridiem. Athenienses autem, ab occasu solis ad occasum. Cæterum Romani, a media nocte ad mediam noctem, diem esse existimauerunt. Plinius etiam Naturalis historiæ, libro secundo, capitulo septuagesimonono refert, dici uariam fuisse obseruationem apud populos, quæ cum uir ille audisset: Hæc inquit, altam exposcunt indaginem, & ubi hoc dixit, digressus est. Et in his quæ superius retuli, animaduerten-

Dies Romanorũ ciuilis.

Censorini laus, & ætas.

Dies naturalis.

Nox quæ

Dies ciuilis.

Iasonis error. uertendum est, quia D. Iason Mainus, præceptor, & pater obseruandissimus, in præallegata l. more Romano. aliter declarauit præsentem materiam, dum faciendo quinque diuisiones diei, primo diem naturalem constituit eum qui a media nocte incipit, & media sequenti finitur, secundum morem Romanorum. & tamen Gellius, & Censorinus dicunt, hunc potius appellari diem ciuilem, & naturalem eum esse, qui incipit ab ex oriente sole, usque ad solis occasum.

Item D. Iason appellat diem artificialem a mane, & sic quando sol est super terram usque ad uesperas, & sic nihil comprehendet de nocte, cum tamen Censorinus eum putet naturalem dici debere. Ciuilis uero, qui idem est quod artificialis, uocetur tẽpus, quod fit uno cœli circumactu, quo dies uerus, & nox continetur. Et ad illud quod superius dixi, secundum aliquos diem incipere in uesperis, & sic ab occasu solis, istud procedit quantum ad indulgentias, & est dies quæ appellatur ecclesiastica, ut notat glo. magistralis. in c. 2. in uerb. prius incipere. extra de feriis. cum similibus adductis per D. Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 19. uersiculo, quinta declaratio est. de constitutionibus, & in c. consuluit, in 2. & 3. col. de officio delega. Sed ne uideamur disputasse de tribus capellis, ut est uetus adagium, subiicio quęstionem alias decisam. Lege municipali cautum erat, quod si aliquis deliquisset in festo beatæ Virginis, puniretur duplici pœna. Titius accusatur, quòd in nocte quę subsequitur festum beatæ Virginis, Seiũ uulnerauerit, dubitatum est, an debet puniri pœna statuti?, & sic, an nox quæ sequitur prædictam festiuitatem (ut ita dicã) comprehendatur sub die præcedenti? ista quæstio fuit temporibus Federici de Senis. super qua consultis respondit delinquentem non debere puniri duplici pœna, neque cõprehendi sub dispositione statuti prædicti. rationes uidę per eum in consilio suo 44. Factum tale est, statuto cauetur, quod si aliquis, &c. Cuius responsum

Dies ecclesiastica.

Prouerbiũ, quæstio de tribus capillis.

ſum eſt magis communiter comprobatum, ut per Do. Felinum in locis præallegatis, & in cap. ſi perfodiens in 2. not. de homicid. & per Doctores ĩ præallegata l. more Rom. ff. de feriis. Secundò poſſent prædicta practicari in eo qui iurauit ſoluere die dominico, quia poterit abſque periurio ſoluere uſque ad mediam noctem ſequentem. Idem etiam in citato, ut compareat tali die. Tertiò, in caſu quæſtionis ſing. Bal. conſi. 457. reuerendus pater, in primo lib. & in aliis ſimilibus caſibus, quos latè proſequere, ut per D. Felinum in locis preallegatis. Eos enim (ne ſim longior quàm res poſtulat) in præſentiarum non referam.

Dies in libris rationum requiritur, ſecundum Bald. in rub. de fid. inſtrumen. colum. 8. uerſicu. uiſo de ſcrip. publ. manu. tradit D. Alexan. conſil. 70. uiſo proceſſu colum. 3. uerſi. ecce ergo lib. 1. ita limitando communem regulam de qua in l. pen. §. idem quæſijt ff. de pigno. ubi probatur, ꝙ ſcriptura priuata diem non requirit. Alibi tamen multum ſing. dicit Bal. in l. inter chartulas C. de conueniendis fiſci debit. lib. 10. ꝙ ſi de uirtute ſcripturæ priuatæ, carentis die, & conſule quæratur, diſtinguẽdum eſt. quia aut dubitatur an ualeat, & dicendum eſt ſecundum eum ꝙ ſic, per dictum §. idem quæſijt, cum ſuis concord. aut dubitatur cuius ſit effectus, & dicit, ꝙ probat promiſsionem uel obligationem eſſe factam: tamen quòd ex quo lapſu temporis poteſt eſſe præſcriptum neceſſarium erit creditori de tempore confecti chirographi probare. argu. l. eum. ff. de nego. geſt. & l. matrem C. de probat. & hoc dictum Bal. pro ſing. reaſſumit, & approbat D. Alex. conſil. 182. lectis colu. 2. ad fi. lib. 2. & idem etiam in effectu conſuluit Baldus, conſil. 354. quæritur utrùm lib. 3.

Dietæ, quarum crebra mentio habetur apud Iureconſultos, ut in l. ſenatus §. Marcellus, de legatis primo, & in l. ligni appellatio. §. primo de legatis tertio, & in l. queſitum eſt §. idem reſpondit domo ff. de fun. inſtru. & in l. ſacrilegii ff. de extraor. criminibus, & alibi *Loci apud Iureſconſ.*

alibi sæpissime, sunt cubicula, siue cœnacula in quibus uiuimus uersamurq; æstate ad umbram, hyeme ad solem alio modo Cœnatio apud Latinos nuncupatur, & dictæ sunt à conuersatione, & uictu, apud Græcos διαιτάομαι enim significat uiuo, & conuersor, & ideo Tullius Epistolarum famil. lib. 1. ad Lentulum: Ego quidẽ ut debeo, inquit, & ut tute mihi præcepisti, & me diæta utilitasq́ue cogit, me ad eius rationes adiungo. Quidã ætate nostra clarissimi, diætas existimant diætas, quòd in eis per diem edatur, hancq́ue interpretationem fulciunt auctoritate Varronis tamen cum nunquã à Varrone hoc traditum legam, fides sit penes eos nec eo inficias, huius etiam sententię fuisse Accursi in l. æquissimum §. si tamen ff. de usufruct. Apud antiquos ĩ hortis ædificari diætas consuetum erat, ut tradit Vitru. Diæta etiam apud Græcos sumitur pro loco iudiciorum, in quem arbitri conueniunt, & tunç deducitur à uerbo διαιτάω, quod est iudico, ut arbiter. Diæta quoque uocatur uictus, & ideo ĩ Adagiorum collectaneis, Alia uita, alia dięta, & medicinæ pars Diætetica nuncupatur, quæ uictũ medet. A diæta diætarii dicti sunt, de quibus in l. facularii, & in l. quęsitum est præallegatis. & retuli in prioribus Memoralibus in dictione Diætarii. Diæta etiam dicitur iter unius diei, ut legitur in cap. nonnulli de rescrip. & in cap. quamuis §. 1. de offic. ordina. lib. 6. & secundum iuris ciuilis constitutiones, uicena milia passuum in singulos dies dinumerantur, teste iureconsulto in l. 3. de uerbo. signifi. & in l. 1. si qs cautio. licet aliter diuidant singulæ quæque regiones, ut not. in d. cap. nonnulli, & in præallega. l. 1. per Bart. & Doctores.

Cœnatio quid. *Accursii locus.* *Diætetica.* *Diætarij.*

Diffinitio ut sit bona, & perfecta, debet cũ omni suo diffinito conuerti, uulgata l. prima §. dolũ, & ibi Bart. ff. de dolo glo. Canonistarum in rubrica de summa trinitate, & fide catholica, in uerbo. Fides, & ideo eleganter dicebat Baldus, in capitulo ex parte M. in ultima columna, uersiculo sed dialecticus diceret extra

tra de appella: diffinitionem à nullo diffinito separari posse, ut in illo exemplo. homo est animal rationale, & hoc dictum Baldi commendant ubique Moderni.

Dignitas pristina habetur in consideratione: & ideo offendens potestatem, uel eius familiam tempore syndicatus, ita debet puniri, ac si eum offendisset tempore officii, propter reliquias pristinæ dignitatis. ita multũ signanter decidit Bald. in l. obseruare §. proficisci in 3. colum. uersi. 7. quæritur ff. de off. procõs. & lega. & eius uerba commendat Do. Ias. in l. si ita stipulatus §. Chrysogonus in quinto not. ff. de uerbo. oblig. ubi multa similia ad hoc cumulat, quæ ante eum posuit Do. Felinus in c. quæ in ecclesiarum colum. 34. uersi. fallit quinto de constitutionibus. Quibus adde primò, quę de reliquiis ratione suitatis scripsit D. Ias. in l. ult. in primo notabili C. de repud. hæred. Secundò adde, quæ de reliqjs patriæ potestatis considerat Bald. in l. si genero in ultima oppositione C. de iure dot. quem sequitur D. Ias. in l. quodcunque § sicuti in 2. not. ff. de uerb. obligatio. & concludit Corneus consi. 2. uisa petitione in 1. colum. in 1. libro. Tertiò adde, quòd lex prohibens officialem contrahente durante officio, habet locum etiam in eo qui est in syndicatu post officiũ, propter reliquias præcedentis dignitatis. ita singula dicebat Ludouic. Roma. in l. principalibus ff. si certum petatur, quod si est uerũ, est multum singul. tamen contrarium ibi tenet Do. Ias. in ultima col. uersic. 2. quæro. Quartò adde, ꝙ de reliquiis affinitatis considerat Andr. Sicul. in repet. l. cum acutis, imi colum. 44. circa prin. C. de fideicom. Quintò adde, quòd exempti à legibus Romanis, ut Veneti, nihilominus sunt de populo Romano, propter reliquias, & memoriam pristinæ potestatis: secundum Bal. notabil. in cap. sicut lo ulti. in 1. colum. uersi aduerte tamen extrà de iureiur. post Bar. in l hostes in 1. & 2. col. ff. de captiuis, & postlimin. reuersis. Sextò adde singu. dictum Lapi, in cap. 1. de rescript. lib. 6 ubi decidit, ꝙ licet aliàs iudex deputans per falsum rescriptum non

possit

posſit pronunciare ſe eſſe iudicem, etiam ſi hoc ignoretur, tamen hoc non procedit, quando falſitas reſcripti emanaſſet à principe, quo caſu ualebit ſententia ſuper competentia, ſi ab ea nõ appellatur, & hoc propter primordia ueritatis, ut dicit text. in l. cum filius §. hæres meus in fin. ff. de legatis ſecundo, & hoc dictum .p. ſingula. refert Dominus Felinus ubi multa ſcribit pro eius ornatu, & declaratione in capitulo ſuper literis columna uigeſimaprima uerſiculo limita. ſecundo ſubtiliter de reſcrip. Septimò facit regula notabilis, quæ habet quòd æquiparatur, aliquid factum non eſſe, factum uel de nouo, ut probatur in l. prima §. primo uerſiculo cæterum ff. de his qui deiecti uel effud. & ideo inimicus de nouo reconciliatus, repelli debet à teſtimonio propter reliquias præcedentis inimicitiæ. item profeſſus de recenti habetur pro nouitio: ut latè tradit Dom. Felin. ubi firmat iſtam regulam in cap. eam te in 9. colum. uerſicu. limita ſecundò, extra de reſcrip. cum his quæ retuli inf. in uerb. Veſtes. Octauò adde, ꝙ de reliquiis feudi conſiderat Bald. conſil. 16. facti. euidentia ante finem libro primo, & retuli infrà ĩ uerbo, Poteſtas. Nonò adde, quæ de reliquiis in materia tutoris legitimi, & datiui conſiderat gloſſ. in l. ſi quis ſub conditione §. ult. in glo. mag. ff de teſta. tut. & Bald. in auth. ſacram C. quando mulier off. tut. fung. pot. poſt Spec. in tit. de tut. §. nunc dicẽdum, uerſi. ſed quid ſi fuit teſtamentarius. Decimò adde, quæ de reliquiis priuilegii conſiderat Dyn. in regula decet de regu. iur. libro 6. quem refert D. Alex. in l. ſi cum dotem §. ſi maritus in pen. col. ff. ſoluto matri.

Literæ unde. locus Venuleij Iureconſ.

Diploma, diplomatis, teſte Seruio, dicitur epiſtola, uel ſcriptura ad alium miſſa: à uerbo Græco διπλῶ ꝙ eſt duplico inde diploma, duplicatio, & literæ, eo ꝙ duplicentur, & Venuleius Iureconſ. uſus eſt hoc uerbo diplomate, pro itineris duplicatione, in l. continuus §. cũ ita ſtipulatus de uerb. oblig. quamuis apud eum duplomate mendoſe ſcriptum ſit. De diplomate etiam Cicero

ro ad Balbum scribens, Epistolarum famil.lib.6. Diploma inquit statim non est datum, quod mirifica est improbitas in quibusdam, & paulo post. Verum etiam recepit, per celeriter se ablaturum diploma. Tranquil. quoque refert, Augustum in diplomatibus libellisque, & epistolis signandis, initiò sphinge usum, mox imagine magni Alexandri, Scribitur apud Græcos i iota: licet quidam è nostris per y, & male, & hinc menda in Pandectis facta est. Et eodem modo castigabis uerba Iureconsulti in l.eos qui §.ult.ff.ad l. Cor.de fal.& D. Alex. in l.de diuisione in 1.not.ff.solut.mat.& aliorum Doctorum, qui passim ita pronunciant. *Locus apud Iur.* *Error apud Alexand. & cõmunis.*

Dypondium, & Dypondius, siue dupondium, & dupõdius, à duobus ponderibus dicitur. Nam ut scribit Varro, duos asses pendebat. As uerò nummus libralis, prout retuli in aliis Memoralibus in dictione Hæreditas: Dypondium autem nummus duarum librarum, de quo meminit Iustinianus princeps in §.uideamus, Inst.de hære. inst. ubi Accursius, & hoc modo debent castigari uerba glossatoris in l.cum quæstio.in uerb.Sex.C.de legibus quem inaduertenter sequuti sunt ætatis nostræ interpretes ubique, & uerba Iustiniani in præfatione Digestorum §.nos uero ut etiam monuit Ang. Politia.in Miscell.Centuria prima, c. 93. licet aliqui sibi ascribant, qui putant solùm posse legi dupondium, & non dypondium, quod tamen falsum est. *Locus Accursii* *Iust. locus*

Doctor literatus, & nobilis, debet præferri Doctori æque literato, sed ignobili, propter sanguinem. Multũ enim refert, quam quis originem generis sortiatur, ita egregie Bal.in l.memini, in ulc.nota. per illum textum C.de aduoc.diuers.iud.quem sequitur D.Felin. ubi late tractat in rub.de maior.& obed in 2.colum.uersic.& in procedendo, & in capitulo clerici colum.pen.uersiculo Doctor qui de iudic. In contrarium tamen facit gl.singul.in c.nunquam 56.distin.quæ per illum textum concludit, quòd natus ex parentibus, prorsus alienis à uirtutibus, dummodo ipse sit bonus, melior est q̃ ille qui

natus

natus est de bonis parentibus, licet ipse etiam sit bonus, & illam gl. pro sing. citat And. Sicul. in cons. 57. præcla re scribitur apud Iob. in 8. col. uersic. præterea lib. 2. ubi per eam tenet contra Bald. qui Andræas nulla alia uia potuit docere, se ex ignobili genere ortum, & ideo in proposito glos. sing. in capitulo fidelior 50. dist. colligit ex illo tex. quòd potius est eligendus qui peccauit & pœnituit, quàm qui semper fuit bonus, fidelior enim factus fuit Petrus, postquam fidem se perdidisse defleuit ut ibi dicit text. diui Ambrosij, & hanc gl. etiam ad hoc notat Lud. Roma. sing. 744. sunt electi, & late tradit D. Fel. in c. eam te in 10. col uers. lim. 3. extra de rescriptis. Tamen hoc (iudicio meo) potius uidetur eis concedi, ut à malis facilius reuocentur. Et hæc inter Doctores ipsos dicuntur. Secus, si doctor, & alius nobilis genere, cōcurrerent, quia doctor dicitur magis nobilis, quàm ille qui est nobilis genere, secundum Cyn. in l. pen. C. de postulan. ut refert D. Alex. consilio 94. consideratis his quæ in themate col. 2. uersic. sed ita est lib. 1. ut late tradunt omnes in l. cum quid ff. si cer. peta. & Fel. in d. rub. de maio. & ob. in 1. & in 2. col. & in d. c. clerici in pen. & ult. col. de iud.

Doctor male iudicans propter ignorantiam iuris, an sit in dolo, an uerò solum teneatur de lata culpa, Bald. sing. in capitulo 1. §. iudices circa princ. de pace iuram. firm. tenet, quòd sit in dolo, saltem præsumpto, & hoc dictum pro sing. refert, & sequitur D. Ias. in l. si quis id quod in 4. notabili ff. de iurisdictione omnium iudicum tamen eam reprobat D. Alexand. in l. 2. in 1. col. ff. quod quisque iur. ubi tenet, quòd imperitia in Doctore, sit solum lata culpa.

Dolones secundum Seruium in 2. Aen. libro, dicuntur flagella quædam inter quorum uirgam latet pugio, uel secundum Varronem, ingentes conti cum ferro breuissimo, quòd etiam innuit Vergilius de Auentino Herculis filio loquens.

Pila manu, sæuosque gerunt in bella dolones,

Et

Et tereti pugnant mucrone.

Et refert Suetonius in Claudio, repertos duos equestris ordinis in publico cum dolone, ac uenatorio cultro. Nomen sortiti sunt à fallendo, quòd ferro decipiāt cum speciem ligni præferant: ut testatur Seruius, & de his meminit Alphenus in l. si ex plagis §. 1. ff. ad l. Aquil. si uolumus sequi lectionem aliquorum, quam approbat Phil. Beroal. & nouissime Alex. Genial. dierum lib. 4. c. 15. ut apud Iureconsultum eo loci nō dolor, sed dolon legamus, de quibus etiam meminit Liuius ad finem sexti libri de bello Maced. eos inter naualia instrumenta connumerans, & etiam lib. seq. Sublatis, inquiens, raptim dolonibus, Ephesum petunt. *Locus Alpheni.*

Dolus quotiescunque alicui obiicitur, nunquam ad eius probationem defertur iuramentum in defectū probationis, ita sing. Bal. in l. 1. col. ult. in prima oppositione, ad fi. C. qui & aduersus quos, & pro sing. commendat & sequitur D. Iaf. in repe. l. admonendi. col. 109. uers. 3. fallit. ff. de iureiur.

Dolum bonum ueteres etiam dicebant, & pro solertia accipiebant, maxime si aduersus hostem latronemue quis machinetur, ita inquit Vlpia. in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. & consuluit Corneus consil. 53. in hac consultatione. in secunda col. in secundo lib. & cons. 6. in præsenti col. 5. circa fin. lib. 3. Propterea Andr. de Isernia summus Feudista, in cap. primo §. publici latrones, in fin. de pace tenenda, & eius uiolatoribus, commendat egregium factum Caroli magni. Is cum intellexisset patrem & filiam accusatos de maleficio, nolle aliquid etiam adhibitis quæstionibus confiteri, probato quod alter eorum uere homicidium perpetrauerat, iussit ambos suspendi. Ideo pater, cum iam ad supplicium duci filium uideret, nullamque redemptionis spem, delictum fassus est, & ita filium liberauit, & subdit. Isernia, Carolum fecisse, prout legitur de Salomone 3. Regum c. 3. & in c. afferte mihi gladium. de præsum. de mulieribus inuicē certantib. de filio. & hūc Caroli dolū ꝓ pul- *Caroli dolus*

chro refert Andreas Sic.in commento l. cum acutisſimi, col.24.uerſ.nec obſtat dum dicebatur. C.de fideicō miſſ.commendat etiam Dom. Iaſ.in repetitione l. ſi is qui pro emptore.in 50.col.ad fin.& ſeq. de uſuc. dicens eſſe ualde notandum ad gl.in l.ul.ubi Bar.ff.de ſiccariis quæ uult, quòd ſi non apparet cuius ictu, quis perierit, quòd omnes teneantur. Tamen hæc gl. declaratur procedere, ut ſolum teneatur pœna arbitraria, non mortis, ſecundum D.Alex.conſil.15.uiſo proceſſu.in 3.col.uerſic.& reſpondet.lib.1.cum his quæ ſcripſi infra in uerb. Mortuus qui.& hæc Caroli cautela non procedit inter extraneos, ſi uerum eſt illum uulgatum, Solatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum.

Alexād. pōt.dolus Hic quoque annecti poteſt aliud notabile exemplum Alexandri Papæ tertii, cui cum quidam epiſcopus narraſſet omnem ſimoniam, qua uſus fuerat ad acquiſitionem epiſcopatus, dixit ei pontifex: Volo tibi parcere, ſi uis eadem narrare coram Cardinalibus. Quod cum feciſſet epiſcopatus, fuit ab Alexandro priuatus, & in hoc fuit commendatus, quia fuit bonus dolus: ſecundū Archidiaconum in c.utilem 22.queſt.2.ubi addit, quod ſi Chriſtianus promitteret Sarracenis eorum ſectam ſequi, ad hoc ut eam cognoſceret, & poſtea confunderet, quòd hic non ſolum non peccat, imò meretur, & ſequitur Geminianus, relatus per Dom. Iaſ. in l. ſi mora.in 3.notab.ff.ſolut.matr.& per Felin.in c.4.columna 2.ut lite non conteſt. ubi dicit eſſe mirabile, & ideo Chorœbus alioquin iuſtisſimus, apud Vergilium Aeneid. 2. inquit.

Dolus an uirtus qui in hoſte requirat?

Et dicit in propoſito gl.elegans in c.dominus noſter illum tex.in glo.1.23.q.2.quòd per inſidias, & per dolum poſſumus uincere hoſtes noſtros, & idem dicit de aduocato, quòd ſi habet iuſtam cauſam, licite poteſt decipere aduerſarium, & reaſſumit Bartholomæus Veronenſis cautela 130. quæ incipit Vbertus, & ideo refert ſingul. Innocen.in c.olim cauſam. in ult.col. ante me-

dium

dium,extrà de restitutione spoliatorum. quosdam dicere,& non male,quòd propria auctoritate creditor potest etiam furtiue accipere rem debitoris sui, etiam data copia superioris dummodo ex tali furto, nec malum nec scandalum ualeat generari. quod dictum pro sing. citat D. Alex.consi.135.circa primum dubium,in prima,& secunda col.in primo libro. ubi tamen dicit periculosum . & est notab.ad materiam l.penul.& ult.ff.ad l.Iul.de ui priuata.& l.extat quod metus causa. Prædicta faciunt ad unum singulare dictum Baldi in l.addictos.uersi.sed pone.C.de episcop.audien. ubi post Bartholomæum de Capua quæsiuit,an debeat puniri familia potestatis,quæ cum duceret latronem ad suppliciũ, dubitans ne ab agnatis sibi auferretur, eum interfecit. Per supradicta uideretur, quòd talis dolus,tanquã bonus non mereatur pœnam,tamen Bald ibi sing. cõtrarium decidit,nisi circa hoc speciale haberet mãdatum, quia tunc,ut publica persona bene posset.& hoc dictum tanquam singulare , & memoria dignum commendat Andr.Siculus in tractat. de prestantia Cardinal. in 9. quæst primæ partis.in 2.colum. & retuli infrà in uerbo,Homicidium.

Domus appellatione uenit domuncula.Propterea statutum,quod incendens domum comburatur, comprehendere eum qui incendit paruam domum. ita singulariter Bal.in l.1.§.de exercitoribus.per illũ tex.ff.naut. caup.stab.pro singu.commendat D.Ias.in cap. primo, in prin.in 7.colum.uersi.contra tamen prædicta. in tit. qui feud.dare poss.ubi asignat rationem , quia iste dabat operam rei illicitæ, scilicet incendio , cum alioqn domus appellatione non comprehendatur domuncula,ut patet ex multis similibus ibi per eum adductis, & in pulchro casu tradit Corneus consil.206.uiso. col.5. uersi.& pro hoc lib.3.

Sed contra hanc rationem allego solenne dictum Bal.in l.penultima.in prima col.uersi. quæro pro qbus C.de edil.actio.ubi decidit,quòd stante statuto, quod

M 2 pro

Pro uulnere facto in platea quis maiori pœna puniat, quòd non comprehenditur paruũ uulnus, & tamen operantes dabant operam rei illicitæ: & hoc dictum Baldi ultimo loco relatum sequitur Ludo. Roma. in l.prima.§.excusentur.ff.ad Syllan.& D.Alexan.consi.104. statutum loquens.ad fi in 1.lib.ubi consuluit, quòd statutum Ferrariæ puniens falsificantem monetam, non comprehendit illum qui facit Bagatinos, quia est moneta uilissima, cum ex eis tredecim solum constituãt dodrantem, seu nouem nummos. hoc dictum Baldi etiam commẽdat, & cum multis similibus sequitur Andreas Siculus, in tractatu de præstantia Cardinalium. in octaua quæstione primæ partis, in ult.colum.Et pro hoc etiam adduco, quod eleganter decidit Ludo. Rom. singul.222.hodie quidam.ubi refert se fuisse interrogatum à quodam procuratore, de statuto Mediolanensi, quo cauetur, quòd uendens rem immobilem non suppositã iurisdictioni prætoris, soluat decem solidos pro libra, an hoc statutum comprehendat illum qui uendit paruam casam, uel domunculam? & dicit quòd non: quia etiam leue uulnus, non est uulnus. allegat textũ, quem dicit se nescire alibi, in l.senatus.§ Marcellus. de leg.primo, secundum expositionem antiquorum, ibi ad illum tex.in uerbo, diętam. & ideo cogita de bona ratione ad utrunque.

Domus unicuique tutissimum debet esse refugium l. nemo, de domo.ff.de reg.iur.cum uulg. Sed limitatur, non procedere in omnibus casibus, in quibus aliquis tenetur ad factum, ad quod potest præcisè cogi ut faciat. in his omnibus potest inuitus extrahi de domo ꝓpria & de quolibet alio loco aliàs prohibito, maxime si delictum sit commissum, ut fuga.ita singulariter declarat Baldus in l.ex omnibus. per illum textum singul.C.de decurio.lib.10.Et hoc alibi se non legisse dicit Do.Ias. in l.stipulationes non diuiduntur.in princ. in ult.colu. uersi.ult.pro complemento.ff.de uerb.oblig. & in l.plerique.in 9.fall.primi not.ff.de in ius uoc ubi latè scribẽ

res tractant hanc regulam, cum suis ampliationibus & fallentiis. Et illum textum in d.l.ex omnibus.pro singulari etiam citat Andr. Siculus in tractatu de præstan. Cardi.in ult.quæstione primæ partis, in ultimis uerbis. Secundo dicta regula singulariter declaratur per Bart. in l.sacrilegi.§.ult.alias est l.cum eo.ff.ad l.Iul.peculat quod creditor facit condemnari debitorem criminaliter,ut quia citatus a iudice personaliter noluit comparere,quia isto casu poterit in domo capi. & hoc pro cautela commendat & sequitur Bartho. Veron.cautel.45. regula est ꝙ nemo. & magis communiter approbatur per doctores in l.plerique.ff.de in ius uoc.quamuis Do. Ias.in l.ult.in 3.not.per illum tex.C.de procur. & in d. l.plerique.in 11.limitatione,pungat in contrarium. & tangit etiam idem D.Iason in l.sed eximendi,quam legit cum l.1.in §.quod prætor.in quarto nota.ff.ne quis eum qui.

Donatio facta a rege filio, in potestate ualet, propter auctoritatem regiam.ita sing.Bal.in c.1. §.item sacramenta.in pen.col.uersi.2.utrum.in titulo,de pace iuramento firm.quod pro sing.refert & confirmat D. Ias. in præludiis feu.in 6.col.ad fin. & in auth.ex testamento.in 5.col.C.de collat.ubi etiam D. Lancel. circa fin. & cõsuluit Socynus in cons.66.frustra.in 2.col.in prin. in 1.lib. Sed si uolumus reddere unicuique quod suum est,ut sacra præcipit pagina,& refert diuus Augustinus transumptiuè,in c.militare.23.quæstio.prima, & Prudentius rea sumpsit in uita diui Laurentii,illo carmine:
Quod Cæsaris est,Cæsari da,
Nempe iustum postulo.

Hoc ante Baldum dixerat singula. Oldra. in consilio 231. ut eius de quo quæritur. colum. 1. circa med. quem refert & sequitur Andreas Sicul. in tractatu de præstantia Card. in ult. quæstione primæ partis. in 2. colum.in 5. argum. Sed tu adde idem esse etiam si fieret a priuato ciue filio in potestate pro sua legitima, quia est potius assignatio debiti. ita sing.Ang.in l.si nõ

mortis.ff.de inoffic.testamento.cuius dictum pro ualde nouo,& notabili citat Aret.licet non firmet,in l.si dño in 2.colum.in prin ff.de acquir.hæreditate,tamen eum reprobat Aret.idem in l.placet.in 2.col.uersicu.3. adde eodem tit.& Do.Iason in l.frater a fratre. in 23.col.in 7.fallentia.ff.de condictione indebiti.in lectura.& Decius consi.85.uiso puncto,in ulti.col.quamuis Do.Ias. in repetitione d.l.frater.in penul colu. in 16.limitatione, uidetur cum Angelo simpliciter transire. Aliter enim hoc dictum Angeli poterat dubium uideri, propter illud uulgatum adagium, Herculem contra duos non satis esse.

Ne Hercules quidem contra duos.

Donatio facta a patre filio in præmium emancipationis,ut ualeat, requiritur, quòd in actu emancipationis fiat,uel post,tamen si fiat parum ante emancipationem ualet.ita sing. Barto.per gloss.ibi in l.ut iurisiurandi.in prin ff.de operis libert.& pro singul.citat Do. Alexãd. in l.diuortio. in prin.in 4.col.in uersi.ad hæc omnia.ff. sol.matr.& consi.96.uisis.col.2.uersi.item respond.lib. 4.& pro nota.citat D. Iason, ubi tamen dicit,quòd est modici effectus,in repet.l.admonendi.col. 87. uersicu. quid si testis primo.ff.de iureiurando.& in l.ulti.col.pe. ad fin.,C. de edict.diui Adr.toll.tamen eam reddit singul.Do.Ias.in l.diuortio. in prin.in quarto notabili.& D.Fel.in c.cum dilecta.in 23.colu.uersi.demum ad ornatum.extra de rescript. & ante eos Aretinus subtiliter in c.de testibus.colum.4.uersic.nec obst.dicit ipse extra de testibus.Quid autem,si est facta filio in potestate cũ iuramento? dic quòd ualet.ita singul.Bald. in l.3 ante finem.C.de usuca. pro donato, quæ opinio communiter approbatur,ut latè per D.Iasonem in l.frater a fratre.in antep.col.in ult.fall. ff. de cõdictione indebiti. in lectura,& in repet.in pen.colu.in 7. fallen & consuluit latè Corn.cons.238.quanquam uideatur.in 3.& 4.col. in 1. lib. quæ etiam reassumit consi. 9. in hac consultatione in 1.& 2.col.in 2. lib.& cons.289.circa primum. col.11.uersi.hoc præsupposito. in ultim. lib.ubi tamen dicit,

dicit, ꝙ semper legendo, & consulendo, & disputando sibi uisum est contrarium de iure uerius, antequam uideret Paul. qui contrarium consuluit, ut latè per eũ in locis præallegatis. tamen hoc dictum Bal pro notab. sequitur Bart. Veron. caut. 249. plenè nota. & dicit communiter teneri Deci. licet prædicti contradicant consi. 239. primo non uidetur. circa prin. & consi. 86. col. ult. ubi eum sequitur, & refert etiam Aret. consi. 72. præsup ponitur. in 8. dub. & pro singul. approbat Aret. in l. illud in 2. col. ff. de acquir. hære. ubi idem dicit econtra, si filius in potestate donet patri. per singul. dictum Ioan. Andr. in addit. Spe. in tit. de testam. §. 1. uers. quid si q. in ult. addit. Vbertus de Bobio, de quo meminit etiam Do. Iason. in repeti. d. l. frater a fratre. in ultimis uerbis. Vlterius etiam, ꝙ iuramentum ualidet donationem inter patrem, & filium, consuluit Bal. licet Moderni non referant, in consi. 439. præmittendum est in 1. lib. & D. Alexan. consi. 8. uisis & consideratis. colu. 1. circa medium, lib. 2.

Donatio inter patrem, & filium ex causa dotis consistit, tex. est in l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. ubi est casus singul. de hoc secundum D. Baptistam Cacialup. in repet. l. frater a fratre in 8. q. ff. de condictione indebiti. sed habet concord. in l. si cum dotem. in prin. secundum unam lecturam. ff. soluto matrimo. & ibi Doctores ad hoc notant. & singul. quæstione consuluit Bal. consi 430. præmittendum. in primo libr. Et ulterius ista procedunt etiam si matrimonium non sit sequutum. tex. est in l. si extraneus. ad fi. ff. de condictione ob causam, quem ad hoc Ludouicus, & Moderni ibi putant singularem, & sequitur Do. Alexã. in d. l. si cum dotem. in princip. in ultim. not. Sed quid in bonis Paraphernalibus? est noua quæstio secundum Aretinum post magistrum suum, in l. placet. in 2. colum. uersi. extra gloss. ff. de acquiren. hæredita. ubi concludit, quòd de augmento dotis clarum est, quòd ualet, prout dicit se consuluisse, & obtinuisse Do. Iason in rubric. solut.

mat.in ultimis uerbis.

Donatio facta filio in potestate propter merita, ualet, dummodo merita non sint infra dimidiam rei donatæ. ita singulariter Bal.in authen. ex testamento.in 2.colu. uersi.contra hoc facit. C.de colla.argumen.l.secundę, cum similibus.C.de rescinden.uenditio. quod pro singul.magno, & notabili uerbo citat Do.Ias.in l. ex hoc iure.in 9.col.ad fin.de iusti.& iur. ubi tamen non putat uerum.& in l.petens.colum.penul.uersicu. tertiò nota. C.de pactis. & pro singul. citat Dom. Ias. in l. frater a fratre.colum.21.uersicu. circa istam.2.fallen.ff.de condictione indebiti.in lectura, & in repet.colum. 24.uersicu. circa primam.licet utrobique contrarium teneat. & contra Bald.in hoc etiam tenuit Do.Alexand.in l.si donatione.in 3.colum.uersic.iuxta prædicta quæritur. ubi Do.Ias.in 4.colum.reprobat.C.de colla. quia imò requiritur, quòd benemerita æquipolleant donationi in totum, alias non esset aduentitia, sed profectititia, ut per eos, ut latè consuluit Corn.consi.289.circa primũ. in antepenul.& penul.col.in ult.libr.& Soci.tradit con silio 22.uisa prædicta.in 1.colum.circa fin.lib.4. Et con firmari potest, quia donatio antidora, est quoddam genus permutationis, ut dicit tex.notab.in l.sed & si lege.§.consuluit.in fi.& ibi Bald.ad hoc notat.ff. de peti. hæred. Et ideo singul. dicebat Bald in l. si unquam. C.de reuoc. dona. quòd dispositio illius l. non habet locum in donatione remuneratoria.& hoc dictum Bal. pro singul. citat Andr. Sicul.in tract.de præstan. Cardinalium.in 3.quæst.1.partis.in 6.colum. Sed in lecturis impressis hoc non dicit Baldus, sed Angel.ubi eius frater, tamen parum differt. Frater enim dictus est, quasi ferè alter, secundum P.Nigidium, relatum ab Aulo Gellio Noctium Attica.lib.12.cap.10. & ideo Cicero epistolarum familiarium lib.2. ad Cœlium, de Q.Fratre loquens, inquit: Quoniam alterum me reliquissem. Et hoc ultimum dictum pro singu. latè reassumit etiam D.Ias.in l.ex hoc iure.col.12.in 16.effectu obligationis

Frater unde.

nis antidor.ff.de iust.& iur.& in l.si non sortem.§.libertus.in 5.col.uers.dicimus,quintus effectus. ff. de conditione indebiti.ubi eandem cantilenam reassumit more suo,& latè consuluit Corneus cons. 194.uidetur in presenti consultatione, col.1.lib.3.ubi etiam ipse refert, quòd dicitur hoc tenuisse Bald.in d.l.si unquam in aliquibus lecturis.& latè Decius consi.20.in causa istorũ fratrum.in 1.col.& ante eos Alex.consi.162.uisis. col. 2.in fi.lib.6. Sed dubitari posset, an merita debeant in specie probari per donatarium, an uerò sufficiat, si donans confiteatur se donare propter talia merita, puta. Quia me ab hostibus liberasti? Bald. singul. in ultima. ff.de exercit. actio.post medium tenuit, sufficere talem confessionem, & ei standum esse contra se, inter personas non prohibitas a legibus donare, quod dictum pro singul.citat Do.Iason, ubi tamen nõ est ausus firmare in l.ex hoc iure.in 9.col.uersi.tum collige.ff. de iust. & iure.post Do. Alexand. qui latè contrarium tenet in l. si donatione.in 6.col.uersi.item, & secundo limitatur. C.de collat. & in effectu etiam damnat. Corn. in dicto consi.289.in ult.col.in 4.lib.& ideo solet ad cautelam confitens benemerita in specie etiam iuramento confirmare, ita esse in ueritate, secundum Doctores in locis supra allegatis.& firmat Alex.consi.8.uisis,& consideratis his.ad finem,in 2.lib.Quod nota,quando dubitas ne possit postea probare merita æquiualentia donationi in specie. contrarium tamen in terminis.s.q stetur generali assertioni meritorum, consuluit Decius in d. conf.20.ubi respondit multis fundamentis,quæ in cõtrarium facere uidentur.

Merita an in specie probari debeãt

Donationes inter uirum, & uxorem ne ualerent, moribus apud nos receptum est, ne mutuo amore inuicem spoliarentur, teste Iureconf.in l.1.& per totum.de donatio.inter uir.& uxor.& tradit Bartholo.Veronen. caut.178.donatio.& Ludoui.singu.310. tu scis.& ideo etiam iuramento non conualidatur.ut singu.consuluit Bald.consilio 29.casus, uir donauit. in 1.& 2.colum. & consi.

& consi.393.super eo quod quæritur in 1.lib.& consil. 294.donatio in 3.lib.Socy.consi.65.colum.7.lib.1. sed tamen contrarium consuluit Corn.cons.118.in hac,in 1.colum.in 1.lib.& consi.104. circa primum colum.2. uersic.quia licet non ualeat lib.2. & consi. 41.uidetur in hac in pe.& ult.col.in 3.lib. & alibi sæpè post Bart. & scribentes in l. Seius, & Angerius in ultim.q.ff.ad l. Falc.quem sequitur Cœpolla cautela 179.quæ incipit secunda,ubi refert Doctores pro & contra, D.Ias.in l. si is qui pro emptore col. 34. ad fi.& seq. ff. de usucap. post Alexan. consil.157.uiso instrumento colu.pen.ad finem, & sequenti lib.2.& Aret.consi.74.col.2.uersic. sed dubium,&c. ubi dicit, q̃ ista communis opinio, & idem latè firmat Decius consi.232.colum.pen.& consi.240.& diligenter,ubi nouiter declarat,non procedere præmoriente uxore ante uirum, & in l. pacta quæ contra.C.de pactis,ubi etiam D.Ias.in 2.not.qui attestantur communem. Et secundum istam opinionē pluries uidi iudicari aduertendum tamen est, quia declaratio Decii in d.consi.240.uidetur contra mentem Doctorum,ut etiam attestatur Alciatus, in capitulo cum contingat,no.204.de iureiurando,de quo uide infra in uerbo. Donatio causa mortis, Sed prædicta singul. declarantur non procedere,in ea quę licet per uerba de præsenti sit desponsata, non tamen adhuc cognita,quã uis etiam sit in itinere eundi ad uirum, uel iam in eius domũ uenit, tamen separata adhuc est a uiro, quia his casibus ualent donationes, & non procedit dispositio tituli de donat.inter uirum,& uxorem.ita sing. sub dubio tamen,limitat Azo in summa.C.de don.ante nup. circa fin.& est singu.not.2.Alex.post Inno. per eum relatum in l.si sponsus.§.si uxo.ff.de donatione inter uirum, & uxorem, & dicunt,q̃ hoc Azo. dictum si uerũ est,non procedit apud nos, cum uir iungatur mulieri in domo soceri. Imò hodie inoleuit consuetudo, quòd post consensum statim eodem die matrimonium consumatur,quod etiam antiquos Romanos factitasse,cla
rum

um est ex epithalamio Catulliano in nuptiis Manlii,& Iuliæ,tamen uidetur hoc dictum Azo.periculosum per ea quæ tradit Alex.consilio 142.uiso processu,col.pen. uers. item respondeo,libro 5. inter sponsos autem , per uerba de futuro non est dubium ualere donationem , ut per Dec.in d.consil.232 colum. penult. uersiculo 2. potest.

Donatio propter nuptias, & dos, in multis paribus passibus ambulant,ut declarat Bar.Veron.cautela 110. debes scire,& ideo sing.decidit Bal in l.ult.ad fin.prin. C. de iure dot.quod sicut filia potest agere ad dotem aduentitiam sine consensu patris,ut communiter concludunt Doctores,post glossam,in l.2.§.1.ff. soluto matrimonio,ita poterit filiusfam. agere ad donationem propter nuptias aduentitiam, sine consensu patris , & hoc dictum Bald.est sing.&memoria dignum,secundum D. Alex.in dicta l.2.§.quid si in patris in 3 colum. uersic. in iudicando tamen.ff.sol.matr. Differunt tamen,quia maritus non tenetur facere donationem propter nuptias æqualem doti sibi traditæ,alias dos nullam commoditatem afferret,& sufficit,quòd sibi constituatur, licet non tradatur,ut signanter consuluit Bal.cons.223. quia si donatio in 4.lib. & circa hoc pulchram cautelã ponit Cœpolla in loco præallegato , scilicet,quod pacta fiant antequam matrimonium contrahatur post Ang.in l.ex morte,C.de pactis conuent.& sing. per Innoc.in c.ult ad finem extra de donatione inter uirum , & uxorem,quem uide . Sed tamen talia pacta uidentur posse morderi,quia inuitant ad incontinentiam, ut late tradit Dec.cons.644.uiso,& perlecto per D.Bar.& scribent.in l.si ita stipulatus fuero §.si ibi nupsero de uerb. obligationibus.Valet tamen dos const.ma.facta,si præcessit promissio. Socinus in l.prima columna 13. uersiculo 3.limita.ff.solut.matrimo.& ita apud nos etiam obseruatur.

Donatio inter uiuos prohibita à ciue in forensem , an etiam intelligatur prohibita donatio causa mortis Bal. sing.

singu.tenuit ꝙ non,in d.quia 5.ad fin.extrà de iudiciis, ubi dicit bene notandum,quia sæpe ex facto incidit. & hoc alibi se non legisse,testatur Do.Ias.in l.2.in ultim. colum.uersi.9.ff.de leg.1.ubi dubitat, quia uidetur eadem ratio,& idem D.Ias.in l.non dubium circa princ. C.de testamen. Addo ꝙ in fortioribus terminis consuluit sing.Bal.in consi.168.ista cõstitutio in 4.lib.ubi cõcludit,ꝙ generalis constitutio ecclesiæ Romanæ dans formã circa contractus,& alienationes rerum minorũ, dum loquitur de donatione, non cõprehendit donationẽ causa mortis,quod est memoria dignũ, & idẽ etiam habetur apud Bal.in loco præallegato, in cõsilio præcedenti,consultum per alium Doctorẽ Io.Milutii.

Donatio causa mortis non transmittitur,moriẽte donatario ante testatorem,l.si uir §.uxor, ubi Barto.ff.de dona.inter uirum,& uxorem, & ideo si in donatione causa mortis fieret mentio hęredum illius cui donabitur,puta dono Titio,& eius hæredibus : trãsit in donationem inter uiuos,& trãsmittitur ad hæredes.ita sing. Bal.in l.2.colu.pen. uersicu. quid enim si iste,C.de iure dot.Quod dictum commendat, & sequitur Dominus Alex.consi.14. circa primum dubium in 2.col.uersic, postremo in 1.lib.& consi.78.uisis,col.2.in prin.lib.4. & Aret.consil.74.diligenter,& mature in 1.dub.& pro singu.reassumit D.Iason in l.non omnis in prin.in pen. col.circa medium ff.si cer.peta.& ex facto quum incidisset,cõsuluit Bal.consi.108.Domina Ioanna in 3.lib. & eleg.Dec.consi.240.& diligenter.ubi tenuit,quod licet donatio inter uirum,& uxorem firmetur iuramẽto secundum magis communem opinionem,tamen intelligitur si uxor superuixerit.licet ab eo dissentiat Alciatus,quẽ retuli supra in uerb.Donationes inter uirũ,pro cuius opinione fuit nouissimè iudicatũ, eo quia in instrumẽto dotis maritus pmiserat dotẽ,restituere uxori suæ hæredibus suis,& sic uidetꝛ ꝙ dos trahatur etiam præ mortua uxore,nisi uellemus restringere,qñ primò maritus, postea uxor, nondum restituta dote decessisset:

fiſſet : quod non uidetur conuenire menti contrahentium.

Donatio cauſa mortis facta à marito uxori, ualet, & confirmatur morte, etiam ciuili, ut banno. text. eſt qui reputatur ſingula. in l. ſed ſi mors in primo reſponſo ff. de donat. inter uir. & uxo. qui eſt ſing. ſecundum Bald. in l. executorem in 9. col. uerſi. quæro, quidam timens ne fiſcus, C. de exec. rei iudic. ubi per illum text. ponit ſing. remedium fraudandi fiſcum. nam qui timet ne bona ſua à fiſco uendicentur, ut ſæpiſsimè euenit mutatione principum: poteſt facere donationem uxori cauſa mortis, & ſequuto banno, & ſic morte ciuili, donatio conualidabitur, ita tamen ut non adimatur licẽtia marito eam reuocare, quia & mors eius expectãda eſt, ut irreuocabilis fiat, & hæc deciſio Bal. eſt ualde ſingularis, ſecundum Do. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim §. 1. in pen. col. in prin. ff. de uerb. obli. & eam omnes ubiq; cõmendant, & pro ſing. citat Paul. de Caſt. in l. poſt contractum, in ult. uerb. ff. de donat. & quamuis Bal. & Paulus de Caſt. dicant illam l. ſed ſi mors, eſſe ſingu. ad hoc tamen habes ſimilem in l. res uxoris C. de donatio. inter uir. & uxo. Et iſta deciſio Baldi uidetur poſſe procedere etiam in dote præſumpta, puta ſi conſtante matrimonio fiat augmentum dotis, ut per Corn. conſi. 104. col. 2. lib. 2. & eſt memoria digna propter decretum Mediolani, quo cauetur, ꝙ donatio facta non ualeat, niſi præcedat delictum per duos annos, contra diſpoſitionẽ l poſt contractum ff. de donatione. Et uide pulchram quæſtionem quam ponit Bartolus, de eo qui uendidit poſſeſsiones ſuas in fraudem fiſci, in l iuſiurandum, quod ex conuentione §. procurator in ultima col. ff. de iureiurando, quam uidi in facto Mediolan. Animaduertendum tamen eſt, in d. l. ſed ſi mors: quia in libris impreſsis eſt offendicula quædam, quæ totam illam legem maculat, dum inquit: Ita tamen ut non admittatur licentia marito. Nam ſcribendum eſt adiuratur, prout ſupra retuli.

Decretũ Mediolanenſe.

Locus In recenſ.

Dn-

Donatio perfecta reuocari potest ex causa ingratitudinis, ut tradit Corn.consi.126.licet in hac, circa prin. in 1.lib. Sed an poterit etiam reuocari per hæredem ex causa ante commissa tempore donatoris, sicut per ipsum potuisset? uideretur q non, per text. in l.ult. ad fin. C.de reuocat.dona.& consuluit Corneus consil.15.ex quo in ult.col.in 1.lib.sed ille tex.declaratur sing.quã do donator decessit, sciens donatarium fuisse ingratũ, secus si ignorauit, quia tunc poterit hæres reuocare.ita sing.Io.Andr.in capit.ultim. extrà de donat. per illum text.in uerb.Tacui. & pro singul. approbat, & dicit de iure ueriorem Do.Alexan.in l.rei iudicatæ in 2.colum. uersi.& pro Romano ff.solut. matr. Secundò declaratur etiam quando donator sciuit, sed repentina morte præuentus, non potuit reuocare, per aliud sing. dictum Io.And.in additionibus Speculato. in tit. de feu.§.ult. de quo scripsi infrà in uerb. Vasallus. Tertiò declarat, quando hæres uellet reuocare propter pacta non seruata, quia hoc bene potest.ita sing.Bal.& Sal.in d.l.ult.& approbat And.Sicul.in d.c.ult.in 10.col.de dona.Nam ut inquit Bald. consi.18.notissimum est in 1.dub.lib.1. nulla est maior ingratitudo, quàm pacta non seruare, & idem in feu.tenet sing. Bal.in cap.1.§.insuper col.2. uersi.ex his etiam in tit.de prohibit.feu.al.per Fed.quẽ sequitur Paul.de Castro in l.omnino col.2.uersi. idem per illum tex.C.de inoffi.testa. & D.Abb.in d.cap.ulti. col.pen.in fin.de dona.& consuluit Aret consil.14.uiso, & diligenter considerato in ult. colum. licet cõtrarium in hoc ultimo teneat Imo.in d.c.ult. circa 12.col. & ibi latè Andr.Sicu.in 13.colu.& tradit etiam Cur.in tract.feu in 4.par.in ult.char.

Donum inter & munus hoc interest, secundum Vlp. in l.inter donum de uerbo.sign quod inter genus & speciem. nam genus esse donum, Labeo ait, uel à dando uel à donando, dictum: munus, speciem, nã munus esse donum cum causa, ut puta natalicium, nuptiarũ. Marcianus uerò in l.munus propriè eod.tit. Munus propriè dicit

Munus quid.

dicit eſſe, ꝙ neceſſarie ſubimus lege, more, imperiouè eius qui iubenti habet poteſtatem. Dona autem proprie ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris, officiouè, ſed ſpõte præſtantur, quæ ſi non præſtentur, plelunque laus in eſt. Sed in hoc uentum eſt, & non quodcunque munus, idem donum accipiatur, ad quod donum fuerit id munus recte dicatur. Cur hæc tam uarie, & quomodo inter hos Iureconſultos conueniat, ſatis hactenus dubitaui, ueritus, ne quicquam forte in curia temporum, ſiue potius malignitate eorum qui Iureconſultorum monumenta digeſſerunt, nobis ſubtractum eſſet, neque aliquis ſcribentium (quem uiderim) ſuper hac difficultate, & Iureconſultorum contrarietate uerbum quidem facit. Solus Laurentius Vallenſ. uir literarum quoque noſtrarum non incurioſus, in ſuis in Latinam linguam elegantiis, de hoc perpendit. Contrarietas autem inter Vlpianum, & Labeonem parte una, & Martianum ex altera conſiſtit. Labeo enim, quem ſequitur Vlpianus, uult donum eſſe genus, munus autem eſſe ſpeciem, & munus eſſe donum cum cauſa, ut ſuperius retuli, Sed Martianus totum contrarium concludit, uidelicet donum eſſe ſpeciem, munus uero genus, dum inquit, ſed in hoc uentum eſt, ut non quodcunque munus idem donum accipiatur, aut quod donum fuerit id munus recte dicatur. Optaſſem profectò, ut qui Iureconſultorum mentem immenſis commentariis aſſerunt ſe declaraſſe, aliquid etiam ſuper hoc excogitaſſent. Lauren. Valla in loco prææallegato, intrepide dicit, neutrum uerum dicere, nam neque genus, neque ſpecies cadit inter hæc duo nomina, atque, nullum ſibi uideri donum ſine cauſa eſſe, Tamen quia hoc eſſet grauiter condemnare Iureconſultorum principes, Labeonem, Vlpianum, & Martianũ propterea pro defenſione poſſumus dicere dum Martianus ſubdit, At quod donum fuerit, id munus recte dicatur, intelligi donum cum cauſa, & dum facit differentiã inter donum ut ſpeciem, hoc inconueniens uideri non debet, prout etiam dixi in ſimili in quæſtione infrà in dictio

Contra Iureconſ.

Defendũtur Iurecõſ. à calumnia.

dictione Gemmæ, per l. 2. tit. de adopt. & per communem Doctorum conclusionem in l. imperium. ff. de iurisd. om. iudic. uel dicamus, nihil contrariari, quia omnes concludunt donum esse genus, munus speciem, sed donum cum causa pro specie assumi. Hæc tamen dissolutio non placet Alciato, qui in lib. 3. Dispunc. suarum prædicta omnia reassumit, aliamque conatur tradere solutionem, quæ tamen multum diuinare uidetur.

Dos habet multa priuilegia l. 1. C. de priuilegiis dot. & tradunt Doct. in l. 1. sol. mat. & Bal. nouellus in tract. dotium. Inter alia nota, quod lege bene à Zenone. & lege omnes C. de quadr. præscript. non habet locum in præiudicium iurium dotalium, ita singul. consuluit Bald. consi. 359. quemadmodum Imperator habet in 3. lib. quòd alibi se non legisse dicit Dom. Ias. in l. 1. in 3. not. ff. sol. matr. Et ideo singul. decidit Sal. in l. ultim. in 1. not. C. de iur. dot. quòd statutum disponens, quòd instrumenta publica non probent, nisi sint registrata in memorialibus Archiuii publici, non habent locum in instrumentis dotalibus, quod dictum pro singul. commendat D. Ias. in l. quod dicitur. in 2. not. ff. de uerb. obliga. & in pulchra quæstione declarat Dec. cons. 5. in causa dominæ Mariæ. Hinc etiam sing. consuluit Bald. consil. 286. super 1. puncto uersic. super 6. in 3. lib. quòd stante statuto, quòd in dotibus non currat præscriptio, extendetur etiam propter eius fauorem ad legatum factum nomine dotis, quamuis dos ante matrimonium proprie dici non possit l. 3 ff. de iur. dot. & l. ultima post prin. C. de don. ante nup. quod est memoria dignum ad ea, quæ scripsi inf. in uerb. Statuta dicunt. Ex eodem fauore dotis dixit eleg. Bal. Nouellus in tract. de dote. in 6. & 9. parte, prout eum refert Igneus in disputat. An rex Franciæ recognoscat Imperatorem, in ult. colum. Quòd si iudex iudicauerit pro dote, in dubio bene iudicat, neque potest in syndicatu reprehendi. per l. in ambiguis. ff. de iure dot. ut uoluit etiam Alexand. cons. 20. uiso processu. in ult. uerb. in 2. lib. & dicit in proposito.

Barb.

Barb.consil.5.lib.ult.quod fauore dotis licet à communi opinione recedere, sed tamen istud non placet hipæ in l.1.col.1.ff.sol.matrim. Secundo not.quòd res subiectæ restitutioni possunt ex causa dotis, uel donationis propter nuptias alienari. authent. res quæ & in corpore.C.communia de leg.& consuluit Bal.cons.423.Franchinæ.in 4.lib.& Franc. de Cur.in consilio 63. antiquissima,& nobilissima,in ult.col.uers.8. dubitari uidetur. & omnino per Dec.consil.376.uiso casu per totum.ubi damnat Angel.& Ias. restringentes dictam authen. res quæ. Item pro alimentis,ut consuluit Bal.consil.50. uiso testam.in ult.lib. quod tamen non procedit in re feudali. uel quando ex expressa dispositione testatoris res illa esset prohibita alienari,etiam pro dote. ita singul. Bald.in cap.1.§.donare,in 1.not.per illum tex. in titu. qualiter feud.aliena.poss.& pro sing.approbat D. Ale. in dicta authent.res quæ.in prima addit.& pro egregio citat D.Alex.consil.56.consideratis uerbis testam.in 1. col.uersic.& ita est.lib.1.& pro eleganti approbat Soc. in l.3.§.res quæ.in 4.col.uers.4.non habet.ff. ad Trebell.& consil.49.capio primam,col.ult.lib.1. limitando tamen,& per D.Ias.in auth.res quæ in 4.not.ad fin. & col.pen.in 6.fall. Secundo priuilegia concessa doti, non procedunt in dote,uel donatione cõfessata.ita singul.declarat Ang.in authent. de restit.& ea quæ parit. in prin.in 1.col.circa si.per glo.ibi.in uerb. Sed nonne. & pro sing.citat D.Ias.in dicta authent.res quæ.col.pe. in 9.limitatione. Sed de hoc habemus consilium Bald. numero 352.quæritur an confessio.in 3. lib.& late disputauit Bald. Nouellus in tractatu dotium, in decima parte. De dotis autem argumento habes textus, in §. quam ob rem.& in §. hæc igitur. in authent. de restitut. & ea quæ par.ubi probatur,non æquiparari doti. Tertio pro limitatione nota, quod dispositio generalis statuti includit causam dotis, quæ in illo casu non reperitur specialiter priuilegiata. ita eleganter consuluit Decius in consilio suo quinto superius

perius relato.& consil.301.in causa,quod ultimum bene nota,ad declarationem reg.notab.quæ habet,quòd leges, uel statuta generaliter loquentia non comprehendunt causam dotis,quam regulam late firmat Ias. in l.1.in 3.not.per illum text.ff.sol.mat. & consulendo late concludit Calcan.cons.12.pro parte negatiua.maxime in 2.& 4.col.Curt.cons.27.magnificus uir.col.7.ubi etiam D.Hier.Tortus in cons.seq.& retuli inf.in uerb. Forensis,& tradit Ant.de Fano in tractatu pignorum in 61.charta notab.31.ubi contradicit Decio in consiliis, de quibus supra.

Dos solut.matrim.cosistens in rebus immobilibus, exigitur statim,sed si in mobilibus post annum, secundum dispositionem l.prima, §. exactio. C. de rei uxor. actio.tamen tenentur infra annum hæredes uiri mulierem alere,in compensationem fructuum,si aliunde non habet unde se alat.gl.est in l.diuortio.in prin.in gl.2.in uerb.Fact.ubi Doctores.ff.sol.mat.& in d.§. exactio.in gl.ult.quæ late distinguit,& consuluit Alex.cons.27.uiso themate suprascripto.in 1.col.in 4.lib.Sed quid si hæredes uiri uolunt statim res mobiles restituere, quod possunt,an poterunt detrahere interusurium medii temporis,puta si dos erat in pecunia?Bal.sing.in auth.ei qui iurat,in 15.col.uers.quæro,mulier missa est. C.de bo. auctoritate iudic.poss.tenet quòd sic.& eius dictum pro mirabili approbat Dom.Alex.in d.l.diuortio.in princ. in 10.col uers.plus autem,& pro sing.reassumit D.Ias. in l.stipulatio ista habere.§.inter certam,in 1.not. & in l.qui Romæ.in prin.in 1.notab.ff.de uer.oblig.cum his quæ scribit Corneus cons.129.licet circa primum,in 1. col.in 1.lib.Campegius in tract.dotis,in 2.parte.in 17. quæstio.

Quid autem si hæredes post annum sint in mora, an mulier possit aliquid accipere pro alimentis? Anchar. singul.consuluit quòd non,quia præsumitur usura, licet blando alimentorum nomine eam nuncupes,in consil.150 in quæst.quæ uertitur.in 2.colum.quem late refert,

fert, sequitur, & commendat Do. Alex. in d. l. diuortio. in prin. in 11. col. uersi. prædictis adde, & consi. 61. uiso. col. pe. ad fi. lib. 2. iunctis his quæ scribit Corn. cósil. 44. in hac consultatione. in 1. col. in 2. lib. & Dec. consi. 39. col. 3. in prin. & 116. inf. allegando col. 3. post Alexan. consi. 27. uiso themate. colum. 1. lib. 4. ubi late ponit. & consi. 74. uiso tit. col. pen. & ultim. & cósi. 141. uiso themate. col. 1. & 2. in 5. lib. ubi ita dicit cómuniter teneri. & Ias. in §. fuerat. colu. 6. & sequenti. instit. de act. licet aliàs alimentorum causa fauorabilis sit, ut scripsi sup. in uerb. Alimentorū causa. In marito aūt Doctores có cludunt, ꝙ debet habere alimenta pro dote promissa. ut consuluit Bald. consi. 94. utrum maritus. in 1. lib. & D. Alex. consil. 56. in præsenti consultatione. in 2. colu. uersi. sed an alimenta. in 4. lib. An autem posset recipere certam summam pro singulo centenario, plures tenuerunt quòd non. quos refert Decius consi. 116. in cā Aluysij. col. penult. uersi. circa 2. & consi. 119. colum. 5. in 5. arg. & est notab. dictum Paul. de Cast. in hac materia. in l. si insulam. §. usuras. ff. solu. mat. quod reassumit Alex. consi. 221. super tit. circa fi. li. 2. Quid aūt si maritus tacuit ꝑ 10. annos? dic quòd usuras remisisse præsumitur. ita sing. decidit Bal. consi. 474. post biennium. lib. 3. cuius decisionem pro sing citat Alex. consi. 74. uiso tit. col. 2. uersi. secundò principaliter. lib. ult. per text. ad hoc sing. in l. cum quidam §. 1. ff. de usuris. & latè ꝓsequitur Alex. consi. 56. in præsenti. col. 2. & 3. lib. 4. licet contrarium consulendo teneat Ludou. Roma. cósi. 517. in casu proposito. col. 4. in 2. dub. ubi requirit taciturnitatem totius temporis, quo uixit maritus. Et contra dictam gl. consuluit Ang. de Aretio, ut refert, & sequitur Ias. in §. fuerat. col. 4. instit. de actio.

Dos reperitur in domicilio uiri, non autem in loco cótractus celebrati. casus est, qui communi opinione dicitur peregrinus, & singularis, licet omnibus notus. in l. exigere dotem ff. de iudiciis. & consuluit Bal. cósi. 471. quæritur utrum hæres. in 1. lib. & cósil. 31. statuto ciui-

tatis Aſt.in 3.lib. & ideo ſi ſtatutum in ciuitate mariti diſponat, quòd decedente uxore ſine filiis, maritus lucretur dotem, ut eſt in patria noſtra Mediolanenſi, quã uis in foro uxoris ſtatutum contrarium diſponat, tamẽ ſeruatur ſtatutum uiri, ut concludunt Barto.& omnes in l.cũctos populo C.de ſumma trin.& fid.Cath. & con ſuluit Bald.conſil.53.quædam domina Richabella . ad fi.in ultimo libro. Sed quid ſi maritus habuit plura do micilia, in quibus ſtatuta contraria uigebant, quod ſeruabimus? primum domiciliũ, quo mulier eſt traducta, an ultimum, ubi mortua eſt? dicendum eſt, quòd attenditur primum, quia de illo partes præſumũtur cogitaſſe. ita ſing. Anto.de Butrio, Gaſpar Calderinus, & Abb. in c.1.de ſponſal.ubi late D.Fel.in pen.col.uerſi.tertia concluſio.per tex.in l.ſi uxor. & quod ibi Bar.ff.de iudiciis.& hoc dictum pro ſing.citat Cremenſ.notab.57. unus ſcholaris.ubi dicit ſe ita ex facto cum incidiſſet conſuluiſſe, & iudicatum fuiſſe. Hæc tamen ſing. limitantur, niſi uxor duceret maritum ad domum ſuam. ita ſing.Bal.in l.ultima.in 1.colum.uerſic. ſed ſi uir.C.ſi à non competenti iudice fuerit appell. & pro ſingulari ci tat Cremenſ.notab.66.ſtatuto Florentino. & D.Fel.in d.c.1.in penul.col.in 3.fall. de ſponſalib. ubi declarat, hanc limitationem intelligi debere, dummodo appareat, quòd maritus intendebat in domo uxoris perpetuò habitare.& hoc dictum Bal.pro ſing. approbat etiã D.Iaſ.in l.1.in 6 colu.uerſic.2.limita.C.de ſum. trini.& fid.cath.in lectura, & in repeti.in 13.col.ad fi. & ſequẽti.& latè conſuluit Dec.conſi.283.diligenter per totũ, & eſt memoria dignum ad limitationem d.legis, exigere dotem.ff.de iudiciis.ubi etiam Iacobin. de S.Georg. idem tenet, in prima limitatione, quam pluribus aliis modis limitant Doctores in locis præallegatis, & Decius in d.conſi.283.

Dos data, ſeu promiſſa à patre, intelligitur de bonis paternis, tex.eſt in l.ultim.C.de dotis promiſſ.

Sed quid ſi filia habeat bona materna, & pater promiſit

misit pro dote filiæ mille aureos, computato eo ꝙ filia posset habere de bonis paternis, uel matris, uel aliunde: Bal. Nouellus in tracta. de dote in 6. parte in 6. priuilegio, refert se una cũ D. Io. de Mõtesperello consuluisse, ꝙ non obstantibus his uerbis generalibus poterit filia petere dotem promissam, & etiam bona materna, uel quæ aliunde prouenerant, per d. l. ult. quod est mirabile, secundum eum, ubi dicit, ꝙ propter hoc hodie multi patres incauti, & nolentes consulere peritiores, remanent delusi, maxime etiam stante imperitia tabellionum, & hoc dictum Bal. sequitur Ias. consi. 133. col. 7. lib. 4. & sing. si uerum. secundum D. Ias. in l. 1. col. 5. ff. sol. matri. ubi dubitat de ista decisione, quia multi hodie deciperentur, & ideo contrarium secundum eum concludit D. Marianus Socynus in c. 3. de spons. Cum quo tenet Socy. in d. l. 1. col. 5. uer. ex quibus deciditur, maximè quando uires patrimonii patris tali promissioni non conuenirent, & etiam dicit Bulg. ibidem in repetit. in 12. col. uersic. & ex d. l. &c. ubi uidetur inclinare opinionẽ Bald. præallegatam, quando expresse cõstaret patrem uoluisse, ꝙ omnia bona materna in promissione dotis cõprehẽderentur, & idẽ tenet Cor. consi. 16. in præsenti ad fi. lib. 3. post Soc. in loco præallegato. Sed tamen tutius est, ꝙ patris protestationi filia cõsentiat, ut per Aret. & Modernos, in d. l. 1. super gl. in uerb. Semper, ubi etiam Bulg. col. 8. uers. sed quæritur, & ideo Socy. consi. 53. uiso instrumento col. 3. lib. 4. dicebat, ꝙ solent diligentes fratres facere, ꝙ sorores transeuntes ad nuptias renuncient omnibus bonis, præterquam his q̃ sibi in dotem conceduntur, & sentit Angelus, consil. 51. columna prima. Et hæc sunt memoria digna, & conferre uidentur ad sing. quæstionem Bald. consi. 59. tres personæ. in secunda colum. in 3. libro ubi quæsiuit, an filia quæ renunciauit hæreditati paternæ, debeat nihilominus dotari de bonis paternis. Propterea idem Baldus, consilio 12. quando pater uult filiam. in ult. lib. laborat ad tradendam cautelam, qua mediante possit pa

ter, facere, quòd filia renunciet bonis maternis, quam ui de per eum, cum his quæ late scribit Dec.cons. 180. uisa renunciatione, per totum, & cons. seq.

Dos constituta filiæ à patre, præsumitur congrua & honesta. ita sing. consuluit Paul. de Castr. cons. 108. sub anno quadragesimo, in mea lectura est, in cons. 405. ui sis & consideratis omnibus, in fin. in 2. lib. quæ refert & approbat Dom. Alex. cons. 33. uidetur, ante fin. in 4. lib. & pro sing. citat Do. Ias. in l. uoluntatis. C. de fideicom miss. & commendat Dec. cons. 89. col. ult. & d. cons. 180. circa prin. & consil. seq. col. 3. sed hoc procedit in casu dubio.

Quanta autem constituenda sit, *Bal.* eleganter cons. 323. materia ista. in 3. lib. consuluit quòd ex quo succe dit loco legitimæ, secundum legitimam debebit consi derari & constitui, cum concordantiis signatis per D. Alexan. cons. 69. super primo dubio quæritur, an dicta Agnes, in 1. colum. uer. 2. respondetur in primo, libro & per D. Ias. in authent. nouissima in ultimis uerbis. *C.* de inoffi. testam. & in rub. sol. mat. colum. 6. circa medium, & ultra eum per Corn. ubi citat illud consil. Bal. de quo supra consil. 258. quanquam in hac consultatione, in pen. colum. ad finem, & sequen. in ultim. lib. ubi etiam putat quòd arbitrarium sit iudici excedere legitimam considerata qualitate personarum, & quantitate patri monii, & late Socynus cons. 136. in 3. charta, libro 2. ubi concludit, esse arbitrarium iudici, & late Bal. Nouel lus, ubi dicit ultra prædicta attendi etiam numerum li berorum, & morem regionis in tractatu dotis, in 6. parte. in 17. speciali. uersic. & prædicta conferunt, ubi di cit, se pluries consuluisse. & tradit etiam late D. Alex. consil. 7. uisis, colum. 2. lib. 2. ubi inter alia refert Bald. in auth. res quæ colum. 1. post prin. com. mnnia de lega. post Iacobum de Beluiso, eleganter tenuisse, quod si fi lia aliter uiro condigno nubere non posset, quòd uni uersa patris hæreditas diceretur dos congrua, non exi stentibus liberis. Et de materia uide etiam late Decium

consi.

consi.26.diligenter pro tenui.col.2.uersi.non obstat.& Curtium consi.16.col.6.circa med.uersic. & ideo alias consului,& nouissimè Decium consi.180.uisa col.1.ad fi. & sequenti.ubi latè probat communem opinionem esse,quòd dos non debeat esse minor legitima. & latè etiam idem concludit & attestatur in consilio seq. col. 2.ad fi.& seq.post Corn.consi.100.non caret.col.2.lib. 3. Et in consideranda dote an sit congrua, habetur respectus ad facultates tempore donationis existentes, secundum Bal.notab.in d.authent res quæ.uersic.modo quæro.& ideo diuitiæ superuenientes patri,non augent dotem taxatam,secundum Alexan.consi.33.præallegato.in fin.& hoc,ubi a patre dotata fuerit. Vbi uero ueniret dotanda a fratribus, debet haberi ratio facultatum quæ inueniuntur tempore mortis patris.ita eleganter Paul.de Cast.consi.131.licet ista domina.colum.1. quia tempore mortis patris cœpit ortum habere exclusio filiæ ab hæreditate paterna, ex dispositione statuti, quòd existentibus masculis. ut ibi per eum. Et idem in estimatione legitimæ, quòd inspici debeat ualor bonorum temporis mortis paternæ, latè tradit Iason in authen.nouissima.col.1.& sequenti.C.de inoffi.test.& cõsilio 161.lib.4.Corn.consi.147.circa.princip.in 3. col. uersi.quod maximè.in 1.lib.& latius consi.316. quo ad primum.colum.4.uersic.uidetur autem.eod.lib. ubi dicit,sibi semper plus placuisse, ut in hoc seruemus consuetudinem regionis, per multa, de quibus per eum. Quæ sunt memoria digna, ad intellectum statuti Mediol.quo cauetur ut masculi excludentes fœminas, teneantur eas decenter dotare, secundum uires patrimonii ipsius decedentis. notando uerbum Decenter, super quo facit sui fundamentum Alexand. consi.83.uiso statuto.lib.4.ubi in terminis statuti excludentis fœminas, eas competenter dotando, consuluit dotem taxandam esse saltem usque ad legitimam debitam iure naturæ. An autem filia per statutum exclusa, si a patre dotetur,possit petere supplementum legitimæ, latissimè So- Decẽter.

cynus, consilio 150. colu. 8. & sequenti lib. 1. Et an possit pater in dote dare substitutum filiæ, Corn. consi. 32. licet in 4. lib. Alex. consi. 20. colum. 3. lib. 3. post Bal. in l. quoniam Nouella col. ult. C. de inofficio. testa. & Aretin. consi. 3. breuitate in prima colum. cum his quæ Decius scribit in l. precibus colum. antepen. C. de impube. ubi citat Capram consi. 19. & idem Deci. consi. 106. Et pro tenui, colum. 2. & omnino Bal. Nouellum in tract. dotis 6. parte in 17. speciali, & Guidonem Papæ quæst. 613 si pater, ubi dicit, iudicatum in parlamento Delphinatus, quòd in substitutione fideicommissaria non potest onus apponi in eo, quod est ultra bonorum subsidium.

Dos repeti potest etiam constante matrimonio, quando maritus ad inopiam uergit l. si cõstante. ubi omnes, sol. mat. Sed an mulier possit cedere istud beneficium sibi a lege concessum, Bal. singu. in l. unica colum. pen. C. de priuil. dot. tenet, quòd non. & latè sequitur Curtius consilio 57. summa totius, & Baldus Nouellus in tractatu de dote in 7. q. ult. partis, ubi limitat non procedere, ubi de indubitato commodo mulieris tractaretur, exemplificando, ut ibi per eum, uel quando actio esset inanis propter inopiam debitoris, secundum Curtium ubi supra. Sed tamen Baldus, & Lud. Romanus in authen. quod locum. ad finem. C. de collat. ponderat illum tex. in contrarium. Nihilominus cum ex facto res incidisset, uidi seruari opinionem Baldi negatiuam, declaratam, ut supra, licet apud nos ex dispositione statuti hoc liceat mulieri, marito, & agnati interuenientibus, & precio in emptionem prædiorum collocato, & prædictam opinionem Baldi negatiuam latè sequitur Do. Iason, etiam si iuramento firmata fuisset talis cessio in l. constante in ult. col. sol. matr. in secunda lectura.

Dotis commodum quando transeat ad hæredes mariti, si per eum acceptatum non fuit, donec uixit, est singul. decisio, quæ falsò Bartoli ascribitur, cum sit Bal-

di,

di,in l.si arrogator.in 2.col.i 6.oppositione.ff.de adop. de qua scripsi latè infra in dicto Statuto Mediolanen. cauetur.

Duitas apud Labeonem, quem refert Iabolenus in l. malum.§.uiduam.ff.de uerborum signi.ea dicitur, quã nostri temporis Philosophi dualitatem, & Græci *δυάδα* uocãt. Hinc uidua appellata est, a ue priuatiua particula, quasi uedua, hoc est sine duobus, cũ sola uiuat absq; matrimonio, in quo duo sunt, uir, & mulier. Macrobius tamen scribit, Ethruscorum lingua Iduare esse idẽ ꝙ diuidere, unde uidua, quasi ualde idua, id est ualde diuisa, aut uidua, a uiro diuisa. Et ita castigandus est locus Iureconsulti in præallegato.§.uiduam, apud quem legitur, uiduam dictam esse sine uiduitate, sed scribendum est, sine duitate, prout retulimus supra in aliis Memorialib.in dictione Viduam. *Vidua unde.* *Iduare quid.* *Locus apud Iureconsf.*

E



ECCLESIA multis gaudet priuilegiis, ut in pulchra quæstione consuluit Bald. consil. 331. reuerende pater in 2.lib. Inter quæ nota, quòd licet feudum seculare possit alteri infeudari sine consensu Domini, tamen in feudo ecclesiastico fauore ecclesiæ requiritur auctoritas prælati.ita singula. Bald.in capitu.1. §. præterea de capit. Corrad. de quo scripsi infra in uerbo Feudum, declarando tamen, ut per Baldum in sing.quæstione consi.158.proponitur, quòd quidam locus in prima colum.in 3.libro. Secundo nota, quòd licet regulariter reus non tenetur edere instrumenta actori, ad fundandum intentionem l.nimis graue, cum simili.C. de testib. ut concludit D.Alexan. consi.58.circa primũ quæsitum, in 1.col.uersic.2.& melius lib.1.& Bal. Nouellus in tractatu de dote, in 11.priuilegio nonæ partis.& Do.Alex.consi.133.incipien. uisa facti narratione.

ne.in ult.col.in 2.dub.in 1.lib.tamen fallit in ecclesia. ita sing.Bal.in c.1.col.2.uers.sed contra hoc. extra, de probat.& pro sing.commendat D.Iason in l.1.col.2.in fi.C.de edend.& latè tradit D.Decius post alios scribentes.in d.c.1.in 9.col.ad fin.& sequenti. Tertiò nota, quòd licet secundum communes regulas, qui prætendit sibi bona alicuius generaliter obligata, & uult agere ad rem unam, quam dicit debitoris fuisse, quã nunc conuentus possidet pro donato, habet necesse probare, donationem illius rei sequutam esse generalem hypothecam suam, ut est casus expressus in lege. de rebus. C.de don.an.nup.& est singularis, ad hoc secundũ Bar. in l.1.in 1.col. C. de iure fisci.lib.10.tñ in ecclesia speciale est, ut præsumatur, donationem subsequutam esse talem hypothecam. ita singulariter tenuit Francis. de Aret.antiquior, quem refert Lud.Ro.repeitt.authen. si militet.in 7.col.uersicu.decimatertia.C.ad l.Falcid. & pro sing.commendat D.Ias.in ult.col.pe.C. de edic. diui Adr.tollendo. Quartò nota, quòd licet mutuans institori, non habeat necesse probare uersum in utilitaté domini, iuxta dispositionem l.ult.ff.de exercitoria, tamen hoc non procedit in prælato ecclesiæ, ut concludunt communiter Doctores in l.ciuitas.ff.si cer.pe. ubi idem dicunt in ciuitate. quod ultimum limitabat sing. Bal.in rub.C.de exercit.in penul.col. uersi. econtra uidetur non procedere, quando ciuitas, uel ecclesia exerceret artem naualem, & quæstuariam per magistrũ suũ, quia hoc casu etiam ipse uteretur iure communi.quam limitationem dicit sing. & alibi se non legisse D. Alex. in d.l.ciuitas.in penul.colu.post principium. ubi tamen eam non putat ueram, licet D.Ias.ibid.in ult.col.in uersi. ista limitatio.eam uideatur approbare. Quintò, ex his sing.consuluit.Bar.in consi.26.testator in testamento disposuit, in 2 colum.quòd si institui ecclesiam construendam in domo mea sub tititulo sancti Alberti, & postea domum alienauerim, non tamen intelligo reuocasse institutioné ecclesiæ, quod dictũ pro sing. citat

D.Ias.

D. Ias.in l.3.in ult.colu.C.de legatis. Sextò nota sing. dictum Ioan.And.& D. Ant.in c.cum inter de re iudi. ubi dicunt, ꝙ si rector uel canonicus ecclesiæ sit tabellio,& conficiat testamentum, in quo testator instituat illius ecclesiam hæredem, uel ei leget fauore ecclesiæ, tali testamento fides adhibebitur, neque poterit tabellio hoc casu puniri,& hoc pro sing.not.Mathes. notab. 89.nota sing.dictum. Septimò,accedat, ꝙ sing.decidit Ludou.Rom. in commento auth. si mulier colum.19. uersi.12.C.ad l.Falci.ꝙ licet si producantur duo testamenta, in quibus non constet de prioritate, nullum ualeat, secundum communes regulas, & concludit gl.& Barto.in l.1.§.non autem ff.de secundum tabulas cum his quæ scripsi suprà in uerb.Actus.tamen hoc fallit secundum Romanum, fauore piæ causæ,& ideo si in altero ex illis testamentis est aliquid relictũ ad pios usus illud tanquam ultimum præualet, & hoc dictum pro sing.commendat D.Iason, ubi ita refert se consuluisse in l.3.col.pen.uers.3.sing.C.de edic.diui Adria. tollen. Octauò facit,ꝙ sing.decidit Archid.in cap. quicunque post glo.ibi 12.q.4.Quòd si res ecclesię, & res prælati eiusdem ualoris patiatur incendium,uel sit in aliquo periculo, tenetur prælatus præferre res ecclesiæ suis propriis,& hoc pro sing.& notando reassumit And. Siculus in tract.de præst Car.in 3.quæstione primę partis, colum.10.uersi.& addit unum, Quod bene nota ad illud uulgatum adagium: Omnes malle sibi quàm alteri,iuxta l.præses C.de seruit.& aqua.& bene facit text. sing.in l.ex omnibus C.de decur.lib.10, ubi eodem modo utilitas publica præferri debet priuatæ cum multis similibus adductis per Feli. in cap. nonnulli in princ.in 25.colum.& seq.in 7.fallen.de rescrip. post D.Alex.in l si ex toto in princ. in prima, & secunda columna de legatis primo. *Oẽs mal le sibi ꝗ alteri.*

Edere eum quoque Labeo ait (ut refert Vlp.in l.1.in prin.ff.de eden.) qui ꝓducit aduersarium suum ad album & demonstrat quid dicturus est. In his uerbis mendam *Vlp. locus.*

esse

in Latinam linguam commentariis, super 24. Epigrammate: Si quis ades longis rem, &c. tamen tacito (ut mo ris suis est) Nonio, à quo didicerat. Nam (quod eorum pace dixerim) Elucificare apud Laberium accipitur in alio intellectu, neque significat lucidare, aut clarificare, prout putant ipsi, sed quod est totum contrarium, luce priuare. *Sipontini error.* Quidam enim diues auarus apud Laberium deplorat asotiam, & popinationem filii, aitque uelle Democriti exemplo se luminibus oculorum priuare, ne uideat filium nequitia, & luxu patrimonium dissipantem. Laberii carmina si quis desiderat, citat A. Gellius, apud quem tamen lucificare inuenies, pro elucificare, & malè, & ita etiam uerbum elucificare, q̄ significat luce priuare, exponit Ambrosius Calepinus in suo Dictionario, & Philippus Beroaldus, uir sæculi nostri diligentissimus, in suis in Apuleium commentariis. *Democritus se oculis priuauit.* *Gell. locus.* Et secundum ista debet declarari Vlpianus in l. sed etsi §. si magister. titulo, ad l. Aquiliam. dum refert Iulianū scribere, Aquilia teneri eum qui eluscauerit in disciplina discipulum. *Vlp. locus.* Licet quidam mendam putantes, tentauerint textum nitidum deprauare: quorum nomini parco, qa uiuunt, & errorem corrigere possunt, palinodiamque (ut aiunt) cantare. *Pallinodiam cãtare.*

Embamma condimentum ad obsonia paranda, ut docet Columella, dum inquit: Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam specioso uteris, & ideo quæsiuit Vlpianus in l. si quis uinū, de uino, trit. oleoq; leg. si acetum quis legasset, an embamma contineatur? *Vlp. locus.* & putat contineri: quia aceti numero fuit apud quem tamen emblema mendose legitur. Sunt etiam qui embammata accipiant immersiones, quãdo intingimus uel panem, uel obsonium in uasculis repletis re liquida, & à Græco uerbo ἐμβάπτειν deduci uidetur, quod est immergere, & intingere & hæc opinio uisa est postea placere Alexandro Genial. dierum lib. 5. cap. 11. Sũt etiã qui embãma putent dici acetum coagulatũ, q̄ uino diffusum aut aqua, aceti saporẽ facit, & ꝓpterea in legato

aceti

aceti continebitur embāma, qm̄ eiusdem saporis est.

Emblemata appellantur, opera quæ ex tesserulis structa sunt, quale est musceatum in parietibus seu pauimētis, & tarseatum in lignis. ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλω quod est, interfero, uocitata: Accipiuntur etiam pro sigillis ex auro, uel argento, uasis impressis, illigatisque. Cicero in actione quinta, de signis taxat Verrem, q̄ emblematū nim coaceruauerit, quæ omnia uasis Siculorum cælatis impudenter abstulerat. Plin. libr 34. Vlysses, inquit, & Diomedes erant in Phialæ emblemate, Palladium surripientes. Lucil. Arte pauimento atque emblemate uermiculato. Quem citat Cicero, dum inquit: Nullum nisi loco positum, & tanquam in uermiculato emblemate (ut ait Lucilius) structum uerbum uideres, & de

Locus Iurescon. his apud nos intellexit Pau. Iureconsultus in l. pediculis §. 1. ff. de auro, & arg leg. Meminit Vlpi. in l. Quintus Mutius §. cui aurum eo. tit.

Emphyteota tenetur demonstrare domino, quænam sint bona pro quibus canon præstatur: alioquin omnia eius bona præsumuntur emphyteotica. Specu. in tit. de locat. § nunc aliqua quæst. 59. & tribus sequentibus, & latè D. Ias. in l. 2. col. 59. in 13. q. C. de iur. emph. Verūta men istud sing. limitatur non procedere, quādo emphy teota haberet iustam causam ignorātiæ, ut quia alicui successisset. arg. l. qui in alterius ff. de reg. iur. ita in terminis limitat Albericus in l. si certis annis col. 3. uersi. item quęritur C. de pact. & in uasallo tenet Bald. post Iac. in c. 1. §. uasallus el 1. col. 2. ad fi. si de feud. fuer. cōtro inter dominum, & agnatum, & Aluarotus ibidem, in ult. colum. Secundò limitatur non procedere, quando emphyteota demonstrat aliqua bona, pro quibus ue risimiliter potest præstari canon, quia tunc, si dominus plura alia bona assereret esse supposita, hoc ipse probare deberet. ita notabiliter consulendo tenet Socyn. cōsi. 167. non inutilis, sed necessaria colum. 7. & sequenti, li bro secundo, & facto cum incidisset, uidi obseruari, & in dubio quid sit agendum, uide Baldum consilio 107.

ad sciendum lib.4.

Emphyteosis non uenit in petitione paternæ hæredita tis,per ea quæ refert Dom.Alexan.conf.91.ponderatis his in pen.col.in 1.libro , quod consilium superfluo inculcatum reperies consi.11.in 3.lib. Et ideo sing. decidit *Bar*.post Dynum in l.item uidendum §.ult. ff.de peti.hæred.quòd si frater fecit quietationem,de omni eo, quòd petere posset in hæreditate paterna , non per hoc impeditur petere partem feudorum , uel possesionum emphyteoticarum,quia petuntur uigore contractus, & hanc decisionem sequitur Alex.conf.19.super eod.in 1. col.in 5.libro,& pro singulari commendat Dom.Iason extendens etiam si iurata fuisset,in l.si non fortem §. libertus in pen.colum.de cond.indeb.& in l. Gallus §. 1. colum.pen.utriusque lecturæ ff.de lib. & posthum.& in l.quodcunque §.sicuti in 4.notabili de uerb.oblig.& in auth.unde si parens *C*.de inoffi.testamento,& in præludiis feud.in 13.col. uersic. iste est subtilis passus, & col. seq.uer.circa tamen illud, & idem ex facto consuluit sing.*B*al.conf.437.quædam puella fuit per totum in 1. lib.Et in omnibus istis locis Ias.limitat prædictam decisionem non procedere,si in quietatione esset renunciatum bonis,quia appellatione bonorum ueniret emphyteusis,ita sing.decidit Speculator in ti.de locato §.nunc aliqua in pen.charta uersic.156.quæritur utrum filius, & in singulari quæstione concludit *B*al.cosil.254.præmissis uerbis in primo libro. In feudo autem tenet procedere indistincte decisionem Bar.per text.clarum,in c. 1.§.in generali si de feudo fuerit controuersia inter dominum,& agnatum. Addo tamen,quòd contrarium in hoc ultimo tenet sing.And.de Iser. summus Feudista , in c.1.ad finem de capitaneo qui curiam uendidit,quia secundum eum , appellatione bonorum ueniunt etiam feudalia,& ita debet limitari tex.in d.§.in generali , & hoc modo decisio singularis Bartoli recipit duas nouas limitatione,& hoc ultimum , quòd bonorum appellatione feudum comprehendatur , cõsulendo firmat Ias.

conf.

tit ad hoc.ff.si certum pet. Item numquid persona recipientis comprehendetur, distinguit sing. Bal. cons. 448. concessa est, lib. 3. quod consilium ab impressoribus inculcatum inuenio, in 4. lib. cons. 375. & late Do. Alex. cons. 125. attentis uerbis, col. 2. & sequenti, lib. 5. & cons. 11. in 2. dub. in 3. lib. & in l. quod dicitur circa nonam chartam de uerb. oblig. post Bald. in l. 2. colum. 2. uers. quæro quando per præscriptionem. C. de iure emphyteotico, & in auth. si quas ruinas, col. 2. uersic. iuxta hoc. C. de sacrosanctis ecclesiis, & in dictis additionibus ad Speculum, titulo de locato, columna 2. uersic. item, & in tertiam. & latius colum. fin. uersic. nomine tertiæ generationis, & Socyn. consil. 25. D. Franc. col. 1. & seq. lib. 1. in quibus locis copiose disputatur, an pronepos comprehendatur in concessione facta usque in tertiam generationem.

Pronepos an cõprehẽdatur i cõcesſi õe facta usque ad 3. generatio nem.

Emphyteosis concessa Petro, & Marcello fratribus, & cuilibet in solidum, mortuo Petro sine liberis intelligitur dominus tacite renouasse inuestituram in Marcellũ superstitem, cui non decrescit propter illud uerbum in solidum. ita sing. Bal. in l. 1. in 11. col. in 11. q. C. quando non pet. par. quod pro singul. refert, & commendat D. Ias. in l. ult. in 11. notab. in 9. col. C. de iure emphyteotico, & ultra eum sequitur Dom. Alex. cons. 30. quoniam omne datum in 3. col. uersiculo tertio considero, lib. 1. quod consilium est superfluo repetitum in consil. 2. in 5. lib. & Dec. cons. 108. ista uidetur, col. ult. in prin. & cons. 17. considera is in 3. dub. in 5. lib. Et hoc dictũ Baldi est memoria dignum, quia hoc casu emphyteosis renouatur absque scriptura, cum tamen communis opinio sit, quod in contractu emphyteotico requiratur scriptura pro substantia, ut concludunt Doctores post gl. in l. 1. C. de iure emphyteotico, ubi late Dom. Iason. 16. col. & seq. D. Alex. consil. 135. uiso & examinato, columna quarta, uersiculo præterea si dicamus in primo lib. Et in tantum hæc opinio cõmunis

Scriptura equiritur i cõtractu emphiteotice

se

se extendit, quod per eam decidit sing. Bald. in d. l. 1. in penultima colum. uersic. sed nunquid emphyteosis. C. quando non pet. par. Quòd si emphyteosis sit finita aliquo modo, puta per generationem deficientem, & dominus patiatur hæredem emphyteotæ perseuerare in re emphyteotica, quod per hoc non intelligitur facta tacita renouatio, iuxta l. item quæritur, §. qui impleto. ff. locati; Quod dictum pro singulari sequitur, & declarat D. Iason, in l. secunda, colum. 44. uersiculo prędictæ doctrinæ, & col. 49. uers. & allegata per Fulgosium, C. de iure emph.

Emphyteota qui amisit instrumentum emphyteoticum, seu inuestituram, quomodo docebit de iure suo? dic, quòd ex solutione consueta: nam qualis apparet solutio, talis præsumitur præcessisse concessio. ita eleganter Bald. in l. si certis annis in 3. col. uersic. & ista sunt, C. de pactis, ubi dicit esse multum notabile pro emphyteotis, & etiam ad aliud, quòd ex persona defuncti qui soluit, transit præsumptio contra hæredē. arg. tex. sing. in l. cum de in rem uerso. ff. de usuris, circa princip. Et subdit Bal. se credere tales concessiones præsumi, quales erat solitum fieri, uel in unam personam, uel in plures, secundum consuetudinem cōcedentis per l. licet. C. locati, & hęc dicta Baldi approbat D. Alex. cons. 107. in causa, & lite uertente, col. 1. li. 1. ubi consuluit, quod si locatio esset facta, & non appareret de solutione certæ mercedis, quòd debet inspici consuetudo, ut per eū. Baldus etiam sequitur Dom. Alexand. consil. 124. consideratis col. 1. lib. 5. & Dec. consil. 246. colum. 2. circa medium. Sed an prædicta procedant stante statuto Mediolañ. quòd per testes non possit probari, quòd res sit libellaria, uide sing. dictum Baldi, qui loquitur in fortioribus terminis in l. 1. col. . uers. quæro quid statutū, C. de fideicommiss. de quo facio mentionem infra in uerbo, Solutio facta.

Emphyteota non potest alienare irrequisito domino l. ult. cum uulg. C. de iure emphyteotico. Sed an possit facere

cere aliquem usufructuarium sine domini consensu, Baldus sing. tenet, quòd sic in l. 1. §. primo, per illum text. singularem, ff. quibus modis ususfructus amit. & pro singulari refert, & sequitur Dom. Iason, in d. l. ulti. in quarta, & octaua quæstione, C. de iure emphyteotico, & ante eum D. Alex. ubi refert sibi ex facto incidisse, in l. 3. §. ex contrario in 21. colum. uersi. quærit Bart. & 24. colum. uersic. facit ff. de acquiren. possessione, & in consilio 120. super eo, quod quæritur in ult. uerbis 1. lib. Tamen contrarium tenet Ludo. Rom. singula. 636. scis quòd emphyteota, motus per text. in l. ult. C. de rebus ali. nõ alien. ubi prohibita alienatione simpliciter, intelligitur prohibitus omnis actus per quem quærit ius alteri in illa re, & hoc idem quod D. Ludouicus refert Franciscus Cremensis, nullo addito, in notab. 85. incip. emphyteota non potest, ubi putat opinionem Baldi falsissimam. Tamen ad illam l. ult. potest responderi, prout respondet D. Ias. in l. 3. & ex contrario in 8. col. uers. nota successiuè, & c. de acquirenda possessione, ubi confirmat hanc singularem decisionem Baldi. Sed nũquid poterit compromittere de re emphyt. Bal. sing. tenuit, quod sic, in l. ult. §. ult. ad fi. C. communia de leg. quia per sententiam arbitri non transfertur dominium, & sequitur Alex. consi. 1. col. 2. circa med. li. 5. & pro sing. commendat Do. Ias. in Liusiurandum quod ex conuentione §. pupillus in 1. no. in 1. col. ff. de iureiur. & in d. l. ult. in 35. col. in 9. q. C. de iure emphyteotico, ubi tamẽ contrarium concludit.

Emphyteota alienans irrequisito domino, cum pacto legi, commissoriæ, uel adiectionis in diem, eueniente conditione non cadit. ita sing. Bald. post. Gulielmum de Cuneo, in l. ab emptione col. pen. uersic. extra quæro ff. de pactis, & pro sing. commendat D. Ias. in l. ult. in 21. q. extra glossam C. de iure emphy. & Cur. consil. 8. uiso, col. ult. Quid autem si alienet irrequisito domino, sed in instrumento dicatur uendo, & trado, reseruato consensu domini, & non aliter, an isto casu cadat à iure

suo Bald.in l.unica in ult.colum.in 16.q.C.de his quæ pen.nom.decidit,quòd sic.quia talis protestatio est cõtraria facto,cum traditio sit facti, & in ipsa traditione requiritur licentia,& idem dicit Baldus, si dicatur saluo iure domini,in c.1.§.ult.colum.ult.uersic.sed pone, pater ista dicit,&c.in titulo, quæ fuit prima causa beneficii amittendi,quia cum non sit denunciatum domino clàm uidetur fieri,& sic uidetur dominus contemni,secus forte esset secundum eum , & quidem singulariter, si adiecisset hæc uerba,non aliter,nec alio modo,quia tunc nihil uidetur actum domino cõtradicente,ex quo constat,ꝙ non intendit alienare nisi possit, & sic uidetur prædictis contradicere.& hoc tenet Abb.in cap.ult. colum.ult.de feudis & de ueritate.Ias.tradit in l.non solum §.morte col.15.de operis noui nunc.& pro singu. citat D.Ias.in l.ult in 24.quæstione extra glo.C.de iure emphyt.ubi putat memoria dignum pro limitatione *Cautela.* illius l.& cautela ad euitandam eiusdem. l.dispositionem,ut latè de ueritate disputat D.Feli. ubi ponit pulchram distinctionem in cap. quæ in ecclesiarum colu. 35.ad fin.& sequenti, extrà de constitutionibus , cuius distinctionem dicit semper sibi placuisse Cur. in tract. feudor.in 4.parte in 21.q & D.Fran. Ripa in c.cum N. notab.80.de constitutionibus, & ulterius etiam Bal.sequitur Socy.consi.251.quoniam in præsenti col.5.uer. postremo lib.2.& latissimè consulendo Franci. de Curte consi.8.uiso instrumento uendit.per totum . præsertim in 2.col.licet de eo uisus sit dubitare.D.Alex.cõsil. 3.uiso instrumento concessionis in 3.colum. uersic. in tantum lib.1.Quid autem foret, si emphyteota alienasset, saluo honore domini,uel si in clausula , Vendo si, & in quantum de iure possum , & non aliter, cum clausula , si domino placuerit , uel cum clausula , si dominus non reuocauerit?ponit D.Ias.in d.l ult.in penul,& ult.col.C.de iure emphy.quem citat Feli.in c.inter monasterium col.2.de re iu.& ante oẽs ponit Bart.Veron. in suis caut.in 6.charta , ubi nouem modos artificiose

collegit in hac materia. Ex quibus omnibus colligitur talis cautela tutior cæteris, ut uendens dicat, uẽdo, uel concedo fructus, uel ipsam perceptionem fructuum sub hac conditione, si domino placuerit, & contractum ap probauerit, uel si dominus non reuocauerit, & sic saluo & reseruato omni iure, & honore, & consensu domini, & si de iure possum, nec aliter, nec alio modo, si autem domino non placuerit, uel ipse non consenserit, uel re- uocauerit, uel de iure non possim, res sit inempta, & uẽ ditio, uel alienatio sit irrita, & ipso iure nulla, & tali casu nullum dominium, neque possessio translata sit. Et hoc modo artificiose collecto, utere si contingit, modo tamen in recuperatione non fiat deterior condi tio domini, ut considerat Felyn. in d. c. quæ in ecclesiarũ colum. 35. uersic. secundus casus est. Et hæc etiam sunt utilia ad ea quæ scripsi inf. in uerb. Vasallus uendens, & ad consuetudinem Mediolan. ut emphyt. possit facere alium sub emphyteotam irrequisito domino, licet com munis conclusio sit in contrarium, ut per Doctores in locis communibus, quos citat Do. Ias. in l. ult. in 32. co lum. uersic. secundo quæro, C. de iure emphyt. reproba ta glossa. in §. adeo, instituti. locati. super qua fundauit se obseruantia Mediolanẽsis, circa quam bis consuluit Socyn. consil. 256. si in præsenti, & consil. 261. punctus, in 2. lib. *Cautelæ.* *Emphy-teota põt sub em-phyteotã facere.*

Emphyteuta priuati cessans in solutione canonis per triennium, cadit à iure suo, l. 2. C. de iure emphyt. Sed emphyt. ecclesiæ, biennio, auth. qui rem. C. de sacrosan. eccl. & cap. potuit de locato. Declaratur, nisi habeat in emphyteos. rem, ex qua colliguntur fructus solum om- ni biennio, quia tunc debet expectari emphyteo. priuati per sex annos, emphyteota uero ecclesiæ, per quatuor annos. ita singul. declarat Bal. in l. ædem colu. 1. ad fin. uers. & quæro quomodo accipitur, C. locati. Hoc dictũ commendat D. Alex. pro declaratione dictorũ iurium in l. diuortio, §. 1. in ult. col uersic. unum non omitto. ff. sol. matr. ubi inducit ad quæstionem quã habebat in

 facto

facto. Et hoc dictum Bal. etiam pro singulari approbat D. Iason in d. l. diuortio. §. quod in anno in 3. notab. & in d. l. 2. in 4. not. C. de iure emphyteotico, & in authē. qui rem in 2. col. C. de sacrosanc. ecclesiis. Secundò singulariter declaratur, nisi in instrumento adesset iuramentum, quia statim qui non soluit, est periurus, & ideo cadit. ita singulariter limitat Bald. in c. quærelam uersic. nota quod propter duas extra de iuramento. & ita ex facto cum incidisset, consuluit D. Alex. cons. 85. non puto in 1. lib. quòd est superfluo repetitum in eodē uolumine, consi. 126. & idem sequitur Corsetus in repet. rub. de iureiur. in 11. priuilegio, ubi reprobat Do. Ias. qui tenuit contrarium in l. 2. in 9. quæstione in 13. col. C. de iure emphy. in prima editione, qui tamen postea mutauit opinionem in lecturis, quæ nunc circunferuntur, ut etiam ipse non est inficiatus in l. si quis maior in 4. notab. C. de transac. ubi palinodiam recantat, approbans hoc sing. dictum Baldi, & ibi etiam D. Frā. de Curte refert, se ita uidisse obseruari, & pro singu. citat D. Ias. in l. ꝙ te in 8. col. uers. iuxta prædicta. ff. si cer. petat. Et ultra eos confirmo per illud quod notabiliter tenuit Io. Baptista de S. Seuerino in tract. suo trāsactionum in 15. quæstione, ubi decidit, ꝙ si creditor fecit pactum cum debitore, ut pecuniam sibi iam debitam solueret in tribus annis, puta ex trecentis debitis solueret centum quolibet anno, & debitor iurauit seruare promissa, si postea contingat, ꝙ debitor in primo anno nō soluat illa centum, tanquam periurus potest statim cogi, ut integram summam soluat, non expectato triēnio. Et hoc bene nota, quia uidi pluries practicari, & de simili pacto meminit Iureconsult. in l. si necessarias. §. si annua. ff. de pignor. actio. & his adde quæ notabiliter tradit Mathes. notab. 50. nota magnum periculum, & notab. 55. nota hanc regulam, & Dom. Ias. in l. si quis maior in 10. not. C. de transac. & in l. si conuenerit in secundo, & tertia columna, ff. de iurisd. omn. iudic. ubi tradunt illam notab. licet uulgatam regulam, ꝙ iuramentum

Iuramēti effectus.

Debitor periurus cadit a dilatione.

mentum

mentum facit actum ualere, prout melius ualere potest, ut est tex. in l. cum pater. §. filius matrem de leg. 2. qui est adhoc singularis in iure secundum Doctores, ibi, & ubiq; inter alios Bar. in l si quis pro eo. col. penultima uersiculo 7. prohibetur. ff. de fideicommiss. & declarat Aretinus in l. qui superstitis, columna quinta, uersiculo reliqua de ista confessione, extra de rescrip. post Dominum Antonium in capitulo si diligenti, columna quinta, uersiculo fallit etiam quãdo de foro compe. & Felinus in capitulo cum super. in 3. columna, uersiculo nota etiam, de offic. deleg. & in in pulchra quæstione citat Alex. consil. 42. super præmisso themate, columna quinta, uersiculo, & idem notab. lib. 1. ubi concludit, iuramentum ligare etiam mulierem, non certioratam de beneficio sibi competenti. Et ita secundum eum debet declarari, quod elegãter Baldus tenuit in l. 2. 5. columna in 4. quæstione. C. de rescin. uenditione, ubi Bal. exigebat, quòd mulier minor, & rusticus essent certiorati de beneficio illius l. non procedere, nisi in contractu iurassent, ut ibi latè per eum. Et latius de ueritate illius dicti Bal. ponit Alex. ibid. in 7. colu. uers. non obstat quartum argumentum, &c. *Iuramentum facit actũ ualere.*

Emphyteotæ regulariter propter sterilitatem non fit remissio, ut est communis conclusio Doctorum, teste D. Abb. in capitulo propter sterilitatem in primo notabili, extra de locato. cum concordantiis relatis supra in uerbo Conductor, quod etiam per Ducale decretum apud nos ex relatione collegii Mediolanen. alias sancitum fuit, quando propter bellum fundus emphyteoticus non potuit coli, uel cum cultus esset, fructus amissi sunt. Licet secus sit in simplici colono, seu inquilino, ut latè scripsi in loco præallegato. Rationem diuersitatis ponit Bartolus singula. nec alibi ita clarè legitur in l. prima, in prima columna, in secunda oppositione. C. de iure emphyteotico, quia emphyteosis datur sub quadam pensione modica, quæ percipitur magis ad ostendendum recognitionem dominii, quàm in recompen-

sationem fructuum, qui percipiuntur meritò, licet pereat pars rei, non tamen fit diminutio mercedis, quia semper remanent fructus sufficientes ad pensionem, seu canonem, quod annuatim præstatur, quod non cõtingit in locutiòne & conductione. Et sequitur istam rationem diuersitatis Do. Anton. in c. potuit. ante finem, de locato. & in effectu Aret. consi. casus talis est. in 2. colum. uers. his præmissis, &c. & consil. 55. in causa mihi imposita. circa med. Ex ista ratione infertur, quòd si emphyteosis esset acceptata non sub modica præstatione census, ut quia a principio nulla pecuniæ summa esset numerata, sed tãtum taxatum annuum fictum, ad rationem quinque pro cent. prout quotidie fieri uidemus, cum talis pensio uideatur taxata in recompensationem fructuum, quòd tali casu fienda esset remissio, prout simplici conductori, arguendo a ratione cessante quod si uerum est, daretur maxima limitatio ad supra adducta, secundum D. Iason. in d. l. 1. in 5. col. in ul. no. C. de iure emphyt. ubi post Salicetum uidetur improbare, quia sit contra generalitatem illius l. penul. Nihilominus licet Salicetus & D. Iason uideatur reprobare istam illationem, tamen reperio quòd in specie secundum istam illationem decidit Ludo. Roma. consil. 369. circa primum. in 7. colu. uers. 2. probatur. in 6. dub. & D. Alex. in consi. 112. uidetur in præsenti consultatione. in 2. col. uersi. 5. probatur. & uersi. 7. confirmatur. in 1. lib. quod consilium superfluo repetitum inuenies in consi. 6. in 2. lib. sequitur etiam Socy. in l. Gallus. §. etiam si parente. in 2. colum. ff. de lib. & posthum. post alios ibi per eum relatos. & inuenio etiam quòd Corsetus sic in suis sing. in uerb. contractus præsumitur. refert quòd dominus suus, uidelicet Andr. Siculus (nisi fallor) in capit. 3. de dilation. dicebat se alias Bononiæ consuluisse, cum fuisset concessa quædam domus in emphyteosim sub magna mercede, adeò quòd non daretur maior ex simplici locatione, quod hoc casu erat fienda remissio, si casu fortuito non poterat frui plenè

domo

domo illa. & idem etiam firmat Andræas Siculus consi. 14. Clementissimi Dei, in ulti. columna, in 2. lib. ubi dicit se ita infinitis uicibus consuluisse, & uidisse iudicari. Et hoc etiam tenet idem Barba. in c. potuit. col. 12. uers. ultim. ex eadem, extra locat. Ex quibus patet, istam esse communem opinionem. Pro qua facit, quòd sing. notat Abb. in c. constitutus. in pen. colum. uersic. tertia differentia. extra de relig. domibus. ubi per illum tex. nisi quòd si ponantur in cõtractu uerba quæ possunt trahi ad uarias species contractuum, non debemus contractuum interpretari secundum uocabula apposita, sed potius secundum naturam ipsius contractus. & ideo debemus iudicare, istum contractum non esse uerè emphyteoticum, sed potius locationem ad longum tempus. & istam regulam Abbatis firmat etiam Aret. in d. consi. 10. in 2. col. uers. item præmitto. & consi. 160. longa. col. 8. circa med. Et quæ dicta sunt circa remissionem impetrandam, possunt etiã procedere respectu melioramentorum, ut eodem modo distinguamus, quia si soluit pensionem correspondentem fructibus, non perdet melioramenta, licet cesset in solutione. Et ita declarabitur materia l. 3. C. de iure emphyt. & ita alias ex facto cum incidisset circa melioramenta, uidi consultũ per integerrimum Iureconsul. D. Paul. Picum præceptorem meum, qui etiam de hoc tetigit in l. 2. in princ. ff. si cer. peta. & in authen. præterea. in notab. C. unde uir. & ux. quæ bene nota, quia uidi in facto, cum quædam domus emphyteotica fuisset per milites regios combusta una cum multis aliis, in oppido Ripaltæ, & ita fuit iudicatum per D. Iaco. de Ello Iureconsultum Medio. dictis. Et ista quæ dicta sunt, procedunt quando remanet aliqua pars: cum alioquin uulgatum sit illud, quod uice carminis usurpatur.

Contractus non regulatur secundũ uerba quãdo natura repugnat.

Tota ruens domus, liberabitur emphyteota.
Ruens pro parte, non liberabitur arte.

Tota ruens domus &c.

Quæ carmina ponit etiam Abb. in d. cap. potuit. in ultimis uerbis, post Specu. in tit. de locato. §. nunc ali-

qua quæstione 134.Inuenio tamen ꝙ Ange. nota.in §. lex. itaq;,in penultimo not. in authentica de non alienãdo,infert per illum tex. ꝙ emphyteota cuius domus incendio perierat,teneatur reficere,& pro solo illã mercedem præstare, quam pro tota domo prius soluebat, & eum sequitur Iaſ.in l.1.col.4.uerſ.ego autem,& col. 9.& col.18.& col.20.C. de iure emphyteotico. Sed puto eius dictum procedere in emphyteota soluente quid minimum,in recognitionem directi,per supra adducta, & ideo senatus Mediolanensis consueuit ex diuersitate casuum remittere fictum per aliquos annos,ut interim domus reficiatur.

Emphyteota non soluendo canonem,cadit,ut supra dixi. Sed an ualeat rescriptum Papæ in contrarium,quòd per talem cessationem non cadat,iam desiit, dubitari, quia Bal.sing.dicit rescriptum non ualere, in l. si a te. C.de pac.inter emp.& uenditorem, quod pro singu.& bene notando approbat Firmianus,in trac.de Gabellis, in 7.parte in 7.columna,in 10.quæstione,& Fran.Cremen. notabili. 106. non ualet. Tamen in contrarium facit quod singu.consuluit Do. Abbas Panormi. consi.122.circa principium breuiter in 2.dubio in 1.libro,ubi concludit ualere consuetudinem,quòd emphyteota ecclesiæ non cadat,licet cesset in solutione canonis, ecclesiæ succursum est, ex quo potest cogere eum ad pensionem, & de hoc consilio meminit Dom.Card. Alex.in capitulo primo in principio in 8.col.in princip. qui feudum dare poſſ & D.Feli. in capitulo cum causa in 6.col.in 9.fallentia,extra de re iud. & D. Iaſ. in l.1. colum.37.uersiculo similiter,secundum eum.C.de iure emphyt. Socyn.consi.99.colum.1.lib.1. Ideo cogitandum est,quis melius induat arma, & sunt memoria digna,maximè in ciuitate nostra Mediolanen.ubi ex quadam quasi consuetudine, per senatum solet prouideri, ne emphyteota cadat ob canonem non solutum,modo paratus sit realiter soluere, quia caducitas est odiosa pro maiori parte. Nunquid autem possit emphyteota

moram

moram purgare, nulli dubium, quòd sic, propter textum, in capitulo potuit de locat. Est uerum ꝙ ad excludendam dispositionem d.c. potuit datur cautela, quòd dominus statim protestetur etiam absente emphyteota quòd non intendit ipsum habere amplius pro liuellario, quia tunc non potest moram purgare, secundum Bartol. Veronens. caut. 207. tu scis, quòd emphyteota, & reassumit Decius consi. 138. colum. 2. in fin. & consi. 140. pro tenui facultate mea in 3. colu. Sed dubitatur, an si res Emphyteotica ecclesiæ sit reuersa ad Abbatē, quia incidit in commissum, an poterit Abbas alium inuestire, priore emphyteota aliter non citato, dic quòd sic. iuxta regu. qui potest inuitis ff. de reg. iur. ita singu. Ludo. Romanus consi. 202. quo ad primum, quo requiritur in primo dubio, ubi dicit esse casum de hoc in l. ne cui liceat C. locat. & hoc dictum pro sing. citat Do. Ias. in l. 2. col. 6. uer. item hoc, C. de iur. emphy. & ultra eum sequitur Alex. consi. 130. difficultas circa prin. in 1. lib. licet in contrarium facere uideantur ea quę adduxi supra in uerb. Citatio partis. Cautela.

Sed an teneatur canonem emphyteoticum portare ad domum creditoris? nulli dubium, quòd sic: quando sint eiusdem fori, uel res emphyteotica est sita sub foro domini, ut sing. decidit Bart. in l. item illa colum. 2. uersiculo tu distingue ff. de constituta pec. & pro singu. & diligenter not, commendat D. Ias. in l. 2. colum. 27. in 38. q. C. de iure emph. ubi etiam in 41. q. ponit, quis debeat soluere datium, & uicturas, & dicit pertinere ad emphyteotam. Cum his quę latè scribunt omnes, maximè Dom. Alexan. in l. cum filiusfami. Stichum §. ulti. ff. de uerb. oblig. ubi generaliter tractant, quando debitor teneatur adire creditorem: ponunt etiam Canonistæ in capitulo significante, ubi clarè D. Abb. in ult. colum. uersic. sed extra glossam de pigno. cum aliis concord. traditis per D. Felin. in c licet Hely sacerdos, colum. 3. uers. 2. limit. extrà de simonia, & tangit Veronēsis in tractatu de contractibus simulatis in 3. præsum-

ptiones

ptione.in 33.col.uerſ.2.caſu.

Emphractæ naues appellantur,quæ undique clauſæ, ſunt à uerbo Græco ἐμφράττω, quod ſignificat ob tun do,occludoque.Plin.tradit haſce naues à Taſijs inuen tas eſſe.De his ſæpe Iuli.Cæſar,& cæteri, & apud nos Vlpianus in l.1.§. ſed ſi ut certis titul. de exercitoria actio. licet apud eum Emphatæ mendosè adſcriptum ſit. Sunt tamen qui putent legendum embatæ, à uerb. ἐμβαίνω deductum, quod ſignificat nauem conſcendo. Alii embolatæ,id eſt roſtratæ, quod non placet, niſi apud Imperatorem 1 l.iubemus nullam.C.de ſacroſan. eccl.quo in loco ingreſsio intineris interpretari debet. Quidam etiam epibatæ,ut intelligamus de his quæ ue ctoribus traiiciendis aptæ ſunt. Hæ apud nos Actuariæ appellantur, quia remis tantummodo compelluntur. uulgus ſcyphum,uel gundulam appellat.& de his ſenſit gloſſator noſter in loco illo Vlpiani.Ex diuerſo quædā etiam naues ſunt quæ aphracta dicuntur,& iſta aperta quidem & intecta ſunt,de quibus Cicero ad Atticum inquit,Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates aucu pati eramus. Ex his palàm fit, mendoſa eſt uerba apud M.Tullium in eo uolumine,quod ſuprà citauimus. Nā ubi legitur acta Rhodiorū,tu lege aphracta. & de hoc nauigii genere intelligas,prout etiam alias meminis Be roaldi. ſi rectè memini.

Vlp. locus. *Embatæ* *Embolatæ locus Imperatoris.* *Epibatæ* *Actuariæ.* *Aphracta.* *Cicer.locus.*

Emptor male defendens, ſibi imputet.l.ſi per imprudentiam.in prin.ff.de euictio.& notat Bald.conſil.258. quātum ad primum.in ult.lib. Et ideo tenetur denunciare uenditori litem ſibi motam ſuper re empta,etiam quòd uenditor hoc ſciat,ut concludit Bart.in l.denunciaſſe §.quid ergo.ff.de adulte. & in l.qui abſentem.in 1.not.ff.de procur.& ex facto conſuluit in ſing.quæſt. Bal.conſi.279.factum ſic proponitur, Baptiſta uēdidit, &c.in 3.lib.quæ opinio communiter approbatur ſecun dum Corneum conſi.255.quāuis in hac. in 2.col.in 3. lib.& D.Fel.in c.cum M.Ferrarienſis.col.24.in 4.concluſione.de conſti.poſt D.Alex.in l.nō ſolum.§.morte.

in 18.col.& sequenti.ff.de oper.no.nunc. ubi declarant aliquibus modis. Vltra eos limita sing.nisi uenditor in instrumento iurasset uenire ad defendendum emptorē in causa euictionis, quia hoc casu si sciret litem motā, non requiritur alia denunciatio. ita singulariter limitat Do.Alexand.ubi dicit alibi non legisse, in l.2.§.ul. in pen.colum.in 4.fall.ff.sol.matrimo.& quamuis dubitet, tamen dicit se multum cōfidere de auctoritate Io. And.& sequacium in cap.breui.de rescrip. & Specul.in tit.de aduocato.§.1.uers. quid si is qui iurauit. & hoc dictum Specul.pro singu.citat Corsetus, post Barb.in repetit.rub.extrà de iureiur.in 4.priuilegio. & illud Ioānis Andr.pro sing.& aureo citat Crem. notab.122.ubicunque.Sed adde quòd hanc singularem limitationem ponit etiam Andr.Sic.in cap.ult.in 5.fall.de emptio.& uend.& dicit esse suam,& nouam. Tamen animaduertendum est,quia alibi Do.Alex. tenet contrarium in l. quod te.in 4 col.uersi.in ea.ibi.ff.si cert.peta. & de hac contrarietate, aliàs legendo gloriabatur, tanquam primus detector, Do.Lancialot.Dec.in d.l.quod te. Quæ autem sit uerior,esset longum discutere.ponit D.Ias.in d.l.quod te.in 8.colu.& Do.Ioan.Sadoletus ibidem,in repetit.in 22.col.uers.item limitat.& Socyn.in d.l.3.§. ulti.in ulti col.ff.sol.matr.post Aretin.in l.si seruus cōmunis. ad fin.prin.ff.de uulga. & pupilla. & nouissimè Burgos.in d.c ult.col.5.uers.tertius casus est.post Socynum in reg.117.in ult.fallentia. *Iuramenti effectus.*

Episcopus potest ex euidenti & necessaria causa statuere contra ius Canonicum ita singula.Bald.in l.omnes populi.in 4.colum. uersicu.sed hic dubitatur.ff.de iustitia & iure. argum.l.si hominem.ff mand. quæ lex est ad hoc singula. secundum Do.Alexand.in rub.ff.de offi.eius cui mand.est iur.in 2.colum. uersic.& hac ratione.& in l.1.in princ. in pen. colum ad fin.cod.titu.& utrobique etiam commendat hanc decisionem Baldus, quam pro ualde notab.& singulari exclamat Do. Abba.Panormita.in cap.dilecti.lo ultim. extrà de appellat.

pellat,& in aliis locis relatis per Iasonem in l.nemo potest in primo notab.de legatis primo in prioribus,& posterioribus scriptis, & in l.prima in primo notab.C.de precibus Impera.offerendis, & in d.l.omnes populi in utraque lectura, approbat etiam Do.Felin. in capitulo primo,colum.17.uersi.fallit septimo de constitu. & in capitulo primo,columna secunda,uersic.5.declara,extrà de rescriptis,& latius in capitulo quod super his colum.2.uersi. fallit primo de maio. & obed. ubi hoc declarat non procedere,quando superior consului posset sine periculo moræ,& hoc dictum Bal. pro singulari et citat And.Sicul.in tracta.de præst. Card.in 1.quæstione primæ partis in 3.col in princ. & in quinta quæstione secundæ partis,& in 3.colum.uersic tu uero limita, & ultra eos quadraginta similia. ad hoc singu.dictum Bald.refert Andræ.Sicul.in repet.rubr.C.qui admit. in 23.colum.& multis seq. quæ omnia deciduntur per illum singularem tex.in d.l.si hominem, & ideo est æterna memoria digna. Hocque in episcopo admiratione dignum esse non debet,quia episcopi dicuntur sanctissimi,& Christi legati existunt: ut dicit textus solennis in Clementina prima §.penultimo de pęnis,& per hæc limitari potest.textus in capitulo secundo, circa finem de const lib.6.

Episcopi dicuntur sanctissimi &c.

Episcopi legati Christi.

Episcopalis dignitas liberat à patria potestate: quemadmodum & consularis,& aliæ magnæ dignitates, ut disponit tit.in auth.constit.quæ de dignit. & episco. & authen.sed dignitas episcopalis C.de episcopis, & clericis,& ponit Do.Ias.in l.qui se patris columna 3.ad fin. C.unde libe.& in l.patre furioso,columna penul.circa med.ubi post omnes latè tradit ff. de his qui sunt sui, uel alieni iuris. Hoc tamen singulare fallit, quando patria potestas est fauorabilis filiis,etiam in dignitate constitutis,quia quo ad illa non liberat. ita singu.limitat Bar.in l.item in potestate in fi.ff.de his qui sunt sui uel al.iur.inducendo ad quæstionem, ut ibi per eum, cuius uerba pro singu.commendat D.Ias.in l.patre furioso.

tioso columna penult. uersic. intellige tamen, eodem titulo, & dicit diligenter notanda, quia episcopus quo ad aliqua est sui iuris, in aliquibus etiam est sub alterius potestate, & commendat, & sequitur Firmianus in tractatu suo de episcopo, in prima parte, secundi libri, in secunda columna, in octaua quæstione, & confirmari potest ex quinque similibus adductis per Iason. in l. non eo minus in tertio notabili, C. de procurat. & est decisio memoria digna, contra illud quod sing. notat Bartolus, in l. quoties per illum textum, C. de priuil. schol. lib. 12. ubi sing. decidit quòd priuilegium ciuilitatis cõcessum mihi, & descendentibus meis masculis, & fœminis, non competit filiabus maritatis. Sed hoc dictũ Bartoli, licet singulare, reprobat D. Alex. in l. cum quædã puella in principio, in ultima columna, ubi etiam Do. Iason, in primo notabili. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & Dom. Ias. in l. prima in principio. ff. de const. in princ. ubi refert multos sequi, ultra quos late etiam sequitur Andreas Siculus in commento l. cum acutissimi in 65. columna ad finem, & seq. C. de fideicommis. sequuntur etiam aliqui, & etiam reprobant alii, quos uide per Felynum in cap. nouit ille, columna 1. uersic. utrum nobilitas de iudic. Nihilominus disputatiue posset contra illam doctrinam Bart. in d. l. item in potestate licet communiter approbatam, hoc modo argui. Patria potestas indiuisibilis est, quia quis non potest in duplici statuto contrario constitui seruitutis, & libertatis, dicit tex. ad literam in l. 1. ad finem principii. C. de Latina liber. tol. dum inquit, Quis enim patiatur talem esse libertatem, in qua tempore mortis in eandem personam simul, & libertas, & seruitus concurrant? & per illum text. in terminis nostris eleganter Baldus in l. semum ante finem. C. qui testa. fa. poss. tenuit, quòd pater non potest emancipare filium ad unum actum tantum, puta testandi, reprobata opinione Bartol. in l. 1. §. in filii. ff. ad Trebell. quæ opinio communiter etiam damnatur per scribentes ibi, ut late reassumit Do. Ias. in d. l. 1.

Epis. quo ad aliqd est sui iuris, et quo ad aliquã ĩ alterio- re ptãte.

Priuilegiũ concessũ mihi, & filiis ẽt fœminis, an extendatẽ ad maritatas.

Emãcipatio ad unũ actũ fieri non potest.

§. hoc

§. hoc autem in penult. colum. & sequen. in posteriori-bus scriptis, licet cum pro singulari alleget, & sequatur Bart. Veronens. cautela 182. dixi in præcedenti, & cautela 221. de iure communi, ubi eam notat pro bona cautela, ut filiusfamilias possit testari, scilicet faciendo se emancipari quo ad unum actum. Secundo in contrariũ adduci potest, quia non debet prætor pati, ut quis pro parte sit alterius iuri suppositus, & pro parte liber. ita dicit Iureconsultus in l. si pater in fin. ff. de liberali causa, & sane ridiculum est arbitrari quem pro parte seruire, & pro parte liberum esse, ut etiam dicit Iulianus in l. duobus petentibus eodem titulo. Sic etiam in simili dicimus, quòd adoptio ad tempus fieri non potest. l. si tibi filius. ff. de adoption. & ideo gloss. notab. in capitulo ultimo in uerbo, Si ambo parentes, extra de clandestinis desponsal. per d. l. duob. dicebat, quòd monstrum esset, quòd quis sit partim legitimus, & partim illegitimus, & sequitur Do. Antonius in capitulo per uenerabilem col. 17. in principio qui filii sint legitimi. His argumentis, & etiam multis aliis utitur in pulchra quæstione Andreas Siculus in tractatu de præst Card. in prima quæstione primæ partis, in pen. colum. quæ postea per Modernos recitata fuere in d. §. hoc autem. Sed sequendo communem opinionem Bartol. in d. l. item in potestate possumus ex dictis Doctorum in locis præallegatis respondere omnia ad hæc, & ad alia quæ in contrarium adduci possent, quod procedunt in his quæ facto hominis induci uellent: secus, si à lege hoc institutum esset. Quod est bene notandum ad multa. Et in specie ad illud quod tractat Baldus in l. Deo nobis, in 4. col. uersiculo deinde nota hic. C. de episc. & cler. ubi nescit efferre pedem ex illo quod uidebatur prima facie contrarium, quomodo potest monachus succedere, ut suus? cùm non sit in patria potestate, nam clara solutio colligitur ex dicto Bartol. in d. l. item in potestate. Quod confirma pluribus similibus, quæ cumulat Do. Felyn. in capitulo dilectus filius, el secondo in 5. colu. in

Filius fa. q̃uo testari possit.

Legitimus & parte esse nõ põt.

in 8.conclusione, extra de rescriptis, ubi late firmat illam regulam, quod induc̃ta fauore alicuius ita demum operantur effectum suum, si illa commoditas, uel talis fauor placuerit personæ cui attribuitur. arg. lege quod fauore C.de legibus, & regulæ, quod ob gratiam, de regul.iuris, lib. 6. Confert etiam ad illud quod notabiliter concludit Bald.in l.sacrosanct.circa medium, C.de episc.& cler.ubi tenuit, quòd clericus quo ad bona temporalia sit in potestate, sed quo à beneficia sit sui iuris, quæ tamen decisio ab aliquibus ex Doctoribus prælegatis reprobatur, sed male, ut ex supra relatis clarum esse potest, & in effectu concordat etiam Bartholomæus Veron. caute. 181. filiusfamilias, ubi concludit, quòd filiusfamilias clericus etiam primæ tonsuræ possit testari, & quod eleganter notat Paulus de Castro in l.pactum quod dotali, ad finem C.de collat. de eo qui dispensat ad certam partem, qui in aliquibus habetur pro legitimo, in quibusdam non, & hoc ultimum sequitur, & commendat Cœpolla cautela 183.quæ incip. cautela est, & Alex.consilio 30. iuxta ea libro 4. & late consilio ult.per totum, lib. 5. & communiter tenetur secundum D.Lancial.in d.l.pactum, declarando, ut notabiliter per Decium consilio 258.in casu col.pen. uersic. ult. non obstat. *Filiusfa. clericus testari potest.*

Episcopus electus si est suspectus domino temporali, in cuius statu habet episcopatum, poterit, & debebit instante illo principe remoueri, & cassari, ita singulariter Innoc.in c.super his, col.ult.in princ.de accus. & sequitur, & dicit memoria dignum Ant.But.in c. quod sicut, col.2.uersic.quandoque laicus, de elect.ubi addit, quòd sic de facto seruatur, quia si aliquis non est gratus imperatori, uel regibus, non consequitur dignitatem similem in eorum dominijs.

Epistomion Græca dictio est, à uerbo ἐπιστομίζω, quod suffreno, & contineo interpretatur. De epistomiis meminit Vlpia.in lege fundi §.ultimo.ff.de actio.empt. apud quem in codicibus impressis ita scriptum legitur *Vl.locus*

Et castella plumbea, puta opercula puteorum, ephitonea, fistula applumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non sint affixa, ædium esse constat. Sed in hoc loco mendam esse, nullus recti consilii inficiebatur, quis enim adeo fatuus, dubitasset puteos ædium esse? Præterea Iureconsultus puteos, non putea debuisset dicere. Iuuenal. Satyr. tertio Hortulus hic, puteusque breuis. Item male adiecisset illud, Quamuis non sint affixa, quæ uerba si recte componantur, generaliter ad supradicta poterunt referri. Et ideo sunt qui putent ita legendum esse: Castella plumbea, putealia, idest opercula puteorum, epistomia. ita ut fortasse uerba illa ex positiua, id est opercula puteorum, sint ex margine in textum inserta, uel etiam fuerit Iureconsulti expositio, prout etiam de eadem re uidemus in l. Iulianus, in fin. iuncta l. seq. eo. tit. De castellis diximus supra in dictione Castellum. Epistomium uero in hoc loco Iureconsulti significat ferreum instrumentum, quo aquæ murmurantes emittuntur. talia uidemus in fontibus manu fabrefactis, in quibus sunt huiuscemodi linculæ plures prominentes, quibus ora salientium & fistularum clauduntur aperiunturque, prout usus poposcit, nam pertusa sunt, & uertuntur in utranque partem, uulgus Galletum uocat. & etiam hodie utimur, cum manus illotas mundamus, ut docet Varro de Re rust. libro tertio. Epistomiis (inquit) ad unumquenque actum sit ut influant in conuiuium. Seneca ad Lucilium: Nisi aquam argentea epistomia effuderint, & adhuc plebeias fistulas loquor. De his etiam Vitruuius lib. 10. Singulis canalibus singula epistomia inclusa sunt, manubriis ferreis collocata, quæ manibus cum torquentur ex arca patefaciunt nares in canales.

Puteus

Epithymia interpretatur conscientia, uel desiderium, & in hoc significatu legitur apud Modestinum in l. scire oportet §. 1. ff. de tut. & curat. dat ab his.

Epithome, epithomes, secundum aliquos fœminini generis, pen. producta. opus concisum dicitur, uel compendium

pendium, quod breuiarium à nostris interpretatur, ut apud Sueto. quem retuli inferius in dictione Penoris. Consuetudo uerò hodie Epitoma, sicut & glossema, & thema, & diploma, & chrisma, in neutro ꝓfert. & ideo dicunt, L. Florum Romanarum rerum epitoma scripsisse, & Iustinum Trogi, & Ausonium Homeri Periocha. Qualia etiam apud nos composuit Caius ex Hermogeniano, & Volusius Metianus, ut refert Iulianus in l. qui leuandæ. ff. ad l. Rhod. de iac. licet Metiani nomen in Martianum deprauetur à scriptoribus. in aliquibus tamen codicibus impræssis uerba illa apud Iulianum desiderantur, scilicet libro epitomatum seu epitomarum, ut protulit Politianus, & aliqui contendunt.

Breuiariū qd.

Locus Iurecons.

Aequalitas inter hæredes seruari debet, l. cū pater. § pater pluribus. ff. de legat. 2. l. ut liberis. & ibi *Bald.* in secundo notab. C. de colla *Bald.* in auth. ex testamento. in prima oppositione, eo. tit. & in pulchra quæstione cō suluit D Marianus Socynus consi. 4. uisis actis & actitat. in 1. lib. & Corneus consil. 31. in causa uertente. in ult. col. in 2. lib. Et ideo singular. decidit Bal. in l. si quis ita. la secunda in fi. per illum textum. ubi etiam Angel. & Imol. ff. de hæred. instit. quod si per testes probatum sit, plures institutos, sed dicunt se de portionibus non recordari: quod iudicandum est, eos esse hæredes æquis portionibus. quod dictum pro singulari commēdat D. Iason in l. admonendi. col. 8. uersi. 5. & ult. ff. de iureiurando in lectura, & in l. fructus. in 2. col. ff. soluto matrimonio. Decius consilio 252. agitur causa. colum. 1. Neque mireris lector, si in hoc Memorali posthabita scribendi norma, & diphthongi natura, consuetudini prauæ concessi, ut etiam in multis aliis locis. Hoc ideo factum est, ut his quoque satisfacerem, qui hanc rectā scribendi disciplinam in studiis nostris asserunt nō necessariam, cum quibus in hoc malui errare, quam multitudinis iudicium subire.

Equitium, equorum mādra est, seu armentū equinū. Inde Equitiarius dictus armenti custos: quasi præfe-

ctus equitii. Firmicus Maternus refert, equitiarum futurum, qui natus fuit oriente Centauro. Equitii meminit Vlpia. in l. plenum. §. equitii usu. ff. de usu & habit. & in l. 1. ad fin. ff. de rei uend. alio uocabulo Polia appellatur ab Vlp. in l. ædiles aiunt. §. ult. ff. de edil. edic.

Vlp. locus.

Eremodicium dictio Græca est, composita ab ἐρημὸς quod est desolatus, desertus solitarius: & δίκη causa, uel iudicium. huius nominis meminit Iureconsultus in l. & si fine. §. ult. seu in l. ait ꝑtor. ad fi. ff. de minor. apud quem mendosè Hermoditium legitur. de Eremodicio Imperator in l. properandum. §. sin autem reus. ubi Accursius, C. de iudiciis. Dica tamen recipitur etiam apud Latinos. Terentius in Phormione. Si tu illam attigeris secus quàm dignum est liberam, dicam tibi impingā grandem. Tullius: Scribitur Heraclio dica. Euclio apud Plautum in Aulul. Ad prætorē hercle te rapiam, & tibi scribam dicam. Et propterea eremodicium dicitur iudicium illud, cum aliquid reo absente cognoscitur, & solo actore præsente, causa uentilatur. & idem postea nobiscum sentire uisus est Alexander Genialiū libro quarto, capite 15.

Locus Iureconf.

Dica.

Erogatorij, qui ultimam uoluntatem exequi debent, non possunt aliis uices suas mandare: secundum Baldum notab. in l. nulli. in secunda col. de episcop. & cler. ubi dicit, in practica seruari. sequitur Alex. in l. si stipulatus. in princip. in ult. col. de uerb. oblig. & Feli. in cap. ultimo. §. primo. colum. pen. de offic. deleg. ubi Baldus & alii per Felinum relati limitant. procedit in executore dato ab homine: secus si à lege uel canone daretur, ut in episcopo. iuxta ea quæ late refert Baldus in repet. l. primæ. in pen. col. de leg. 2.

Exauctorare, apud Vlpianum in l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infam. exponitur, id est insignia militaria detrahere, & infamem efficere, Laurent. Valla Elegantiarum suarum in Latinam linguam lib. 6. dicit pacē Vlpiani, quòd exauctorare est ducem ab imperio sub dimittere, uel missum facere militem, illumq; plerunque

Contra Vlpianum.

runque donare missione militiæ, ut apud Quintilianũ in milite Mariano: Pater (inquit) huic emeritis bello stipendiis, tum cum tota subnixum Numidia fregimus Iugurtham, exauctoratas armis manus agresti labore subegit. Titus Liuius ab Vrbe condit. lib. 35. Volonum quoq; exercitus, qui uiuo Graccho summa fide stipendia fecerat, uelut exauctoratus morte ducis, ab signis discessit. & in 39. lib. Vbi hoc modo exauctoratũ equitem cum gratia Imperatoris uiderunt, se quisq; excusare, & uicarium accipere. & libro 6. belli Macedonici, de Cornelii Scipionis triumpho loquens: Milites, inquit, exauctoratos dimisit. Ex quibus cuilibet datur intelligi, uerbo Exauctorare in alia significatione usum Liuium, & Quintilianum, quam declarauerit Vlpianus, quem superius retulimus. Exauctorare tñ cum infamia legitur apud Lampridium, qui scribit Alexandrum tumultantes legiones exauctorauisse. Legimus etiã apud Hermolaum Barbarum, quòd exauctorati milites dicũtur, qui aliqua de causa militiæ sacramento soluuntur, sicut resignati, quibus ob delictum adimitur stipendiũ. & ideo hoc modo possunt resolui auctores superius relati, cum uideamus uerbum, Exauctorare accipi in bonam & in malam partem, ut patet in l. qui cum uno. §. non omnis. & §. exauctoratus. & in l. proditores. ff. de re militari. Proinde Iureconsultus uerbum dubium declarauit.

Exauctorati milites qui.

Defenditur Vlp. a calumnia.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis inesse. l. quæsitum. §. supellectilem. uersi. denique. & ibi Bartolus not. ff. de fund. instruct. & textus reputatus singularis ad hoc, in l. nam quod liquide. §. ult. ubi D. Alexander in additionibus. ff. de pen. lega. & Decius consilio 5. in causa dominæ Mariæ, in 2. colum. post Alexandrum. ubi illum textum dicit singularem secundum Ioannem de Imola, ibi relatum in consil. 141. uiso testamento, colum. 4. uersicul. nam exceptio. libro 2. & consilio 216. nec arguendi. columna 6. uersiculo 10. libro 2. Decius consilio 157. in casu inquisitionis.

col.2.uersi.3. ubi extendit etiam procedere in his quæ tertio præiudicant. & consi.283.& diligenter. in 2.col. Proinde dicit sing.Bal.in c.1.in princip. uers. sed iusta. in tit.per quos fiat inuest. quòd licet Papa cõfirmando generaliter priuilegia, non intelligatur confirmare priuilegia quæ sunt contra ius, iuxta ea quæ scripsi infra in uerbo, Papa confirmando, tamen si Pontifex generaliter confirmaret priuilegia, & exciperet unum quod esset contra ius, talis exceptio facit ut Papa intelligatur confirmasse omnia alia priuilegia quæ sunt contra ius ad hoc ut exceptio sit bona, allegat l.tribunus.§.ul. ff.de militari test. & hoc dictum Bald. pro singu. refert & putat cordi tenendum D.Iason in l.ult.in ult.uerbis. ff.quod quisq; iuris. ubi etiam Do.Alexã. plura scribit circa istam regulam, quam tradunt canonistę, maximè Abb.in c.quarto.in 2.col.de cõfirmat. utili uel inutili. & ibi Decius in 5.not.qui etiam examinat, an exceptio ampliet regulam. Est uerum quòd hoc dictum Bal.reprobat Aretinus consilio 8. infra allegato. in ultimis uerbis. Et nota quòd licet exceptio declaret, non tamen facit quòd regula & generalis dispositio comprehendat alia, quæ non comprehendisset non facta exceptione.ita eleganter Oldradus, ut retulit Barto.in l.1. in fin. ff.de regu.iuris per tex.in l.generali.§.uxori. ubi etiam Bar.in 2.not.ad hoc not.ff.de usufruct. legat.super quo tex.latè insistit. Dec. in c.cum dilecta.in quinto notab.extra de confirm.utili uel inutil. post Alexã. consi.106.infra allegato.& istud dictum Oldrad. citat etiam Do.Alex. consi.28. uisis & accuratè.colum.pen. circa fi.& consi.59.uiso instrumento, & titulo quæstionis.colum.pen.libr.1.& declarat eum Areti. consi. 30. uiso, colum.penul.uers.sed tamen. & consi.140.uisa cõsultatione.colum.3.in prin.& sequitur Do.Felin. in c. 2.col.23.uersicu.amplius dicit Baldus, &c. extra de rescriptis.& in c.nonnullis.§.1.col.17.uersi. non obstat ponderatio. eod. titul. & Decius consi. 40.uiso tenore commisSionis.in pen.colum.& consi.44. diligenter pro

tenui

tenui.in 2.col.& est textus sing.in l. Paulus respondet, mora.§.primo.ff.de usuris.inducendo utibi per Florianum,quem adhoc extollit Do.Fel.in d.§.primo.in 17. col. uers. non obstat.]& istam limitationem etiam prosequitur D.Fel.in c.quoniam frequenter.in prin.in prima & secunda colum.ut lite non cōtest.ubi ponit duas alias limitationes ad regulam, quando exceptio firmet regulam in casibus non exceptuatis. quam latè prosequitur,ut per eum.& latè etiam per Alexan.consi.106. uisis.colum.2.lib.ult.& Areti.consil.8.abundè. colu.2. & sequenti. Et prædicta etiam intellige,quòd licet exceptio firmet regulam in casibus non exceptuatis, tamen non excludit casus similes exceptioni, sed potius includit gloss.est sing.in l.prima.C.de condic.indeb. & tradit Do.Alex.consi.130.in causa.col.2.uers. nec etiā uidetur.libro quarto. Et quod dixi supra, quòd exceptio non facit comprehendere ea quæ alias non comprehendisset,iuxta dictum Barto.in d.l.1.de reg.iur. intelligitur, quando talis exceptio a regula non esset superflua: alias secus.ita Aretin.consil.30. uiso themate. in 4.dub.uel quando talis exceptio esset inepta, quia tunc non immutat uim regulæ,secundum Paul. in l.in his.in fin.ff.de legibus.& tradit Feli. in d.cap. quoniam frequenter. colum. 3. uersicu. limita tertio. ut lite non contestata.

Exceptio inuentarii potest opponi etiam post sententiam,secundum Mart.Silam.Bar. Bald. Angel.& communiter scribentes in l. ex diuerso.§.ult.ff.solut.matri. Sed fallit sing. quando iudex prius assignasset terminū reo, ad opponendum omnes exceptiones dilatorias,peremptorias, & anomalas.ita sing. Bal.in l.ab executione.col.ult uers.sed dubitatur.C. quorum appellationes non recip.quem pro sing.commendat D.Alex.in d.l.ex diuerso.§.si in iudicio.col.2.ff.sol.mat.& D.Iason.in l. 1.col pen.uersi.limita istam.C. de iuris & facti igno.& latè D.Fel.in c.pastoralis.col. 4. uers.limita secundo, extra de except.

Exceptio incompetentiæ iudicis, quamuis in ciuilibus non poſsit opponi poſt alias exceptiones dilatorias, tamen in criminalibus eſt ſecus, ita ſing. Bal. poſt Iacobũ Butr. in l. licet, colum. pen. uerſi. iuxta hoc. C. de procu. ubi reputat notatu dignum, & pro ſingulari commendat D. Alexand. in l. quidam conſulebant, in 7. colum. uerſi. fallit hæc cõcluſio, ff. de re iud. & reaſſumit D. Iaſ. in l. ſi conuenerit, in 6. col. uerſi. mouetur inter cætera, ff. de iuriſd. omn. iud. & Do. Feli. in rub. de foro compet. poſt prin.

Exceptio falſi procuratoris non poteſt opponi, poſtq̃ in cauſa concluſum eſt, ad impediendum ferri ſententiam. ita ſing. Baldus in l. quamuis, la prima, ante finem per illum textum ſecundum unum intellectum. C. ad l. Iuliam de adulter. & pro ſing. refert Do. Iaſon in l. licet, in primis uerbis. C. de procur. ubi tamen tenet contrarium: licet D. Alexan. & Moderni ibi ſequantur, & hoc dictum Baldi ſine dubio procedit, quando a principio fuiſſent propoſitæ exceptiones contra talem procuratorem, & ſuper illis pro eo iudicatum eſſet, per ea quæ ſcripſi infra in uerb. Procurator generalis.

Exceptio dominii quod mihi ſuperuenit poſt contractum inter te, & me celebratum, nunquam poteſt opponi tibi agenti actione ex illo contractu, ſi illius rei cauſam habeo a te. ita ſingulariter Cynus in l. pen. C. depoſiti per l. planè, uerſ. quemadmodum. ff. eo. quod eſt notatu dignum. quia fortè plures interrogati dixiſſent cõtrarium, ſecundum D. Alex. in l. ſi alienam, col. 4. uerſi. & ſubdit unum. ff. ſol. matr. ubi notabiliter declarat, ſolum procedere in actione depoſiti, quæ multis priuilegiis gaudet, ſecus in commodato, & aliis, in quibus ſequens titulus uerus primo derogat, l. ſi non alienam, la ultima. ff. de pig. act. quæ ſecundum prædicta non procedit in depoſito, & inuenio, ꝙ ita in terminis depoſiti conſuluit ſingula. Baldus, licet Moderni non referant, conſi. 317. ad euidentiam præmittendum eſt, quòd ſi mutuans,

Titulus ſequẽs derogat præcedenti.

mutuans, in 3. libro. Item notandum est, quòd exceptio quæ opponitur a parte, quamuis iusta est, & canonica, non tamen debet admitti, quando iudex cognoscit eã opponi calumniosè, & animo differendi, est notabile dictum Innocentii in c. post electionem de concessione præbend. quòd approbat Do. Abb. in c. ex parte, il secundo in 2. not. & in c. super eodem circa finem, de leg. cum similibus latè traditis per Deci. in c. licet causam, in sexto notab. ubi etiam Dom. Felinus, in quarto not. de probat. & per Andream Siculum consilio 1. columna prima, libro secundo, ubi refert, quod fuit dictũ originale Gofredi, relatum per Ioannem Andræam, ut ibi latius per eum. Similiter, licet restitutio in integrũ impediat executionem sententiæ, secundum communem, tamen hoc non habet locum, quando malitiosè seu per calumniam petitur, ut tradit Do. Iason post Alexandrum & alios, in l. 4. §. condemnatum colu. pen. de re iud.

Exceptio excussionis, quamuis dicatur de apicibus iuris, ut est glossa singu. in l. si mancipium. §. 1. in uerbo actum esset, ff. de euictio. de qua scripsi supra in uerbo. Apices iuris, tamen opponi potest in causa coram arbitro uertente. ita singul. Baldus in l. ulti. §. sed & si quis, colum. prima, uersicu. fuit quæsitum, C. com. de leg. qđ dicit se alibi non legisse D. Ale. in l. si constante in principio in 15. colu. uersic. unum nota. ff. soluto matrimo. & Aretinus in cap. dilecti filii, colum. 2. uersicu. circa principium, de iudic. ubi etiam Dom. Felinus in 2. colum. in prin.

Executores testamenti dati ad dotandas mulieres, licet uideantur habere commisionem generalem, tamen non possunt dotare uiduas, quamuis pauperrimas, quia testator sensit de primis nuptiis, iuxta l. bones, §. hoc sermone. ff. de uerborum significa. ita singulariter Baldus in procem. Decret. rex pacificus, in quarta colum. circa medium. & pro mirabili, & singulari citat Do. Iason in l. diuortio. §. quod in anno, in secunda

cunda col.in 9.simili.ff.sol.matrimo.ubi dicit ualde notandum ad practicam, & reassumit idem in l. duobus reis.§.si ei qui.in primo simili.ff. de iureiuran. & utrobique aggregat 16.similia ad regul.dicti §.hoc sermone, quæ ante eum latissimè per quatuor col. ornat D.Felinus in c.ult.in 1. col. & multis sequentibus de treuga, & pace, ubi ponit septem fallent.Benefacit pulchra decisio Alberici in secunda parte statutorum quæstione 181.de qua scripsi infra in uerbo, Rescriptum. Item facit quod notabilitèr consuluit D.Alex.consi.57.in causa mota per Ange.in 3.colum.in primo libro, ubi concludit, ꝙ Decretum Mediolani,disponens, ꝙ possessio defuncti cõtinuetur in hæredem,intelligi debet de primo hærede tantum per regu.d.§.hoc sermone, & idẽ etiam concludit in consi.87.in 3.libro,ubi idem consilium repetitum est.Et potest confirmari ex singulari decisione Baldi in l. ultima in 2.col.in 6. oppositione. C. de hæred.instituen.de qua scripsi infra in uerbo, hæredis appellatione, & ex his quæ scribit Do. Alex. in l.si cum dotem.§.primo,in secunda colum.uersi.iuxta hoc quæro.ff.soluto matrimonio tenẽdo opinionem Baldi in l.ultima in tertia colum. uersi. sed nunquid ex casu. C.de dotis promiss.ubi dicebat,quòd stante statuto Mediolanen.quòd frater excludat sororem, eam decenter dotando, ꝙ si sororis dos casu perdatur,non tenebitur frater eam denuo dotare, quia statutum debet intelligi de prima uice tantum licet Alexander in loco præallegato aliter firmauerit. Sed dubitari posset, nunquid unusquisque ex huiusmodi executoribus poterit deponere uotum suum separatim? uideretur, ꝙ sic, quia collegium non faciunt l.cum in eo ff. de pactis tamen contrarium singula.decidit Bal. in additionibus ad Speculatorem,titul.de instru.editio.in antepen.col.uersi. inter executores non est locus, &c. cum officium secundum eum non debet diuidi. Quod dictum pro singulari refert,& sequitur D.Iason in l.si quis a filio.§.ult. ad fin.ff.de lega. primo. Nunquid autem executor pos-

sit eligere propriam filiam pauperem: est notabile dictum Bald. in l. tutor §.tutoris, per illum textum ff.de excus.tuto.& consuluit Anchar.consi.436.in his dubiis in 1.col. & benefaciunt quæ scripsi infrà in uerbo, Filiusfam. Sed an poterit filium testatoris spurium eligere, uel nepotem ex tali filio in pauperem, Bald.singul. consuluit consil.162. quidam Franciscus ad finem, in ult.lib & consil.91.uidetur quòd electio, in primo lib. Ang.& Innoc.in l.Lucius §. in testamento deleg.primo.Are.in l.si is qui.la prima,in ultim.colum.de uulg. & pup. Sed quid si elegit diuitem? Math.not. 181. nota quod si quis dicit ualere electionem; sed bona auferri debent sibi per episcopum,& in pios usus conuerti,argu. text.not.in l.legatum ff.de usuf.leg. & ea quæ in simili notat Ludouicus Romanus sing.482.legatum factum. Item an poterit facere substitutum, & sic sub executorem? Bald.notabiliter tenuit,quod non,in l.nulli licere,in prima colum.circa finem,per illum textum,in uerbo, Pro sua conscientia C. de episcopis, & cler. & hoc ultimum commendat, & sequitur Andreas Siculus in tractatu de præstan. Cardinalium in 2. q. secundæ partis,in pe.col.& est memoria dignum,pro bullis apostolicis,in quibus dicitur, Conscientiam tuam oneramus. Tamen inuenio, quòd aliter distinguendo consuluit Bald.in singul.quæstione circa testamentum Cardinalis de Capatiis,in consi.123.reuerendissimus pater,in ultima columna in ultimo libro & Paul. de Castro consilio 145.in quæstione quæ uertitur colum.1.ad finem, & sequenti, & fuit singularis doctrina Speculatoris in tit.de instrum.edit.§. nunc uero aliqua, uers. sed nunquid ante litem contestatam,& late tradit Dom.Fel.in c.ult.§.is autem,colum.3. uersic. utrum per ista, & columna fin.uersic. item executor testamentarius de offi. deleg.post Ang.in auth.ad hæc circa prin. C.de iudi.& tradit Alex.in l.si stipulatus fuerim in princ.in ult.col, de uerb.oblig.

Executores testamentorum dati ad pias causas,si non

exequantur infra annum, talis poteſtas exequendi tranſit ad epiſcopum. textus eſt in l.nulli licere.C.de epiſcopis & clericis.cum ſimilibus late traditis per Do. Felinum in cap.ſi quis contra clericum . in ſecunda colu. uerſi. quòd epiſcopus . extrà de foro competen. & declarat pulcherrime Abbas conſilio 59.uiſo. colum.ult. in tertio dubio.in primo libro. Sed quid ſi teſtator dixerit, relinquo Titium executorem meum, & uolo q̀ exequatur infra annum , aliàs uolo quòd exequatur Seius . contigit quòd primus non eſt executus,an ſuccedat epiſcopus? dicendum eſt quòd non , ſed executio pertinet ad Seium ſubrogatum : quia prouiſio teſtatoris facit ceſſare prouiſionem legis. ita ſingulariter Bald.per illum textum, in l.ſi fundum ſub conditione.§.Stichum.de legat.primo . ubi dicit hoc eſſe memoria dignum ad prouidendum, ne executio teſtamenti deuoluatur ad epiſcopum . & pro ſingula. cautela commendat Bartolomæus Veronenſ. caut.294. quia legimus.

Exedra Græcum uocabulum eſt: à ſedium frequentia, & ſedendi commoditate nomen accepit , quibus etiam hodie utuntur eccleſiæ & canonici in clauſtris uulgo capitulum, ſeu chorus dicitur . Apud antiquos exedræ in uſu erant , eorumque ſtudiis delectabantur; collocabantur enim in tribus porticibus (ut in quinto ſcribit Vitruuius) exedræ ſpacioſæ , habentes ſedes, in quibus philoſophi, rhetoreſque ſedétes diſputabant. De his Cicero in 3.de Oratore : Tunc debita opera quieſcentibus aliis, in eam iam exedram uenisſe, in qua Craſſus poſito lectulo requieuiſſet.idé in primo lib.de Natura deor.Offendi(inquit)eum ſedentem in exedra,& cum G.Velleio ſenatore diſputantem . diuus Hiero.ad Euſtoch.Si quis cœperit ægrotare,transferatur ad exedram latiorem , & tanto ſenum miniſterio confoueatur , ut nec delicias urbium , nec matris quærat affectum. Vitruuius in ſeptimo: Periſtyliis (inquit) aut exedris, aut cæteris huiuſmodi locis, quò ſol

&

& luna posit radios suos immittere. Et secundum ista intellige Iureconsultum in l.si uerò plures. post principium.ff.de his qui deiec. uel effud. licet glossator noster ibi exedram pro fenestra intellexerit. neque audiendi sunt quidam alii, qui mutata antiqua lectione uocabulum barbarum reposuerunt. Neque etiam prætereo quod Alexander Genial.5.c.11.hoc in loco exedram putat non sedem ab Vlpiano, sed cubiculum designari, columnis fultum, & epistyliis, pluribus excisis spaciis, quibus prospectus in uiam erat. *Locus Iuresconsult.*

Exemplum in uno singulari casu non probat, nisi probetur originale perditum, quãdo tractatus factus est in scriptis, iuxta l.contractus.C.de fide instrum. ita singular. Bal.in rub.C.de fide instrumen. colum.6. uersic. secundò quæro.& pro sing.citat D.Iason in l.2.in 2.col. C.de testament.& in authen.si quis in aliquo. in 2.col. uersi.istam fallentiam.C.de eden.ubi contrarium tenet post. Do. Alexandrum in utroque loco. Addo quòd etiam non creditur exemplo sumpto ex archiuio publico: nisi esset sumptum auctoritate iudicis, uel manu commentariensis.ita consuluit Bald.consil.229.primũ dubium est.in ultimo dub.in primo lib.licet indistinctè loqui uisus sit idem Bal.consi.143.Statuto ciuitatis Alexandriæ.ad fin.in 2.lib.

Exemptus ratione ingratitudinis, potest in subiectionem pristinam reuocari.ita singulariter dicit Baldus in l.secunda in ultimis uerbis.C.de liber. & eorum liber. & pro singulari commendat Franciscus Cremens. notab.19.tu scis. cum his quæ scripsi infrà in uerbo, Ingratitudo. Tamen iudicio meo hoc dictum nõ est ita singulare, ut asseritur.

Sed fortius dico, quod etiam absque ingratitudine potest exemptus in pristinam subiectionem constitui: quia cum hoc sit priuilegium, potest pro libito uoluntatis reuocari. ita inter minis firmat signanter Bartolus in l.hostes, in prima columna ad finem ff. de captiuis & postlimin. reuersis, & ideo secundum

cum

cum Imperator potest pro uoluntate reuocare priuilegium exemptionis concessum Venetis. Et ꝙ plus est, hoc procedit, etiam si tali priuilegio concedendo accepisset pecuniam. ita notabiliter extēdit Ludouicus Romanus singulari suo 462. an Dux Mediolani, motus ꝑ textum aureum in l. Titius puerum ff. de obsequiis. ubi est casus singularis, quòd seruus factus liber potest reuocari ad seruitutem, quamuis pro beneficio pecuniā patronus accepisset, & uidetur sentire Bald. in l. qui se patris colum. penul. uersi hoc scias C. unde liber. quem retuli infrà in uerbo. Papa auferens, & in uerbo Princeps uerus, ubi habes, esse speciale in principe, ut sine causa possit priuilegium à se concessum reuocare. Et dictum Bartoli supra relatum sequitur Bald. in c. sicut, lo ultimo, in prima col. ad finem in uersi. aduerte tamen, extrà de iureiuran. ubi plus tenuit, quod contra talem potestatem reuocandi non potest præscribi per Venetos, & sequitur etiam D. Iason in l. imperium, in octaua colum. uersi. limita istam communem ff. de iurisdictione omnium iudicum, ubi latè, & generaliter concludit, quòd contra principis supremam potestatē non præscribitur: de quo etiam disputat Andræas Siculus in tractatu de præstant. Cardinal. in secunda q. primæ partis, in prima, & secunda colum. & est magis communio opinio, teste D. Bart. Socyn. in consi. 123. in causa fratrum in 3. col. in 2. libro, & Aret. in l. is qui putat, colum. prima, ad finem de acqui. hæredi. post Dom. Alex. in l. more colum. ulti. uersi. subdit etiam, &c. eod. tit. Est bene uerum quod Bal. referendo Bartol. uidetur declarare eum, quando Veneti essent imperio Romano rebelles. Et hæc adde ea quæ late scribit D. Alexander consi. 101. uisis instrumentis, per totū, libro primo, ubi latè consulendo tractat, an priuilegium immunitatis concessum à communitate uel principe, possit reuocari de quo habes plenissimè etiam per Dom. Felinum post alios, in capitulo nouit ille colu. 7. & quinque sequentibus de iudic. ubi faciunt differentiam inter priuilegium

Præscriptio non currit cōtra supremam potestatem prīcipis.

gium

gium datum subdito,& non subdito. Et cum Bar. in d.l. hostes transit Alexander consil. 16. in causa col. pe. ad fi. lib. 5. maxime quando causa reuocandi subesset, quæ in principe præsumitur, ut ibi per eum, Intellige tamen prædicta, nisi tale priuilegium datum fuisset propter benemerita: quia non potest reuocari, etiam propter ingratitudinem gl. sing. per illum tex. in l. si pater. §. 1. ff. de dona. quam sequitur Ias. cons. 101. col. 3. lib. 4. & alibi sæpè.

Exemptus à datiis, collectis, & aliis grauaminibus, si contingat quòd describatur in libro debentium soluere datia, & collectas, & alia grauamina, & postea citetur ut soluat, non sufficit sibi priuilegium immunitatis allegare, excipiendo, uel excusando se quòd non debet soluere propter immunitatis beneficium, sed debet in continenti cum scit se descriptum, & per consequens scit se uocatum ad munus appellare infra decem dies. Casus est notab. qui communiter ignoratur secundum Ang. ibi, qui in terminis decidit, & dicit memoria dignum, quia nesciturpracticari in l. 1. §. si quis ff. quando appellat. sit, & hanc decisionem sequitur, & commendat D. Alex. consil. 101. uisis instrumentis, colum. 6. uersic. 3. principaliter, lib. 1. & pro singulari extollit idem Alex. consil. 136. in causa, & lite col. 4. uers. præterea etiam lib. 2 & late D. Fel. in c. cum accesissent col. 13. uers. 3. regula, de const. declarando, ut per Ias. cons. 25. col. 1. uer. nec obstat, lib. 3.

Expensa facta per fratres, qui sunt socii omnium bonorum, pro maritanda, & dotanda filia unius ex eis, an sit computanda in partem dicto fratri in casu diuisionis solet dubitari, & est pulchra quæstio, in qua Bal. more suo contrarius sibi reperitur, & quòd non sit computanda, tenuit sing. Bald. in tracta. de duobus fratribus in penult. colum. uersic. sed an sumptus per tex. in l. si sociuspro filia ff. pro socio qui in hac materia est principalior tex. de iure, & in l. si patruus, colum. 4. uersic. & prædicta C. com. utr. & eius opinionem sequutus

tus eſt Decius qui ita conſuluit conſilio 66. de duobus quæritur colum.5.& conſi.68.colum.2.& ſeq.ubi dicit iſtam communem, & pro iſta opinione etiam conſuluit Alex.conſ.70. uideretur in primo dubio, in quinto lib. Contrarium tenet idem Bal. in auth. ex teſtamento,in ultima columna uerſiculo decimum ſeptimum capitulum,C.de collatio.niſi ſecundum. eum eſſent adeo ſocii,quòd hoc liceret per expreſſa capitula ſocietatis,per d.l.ſi ſocius pro filia,& idem tenet in l.ultim. in ultim. colum.uerſi.pone quòd erat,C.de dotis promiſſ.Et hæc ultima opinio eſt magis communis,teſte Socyno conſ. 61.cum in præſenti conſultatione,in pen.colum.uerſi. circa aliam dubitationem,in 2.lib.& Mediolani,ubi dâtur ingentes dotes, iſta præualuit, & conſuluit Bonaccurſius inter conſilia Baldi in conſilio 412.Ioannes Benetenga in 2.lib.& ſequitur Alexand.conſil.48.diligenter,columna 2.in princ.libro 2. & conſilio 133. titulus quæſtionis,in ſecundo dubio,in 2.lib.& latius conſilio 154.uideretur circa conſultationem,in prima, & ſecunda columna in eodem libro,& conſilio 87.an dos, lib. 4. Sed plenius quàm alibi inter conſilia Socy.in 4.lib. in conſil.4.& ſeq.ubi illi tres conſulentes tenent, quòd talis expenſa dotis non ſit computanda, & circa hoc latisſime ſcripſit Dom. Iaſ. in auth. quod locum,in 3. colum.uerſic.quid tenendum,& colum.ſeq C.de collation.ubi etiam late habes quid in expenſa doctoratus, & aliis expenſis,ultrà quæ uide elegans conſilium Baldi,in primo uolum.num. 21. quinque quæruntur, ubi tangit de expenſis librorum,& doctoratus,& de expenſis factis in ducenda uxore,& idem Bal.de expenſis ſtudii,& doctoratus factis tamen uiuente patre, poſuit in conſil.347.quæritur,pater miſit filium, in ſecundo lib. & conſil.412.præallegato,in 2.lib.& in conſil.ſeq. ubi etiam habes,an fructus dotis ſint communicandi,& latè de iſtis omnibus poſuit Specul.in tit.de iudic.§.ſequitur uidere, uerſiculo quid ſi duo fratres, & uerſiculis ſequentibus,ubi etiam ponit, an dos conſtituta uxori

per

per alterum ex fratribus, ueniat ex communi patrimonio detrahenda, & concludit, quod non, nisi esset in communem utilitatem conuersa, uel à patre eorum recepta. Consuluit etiam Alex. consilio 76. uiso themate, per totum, lib. 4. & alii doctores in subscriptione post dictum consilio 76.

Expensæ debent per iudicem taxari, à die quo uictor produxit instrumentum, uel testes publicati sunt, si ex tali productione instrumenti, uel testium publicatione apparet reum amplius iustam causam litigandi non habuisse, ista est notab. practica Bartolus in l. destitisse. ff. de iudic. & in l. qui in alterius ff. de reg. iur. & in l. properandum §. fin au em alterutra C. de iudic. & in l. si quis inficiatus, per illum textum. ff. depositi, & ideo consulunt Bartol. & doc. in locis præallegatis, ut uiso instrumento, uel didicitis attestationibus reus renunciet liti & causæ statim, & euitabit condemnationem expensarum, de quo uide quæ scribit Lanfra. in tract. suo de impensis, posito sub repetitione capitulo quoniam contra falsam, in 106. colum. uersiculo attendite tamen, de probation. post Mathes. not. 84. nota practicam, ubi hoc declarat, & latissim. Moderni in l. propea ndum §. finautem alterutra, ubi transcribunt omnia dicta Lanfran. in d. l. tractatu, C. de iud. Fel. in capitulo pastoralis, ad fin. de iud. Similiter in casu è contrario, si quis malitiose usque ad finem litis distulerit instrumenta litem dirimentia producere, ad hoc ut aduersarium fatigaret, nō debet audiri, nisi refectis expensis, ita signanter Bald. in cap. exceptionem circa princ. extra de exception. ubi putat memoria dignum, & pro ualde notando reassumit, & multis similibus ornat D. Fel. in c. ad audentiam, el secundo in 12. colum. uersi. placuit mihi de rescriptis sequitur etiam Dec. consil. 251. scripsi alias circa prin. licet Dom. Iason in d. §. fin autem, in 4. colum. uersiculo secundò quæro. dicat hoc fuisse singul. dictum Cyn. in l. unica C. ut quæ desunt aduocat. & ista notabis ad statuta disponentia, ꝙ uictus uictori condemnetur in

Q expen-

expensis. Et ulterius notabis etiam elegans dictum Baldi in l.generaliter.§. his de præsentibus, circa finem C. de rebus red. ubi dixit, quòd si feci expensas super uno articulo,& uici debent statim mihi refici expensæ, non expectata sententia diffinitiua,& hoc dicit sentire gl.ibi,quod bene nota,quia uidi in facto, & est optima extensio ad prædicta,& sequitur Fel.in c.2.col.pe.uers. in casu de lib.oblig.

Prædicta tamen Mediolani non seruantur, quando aliquis emit cum posse proclamandi bona empta iuxta formam ordinum,quia si ponens incumbit,eo quia cõtradicens habeat meliora,uel potiora iura,non per hoc condemnatur in expensis, si ipse in instrumento, non est nominatus, ut quia emit ab alio obligato, neque enim potest liti renunciare, propter euictionem, quæ postea insurgere posset, prout in simili notabil. decidit Bart. in l.manifestæ turpitudinis,circa fin.ff.de iur.iur. de emptore reo,qui non cogitur iurare, ne perdat actionem euictionis contra uenditorem suum, cuius dictum sequitur & commendat Ang de Aret.in §.item si quis, col.pe.uers.in ea gl.ibi,&c.inst.de actio.

Extimatores bonorum consueuerunt in precio discordare,tum quia amico gratam rem facere student, tum quia natura ipsa prona est ad dissentiendum,ut dicit Iureconsultus in l.item si unus.§.principaliter. ff. de arbi. & ideo ad tertium deuenire sæpe necesse est, & in hoc plures casus considerat.Socyn.consilio 54.quoniam abunde,per totum,libro primo. Sed quid si tertius nolit cum aliquo ex duobus prioribus se concordare? Duplex in hoc legitur practica.unam tradit Dom. Signorolus consilio 196.in quæstione uertente : ubi refert se uidisse practicari, quod reducuntur tales extimatores ad panem & aquam per iudicem,donec concorditer arbitrati fuerint. Aliam ponit Salicetus,& est sing.in lege hac edictali.§.his illud.col.2. C. de secund. nupt. quod scilicet omnes tres extimationes in unum coaceruentur,& ex tota summa eligatur tertia pars, quæ erit ue-


ra

ra extimatio. Et hoc dictum, licet uideatur dubium Dom. Alexandro, tamen est notabile, ut ipse testatur in l. si fundum. ff. mandat. Sed uidetur etiam esse de mente Baldi, in l. prima, in sexta quæstione. C. si ser. exter. & gloss. in l. cum in eo in gloss. ult. ff. de pact. & est memoria dignum ad ea quæ refert Bartol. in l. arbitro. ff. qui satisd. cogan. & Aretin. & Felin. in cap. 4. de probat. & in cap. significasti. el 2. de homicid. in quibus locis late tradit, quòd semper superior corrigere potest, quòd per tales architectos perperam factum reperitur, quia eorum sententiæ non transeunt in iudicatum, ut iuris notissimi est.

Sentẽtia architecti non trãsit in iud.

Extremo mortis tempore dicitur constitutus, & sic in extremis laborare, omnis ille qui ex illa infirmitate in qua constitutus est, moritur, absque sanis interuallis: licet multis diebus superuixerit. ita singulariter Bald. in c. 1. col. ult. uersi. pone statuto, extrà de pactis, ubi infert ad statutum requirens præsentiam duorum consanguineorum, in contractu illius qui in extremis laborat, & ab hoc citat textum singu. in l. alumne. §. ultimo. ff. de annuis legat. Sed debuit allegare de adimendis legat. quem textum etiam pro singulari ad hoc allegat D. Iason in l. prima. §. 1. col. 3. uersi. quis autem. ff. si quis ius dic. non obtemper. & in l. si quis posthumos. §. si filium. col. pen. post principium. ff. de liber. & posthumis & utrobique etiam sequitur hanc decisionem Bal. quam pro singulari ad hoc commendat in l. 1. colum. 5. uersi. adde in quãtum, C. de sacrosan. ecclesijs. in lectura Patauina. & approbat etiam D. Fel. in cap. pastoralis. § præterea. in ult. col. uersi. signa glo. extrà de offic. ord. ubi multa de constituto in extremis, post Barbat. in c. Rainutius. in prima charta, de testament.

F



ACTA non præsumũtur, nisi probentur. uulgata l. in bello §. factæ ff. de captiuis & postlimi. reuer. & reassumit Corn. consil. 181. uisis nonnullis actis. in 9. colum. uersicu. nec obstat. lib. 2. Sed declaratur hæc regula non procedere, in his quæ de consuetudine fieri solent. ita notabi. Baldus in rubrica C. de fid. instrumen. in secunda colum. ad finem. per textũm notabilem, sed ad hoc uulgatum in l. ult. ad finem. C. de fideicommis. quæ est ad hoc singularis & melior de iure, ut latè per Dom. Alexandrum in l. huiusmodi. ad finem princip. de lega. primo & Dom. Lancial. Decius in l. si emancipati. in prima colum. ad finem. C. de collatio. & D. Iason in l. ultima. in decimo not. C. de iure emphyte. ubi idem dicit in his quæ de consuetudine solent excipi, per illum textum. Et ex hoc inferebat singula. Baldus in loco præallegato, quòd tabellio in dubio præsumitur rogatus tanquam tabellio, & non tanquam priuatus homo. quod dictum pro singulari commendat Andræas Siculus, in repetitione rubric. extrà de fid. instru in 39. col uersi. secundò quæritur. confirmo ꝑ notabile dictum Ioan. Andreæ, in additionibus Specul. in rubric. de empt. & uend. §. primo uersic. nunc formam instrumenti. in additione quæ incip. Tradidit. ubi dicit, quòd cum inuestitura communiter soleat fieri pręsenti, in ea debet præsumi partis præsentia: contra regulam, quæ ponitur in l. 2. cum similibus. C. de statuis & imaginibus. & hoc dictum Ioan. Andr. refert Areti. in cap. primo. in secundo not. in 3. colu. extrà de iudic. & hæc bene notãda sunt ꝓ limitatione regulæ, q̃ habet, quòd solennitas extrinseca non præsumitur. uulgata l. quæcunque. §. ulti. ff. de publiciana. Quæ tamen declaratio ad illam regulã est multum inimica, & uidetur eam confundere: quia ex quo in omni actu solet interuenire

Præsentia præsumitur.

Solennitas extrĩseca non præsumitur.

teruenire

teruenire extrinseca solennitas, ergo semper debet præsumi, & proinde hanc limitationem non recipit D. Fel. ubi latè tractat hanc materiam, in c. sicut in pen. col. in sexta fall. extrà de re iud. & de ea etiam dubitat D. Ias. in l. sciendum. in 7. col. in 8. fall. ff. de uerb. obl.

Sed pro ea facit, quod singulariter decidit Ancha. in c. nemo de cōsecratione, distinctione prima. q cum neque ecclesia, neq; hospitale possunt constitui, uel ædificari sine auctoritate ediscopi. c. quidam monachorum 18. q. 2. & c. ad hæc extra de relig. domibus. q si fuerit constructa, & in ea celebrentur diuina officia, præsumitur interuenisse auctoritas episcopi, licet solennitas extrinseca regulariter non præsumatur, & hoc dictū Anchar. pro sing. & legistis incognito, commendat Ludo. Ro. singu. & 323. tu Senensis, & Andreas Sicu. in repeti. rub. extra de fide instrumento. in 59. col. in princip. in uers. 2. moueor. & Barto. Veronen. caut. 296. hospitale. ubi ex eo collegit pulchram cautelam, ut laici possint fundare ecclesiam quæ non subsit episcopo, uidelicet ædificando eam sine eius auctoritate, & sine campanili & altari lapideo consecrato, & absq; cœmiterio. Quod bene nota, & ego obseruaui, cum erigerem ecclesiam quam dicaui diuo Bernardo in agro Laudensi, & pro hac cautela facit quod nota. Math. nota. 186. nota q si testator.

Fallens aliquem ne ipse fallatur, dicitur uti prudentia, non autem calumnia. ita Baldus consilio 142. dominantibus. ad finem. libro 1. Nam, Fallere fallentem, fraudemque repellere fraude, Exemploque licet ludere quemque suo. Quæ nota ad l. cum proponas. C. de transact. & ad l. cum proponas. la 2. C. de pactis. Quia non adimplenti, non est adimplendum, ut ibi habetur, & tradit Imo. consilio 81. quæ regula procedit, etiam si contractus esset iuratus, ut per Corne. consilio 69. colum. 3. & consilio 113. colum. penultima lib. primo. & Decius consilio 265. colum. 2. & passim habetur.

Falsitas in instrumento, seu scriptura in dubio præsumi non debet, per regul. l. merito. ff. pro socio. & per ea quæ singulari. tradit Barthol. in lege non solum. §. sed ut probari. ff. de operis noui nunciatione. & ideo potius præsumitur diuersitas temporis uel loci, quam præsumatur instrumentum falsum, ita eleganter notat Bald. in l. imperator. la prima, in 2. columna uersic. & nota. ff. de stat. hom. quē sequitur Dom. Alexan. cons. 70. uiso processu inquisitionis. in prima colum. uersic. accedit, lib. primo, & Dom. Ias. in l. iurisg. §. quod fere, in prima colum. per gloss. ibi ubi omnes ponunt ff. de pactis. Decius consilio 175. in causa falsitatis. colum. 5. uersic. 2. præmitto.

Fama est necessarium præambulum ad inquisitionem, iuxta ea quæ late tractat Bart. in l. de minore. §. plurimum. in 1. & 2. colum. ff de quæstionibus. tamen hoc singul. limitatur non procedere, quando princeps mandaret, quòd contra talem iudex inquireret, hoc enim casu non est necesse, quòd constet de fama: quia principis conscientia supplet defectum cuiuslibet solennitatis, ita sing. Bal. post Innoc. per eum relatum in lege nullus. C. ad l. Iul. maiest. quod dictum multum extollunt Ludouic. Roma. & alii doctor. quæ omitto, quia referuntur per Dom. Fel. in c. 1. in 5. colum. uersic. priuilegium continens, extra de rescript. ubi limitat, proced. quando princeps rescripsit motu proprio secus, si ad partis instantiam, seu petitionem per gl. sing. in c. 2. in uer. Fuerat. de accusat. lib. 5. quam pro sing. ad hoc not. Augu. de Arimino, in sua paraphrasi ad Ang. circa tractatum maleficiorum, in uerbo, Fama publica præcedente, in prima colum. ubi dicit, quòd hoc dictum Bald. simpliciter intellectum facit multos errare. Et ultra eum confirmo per illud quod consulebat Dom. Alexand. consilio 180. in causa angelorum, in ultim. colum. uersicul. non obstat prædictis, in 2. lib. ubi dicit quòd Innoc. & Bal. supra relati loquuntur, quando princeps affirmat ad suam noticiā deuenisse quod talis deliquit. Imo. plus refert

refert Io. Andr. dicere in c. cum oportet. de accusat. requiri ꝙ princeps assertiuè dicat sibi cōstare, alias nō uidetur remittere, ꝙ non debeant recipi testes super infamia. Et illam declarationem D. Alex. ad illud dictum Bald. etiam sequitur Dec. consi. 189. lætatus sum. in pen. colum. ad fi. & consi. 170. uiso themate. colu. 2. uersicu. nec obst.

Et pro confirmatione huius sing. dicti Bald. hoc modo declarati addo, quòd singul. consuluit Petrus de Ancha. eius discipulus, consi. 293. ultra alia solenniter allegata quòd sui, &c. ad fi. ubi concludit, quòd si Papa scriberet alicui executori, quòd informaret se, an Titius commisisset tale delictum, & hoc cognito, & uero reperto, conferat eius beneficium impetranti, quamuis delictum non esset tale ut Titius priuari deberet, tamen per uerba Papæ uideretur declaratum quòd possit priuari, & ideo non obstaret exceptio, quòd delictū de sui natura talem pœnam non mereatur. Quod memoria dignum est, & pro singulari refert & sequitur D. Fel. in c. inquisitioni. in prin. in 3. col. uersi. 2. nota. extra de accusat.

Sed circa prædicta dubitari posset, quid si concurrunt duæ famæ contrariæ, an per secundam bonam derogetur priori, & propterea ab inquisitione debeat desisti. Bald. singu. in l. is potest. uers. ex prædictis. ff. de acqui. hæred. decidit, quòd per secundam famam non uicietur inquisitio, quæ per formationem iam statum accepit, sed quòd ex priori fama non poterit deueniri ad tormenta. quæ uerba sunt bene notanda, secundum eū. & hoc dictum multum commendant & sequūtur Mod. ibi, & in specie D. Alexan. in pen. col. uersi. subdit etiam Bald. & pro singulari commendat Aret. in maleficiis. in uerb. Fama publica præcedente. in 1. colu. licet alibi Bald. indistinctè dicat, bonam famam posteriorem priori derogare. consi. 79 proponitur ꝙ ex quodam. in ultimo lib. & latius consi. 450. quæritur. in 1. col. in 3. li. & Corn. nullam de prędictis mentionē faciens, consi. 198. *Posteriora prioribus derogant.*

uisa inquisitione.in 5.col.ad fi.lib.2.

Feriæ aliquæ sunt solennes,ut quæ in honorem Dei: aliquæ minus solennes,ut quæ messium , uel uindemiarum causa inductæ sunt.aliquæ repentinæ , ut quæ propter natiuitatem filii Imperatoris, uel eius aduentum in hac urbe statui solent , ut habetur per glo.& scrib.in c.ult.de feriis.& in l.1.ff.eo.ubi Bal.col.2.dicit, q feriæ repentinæ magis accedunt feriis inductis in honorem Dei,quam feriis messium uel uindemiarum, & propterea eis per partes non posset renunciari.d.cap.ult.in fin. & d.l.1.in prin.Alex.consi.36.uiso.colu.pen.lib.2. Aliquæ etiam sunt feriæ statutariæ, & de istis iudicatur prout de feriis quæ a iure communi inductæ sunt, secundum Bal.post Cy.in d.l.1.in fi ff.de feriis. Alex. consil. 130.in caus.col.3.lib.4.& dictæ feriæ uindemiarum obseruari debent etiam in locis illis, in quibus uinum nõ colligitur,prout in Anglia , & in pluribus locis Germaniæ,sed dantur eis tales induciæ , ut tempore commodiori possint sibi de uino prouidere , teste Innocen. & aliis,in c.conquestus.in ult.uerbis,de feriis. ubi omnes tangunt:& ibi etiam Inno. singulariter decidit quæstionem,quæ sæpius ex facto incidit, quando scilicet citatur absens,in cuius loci habitaculo fariæ obseruantur quæ in loco iudicii non sunt, an ualeat iudicium?& decidit q sic:cum quo ibi transeunt Baldus,But. Imo. & Abb. in ultim. colum. qui dicunt, communiter teneri,& ita proximis diebus obtinui,& est memoria dignũ, quia legistæ de hoc non faciunt mentionem in d. l. 1, de feriis . & commendatur a Bal. in sua margarita , in uerb. Feriæ uindemiarum. & latè tradit Spec.de feriis. §.primo, uers. sed pone. ubi relatis pluribus opinionibus,tacet q seruari debent feriæ loci,ubi iudicium agitatur,quia sunt præparatoriæ,argu.l.3.§.ult.ff.de testibus,& facit doctrina Bar.in l.1.col.13.uers mihi autẽ, C.de sum.trini.& quæ retuli infra in uerb. Instrumentum factum.

Fasciis in calciatu usos esse priscos , indicat Plini. in

8.scri-

8.scribẽs mures arrosisse Carboni Imperatori fascias, quibus in calciatu utebatur, quod dirũ fuit ostensum. Vale.Maxim.in 6.lib. loquens de Cn.Lentulo Marcellino consule, inquit: Cui candida fascia crus alligatum habenti. Has eleganti uocabulo Vlp.appellat crurules, & pedules, in l.argumento.in prin.ff.de aur. & arg. leg. secundum lectionem antiquam, a cruribus.s.& pedibus uestiendis. Sed si mauis fascias crinales, ut pleriq; codices habent, referenda sunt ad uittas & crinium tegumẽta. Hinc nota sunt illa uerba: Fasciam solue, quantum mali sub illa latet. Ponitur ẽt quandoq; Fascia pro nube in modum fasciæ cœlum percurrente.de qua Iuuen. Nil fascia nigra minatur. Fasciæ etiam dicuntur zonæ siue plagæ. Martian.Capell.in li.de Geometr. Orbis terræ in quinq; zonas, siue melius fascias dico, pro rerum diuersitate discernitur. *Vlp. locus.*

[1] *Feudum* ligium dicitur, si conceditur ab Imperatore uel rege, præstita fidelitate absolutè, & nullius alterius domini fide conseruata. ita declarat glo. singularis in Clement.pastoralis.§. rursus. in uerbo. Homoq; ligius.de sententia & re iudi.quod alibi in iure scriptum se non reperisse dicit Bal.in l.prima.§.primo. colum.penulti.uersicu.si quis inuestitus.C.de cadu.tollen.& pro sing.citat Domi Alexand.consilio 30. quoniam omne datum. in prima colum. uersicu. quarto, libro primo. Quod etiam repetitum est in consilio 2. in ultimo libro. tamen habet concordantem in aliquibus extrauagantibus. cuius uerba reassumit Baldus in consilio 291. ad euidentiam præmittendum est. in primis uerbis. in secundo libro. Et rationes huius dicti, uidelicet quare feudum ligium non possit nisi uni parere domino, ponit Baldus in authenti.hoc amplius.colum.1.ad fin. C. de fideicommis. Et tale feudum ab aliis differt in multis. inter alia unam singul.fall.tradit Baldus in capitulo cæterum. in tertia columna. uersiculo quæro an suprascripta, de iudiciis, quod licet in feudis multi iudices esse possint, & ordinarii sint pares curiæ, tñ in

feudo ligio solus princeps potest cognoscere, quia solus potest instituere, & institutum destruere, & est singula.dictum secundum D. Ias. in præludiis feudorum, in 32.col.uers.quartus effectus, ubi multa de ista materia ponit in 7.diuisione feudorum, & ibi refert aliud singul.dictum Bal.in d. c.cæterum,in pen.colum.uersi. sed statim, ubi tenuit, q in tali feudo, sicut etiam in feudo franco,nō est licita pœnitentia, prout in aliis. & hoc dictum Bal.pro sin.citat ēt D.Ias.in 8.diuisione ad fi.& Mart.Laud.in c.1.in 8.col.qui feu.dar.possunt, licet in lectura Bal. Sigillum pro siligium mendose legatur,& idem considerat Bal.consi.324. quæritur utrum Papa,in primo lib.

Bal.menda.

Et propterea alibi Bald.sing. dicebat in c.inter dilectos,in 3.col.uers.item scias, q non est feudum. extra de fide instrumentorum, quod non dicitur feudum ligium,seu francum, nisi hoc nominatim, & expresse in eius concessione dicatur, quia excedit naturā recti feudi,etiam nobilis.& idem concludit D.Ale.in d.consil. 30.col.ult.circa finem, ubi de hoc Bald. dicto non fuit memor,quod pro sing cōmendat D.Ias.in prælud. feu. in 34.col.uersi.illud diligenter nota,& has differentias & plures alias late, & singula. ex facto cum incidisset, reassumit Baldus,consilio 291. ad euidentiam præmittendum est,per totum.in 2.libro ubi eleganter declarat totam materiam feudi ligii, & tria requisita ad hoc, ut feudum dici possit ligium, refert Curt.in tract. feudo. in 1.par.in 8.q. in quibus tamen prædicta comprehenduntur.

Feudi noui, & fraterni natura est, ut uiro decedente sine filiis masculis, feudum reuertatur ad concedenté. tex.est in capitulo primo in principio de fratribus, de no.ben.inuest.cum simil. Fallit, si sit feudum concessum ab Imperatore,& non ab inferiore,quia in tali feudo habet locum ius accresc.ita singu.not.Bal in l.prima §.in prima colum.pen.uersiculo unum scias. C. de cad. tollen.cuius uerba pro solennibus citat Dominus Alexander

xander consilio 30 quoniam omne datum, in 3.colu. uersiculo 2.dato.lib.1.& in consi.2.lib.5.ubi idem cōsilium repetitum inuenies, & latiss.de ueritate disputat Iaf.in l.re coniuncti, colum.48.uersiculo tertio limita, & colum.sequen.& seq.de leg.3.& sequitur Do.Alex. in l.si mihi, & Titio, in 3.colum.de uerb. An autem filii fratrum in feudis succedant in stirpes uel capita, Bald.ponit in authentica cessante, colum prima C.de leg.hæred.& consuluit Alexander consilio 55.prospectis his, in 4.lib.& Barb.in consi.immediatè sequenti, & eleganter per Zasium in tract.feud.tit.de feudi successione, uersi.sexta conclusio, ubi etiam refert decisionem diui Caroli Moderni Imperatoris, circa hoc quod in capita succedat secundum opinionem Azonem contra glossam.

Feudi quæstio determinatur secundum iura canonica, si in inuestitura adsit iuramentum, quando ius ciuile, & canonicum contradicunt: ita sing. *Bald.*in §.præterea ducatus, in 2.col.uersiculo quæro si pares, de prohib.feud.al.per Fed.cuius dictum pro egregio commendat D.Alex.consi.5.si uera sunt, in 3.col in princ.in ul. lib.& Do.Fel.in capitulo cæterum, ad finem de iud. & in capitulo cum sit generale, colum.5.uersic.ampl.2.de for.compet. Quod tamen intellige, procedere solum quoad iuramentum, in aliis standum est iuri ciuili, secundum ea quæ tradit Bald. ad quæ ipsemet se refert in l.liberti libertæque in ult.col. ante fi.C.de oper.liber. qui ex facto cum incidisset, consuluit in consil.183.factum sic se habet, in 3.lib.& consi.188.factum tale est anno domini, in eo.lib. & alibi sæpe.

Feudum cōcessum mihi pro me, & successoribus meis quibuscunque, transit etiam ad legatarios, qui impropriè hæredes appellantur.ita sing.dicit Bald.in capitulo imperialem, in prin.in penul. colum.uersi.deinde uides, ꝙ uasallus.in tract.de prohib.feud.al.per Feder. cuius decisionem sequitur Do.Alexander consil.193.ex themate, colum.2.uersi.& quod ueniat, lib.2.& consil.30.

ponderatis

ponderatis,in 6.dub.in 5.lib.pro sing.citat D. Ias. in l. cum filiofam.colum.13.uersic. successiue,in quantum Bar.deleg.1.& in præludiis feud.col.13.uers.an autem feuda,&c.ubi tenet,quòd uigore istius dictionis. Quibuscunque,feudum transit etiam ad fideicommissariũ, quia non retinet propriam naturam feudi, etiam quo ad extraneos hæredes,ut etiam per eum in l. quædam. §.nihil interest,in 2.not.ff.de eden.& late Andr.Sic. in repe.l.cum acutissimi, col. 70. uers. & ex istis sequitur conclusio, C. de fideic.cum his quæ latius scripsi infra indictione,Quibuscunque.

Feudum uiuo etiam patre filius possidere intelligitur ac etiam inuestitus dicitur,& ideo sine alia inuestitura continuatur in eum possessio.ita sing.dicit *Bal.*in l.cum antiquioribus,columna 6.uersic.decimo sic. C.de iure de lib.& est magna,& singul.limit.ad l.cum hæredes in prin.ff.de acquir.poss.secundum Dom.Ias.in lege quotiens,in 8.col.uers.nota etiam perpetuo.C.de rei uendica.ubi dicit quòd non reperies eam ab aliquo ponderatam,& propterea non firmat.Hanc decisionem Bald. etiam pro sing.citat D.Ias.in l.si sorori,ad finem C.de iure delib.& cons.87.consultus,col.2.lib.1.Confirmari potest, quia idem operatur existentia sui hæredis, quod operantur tabulæ testamenti,ita sing.*Bald.*in c.1. post prin.in tit.de conten.inter masc.& fœm.de benefi. quod dicit nota.dignum.Secundò confirmari potest ex eo,quod alibi dixit *Bal.*in c.1.in ultima colum.circa finem,in titulo an mutus uel imperfectus,quòd filius uiuo patre potest dici feudatarius,quia est eadem persona cum patre.proinde secundum eum, post mortem patris non dicitur succedere,seu acquirere,sed retinere,& ante Bal.idem dicit gl.not.in c.ult.ad fin. de feud. cogni. quæ uult, quod filii post mortem patris non acquirant feudum succedendo patri, sed iam in uita acquisitum capiunt cum liberiori administratione,& illam glo.ad hoc ibi ponderat,& commendat Bal ante finem, & D. Ias.in l.in suis,in 3.colum.ff.de libe.& posthum.& pro

ualde

ualdè sing.citat And.Siculus in rep. rub.C.qui admit in 14.colum.uersi.mihi uidetur,&c. Tertiò ex eo quod eleganter scribit Abb.in cap.cum uenissent.in 2.colum. de resti.spolia.ꝙ si habens possessionem ciuilem ingrediatur naturalem uacantem,non dicitur de nouo acquirere, sed cõtinuare suam possessionem, & inducere ad q.ut ibi per eum,de quo lege Ias. in l.3.§. Nerua filius in 3.not. de acq.poss.

Feudum simpliciter receptum, intelligitur receptum pro se,& filiis suis masculis: licet in inuestitura de nullo hærede sit facta mentio.ita sing. notat Bald. per gl. ibi in c.1.ad fi.principii,quibus mo.feu.const.pot. & est diligentiss.notandum,secundũ D.Alex.in l.quod dicit. col.39.uersi.sed circa hoc de uerb.oblig. & pro sing. approbat D.Ias.in l.2.col.67.in 10.q.C.de iure emph.

Feudum ecclesiasticum non potest infeudari sine cõsensu prælati.fauore ecclesiæ, licet secus sit in feudo seculari.ita sing.Bald.in c.1.§.præterea, circa princip.de Capit.Corra.& pro singu.refert Do.Ias.ubi dubitat de ueritate,in cap.1.in prin.in pen.col.uersic.3.limito,qui feud.dar.poss.Quæ autem sit ratio, quare uasallus non posit feudum alienare sine consensu domini,& tamen posit infeudare alteri,ut consuluit elegãter distinguendo Bal.consi.16.facti euidentia,in 1.lib.inuenio, quòd Bal.idem sing.in c.quæ in ecclesiarũ, in 4.col.uersi.sed quare permittitur,extrà de constitu. dicebat talé posse asignari,quia ad uendendum propter dulcedinem pecuniæ,homines sunt faciliores,ꝙ̃ ad donandum,& hãc rationem alibi se non legisse testatur D.Ias.in cap.1.in prin.in 12.col.uer.nota ex tota,qui feud. dar. poss. quę tamen ratio licet sit persuasiua, non tamen necessariò concludit,secundum eum,& posset subuerti.

Feudum debet expresè,& specialiter renũciari alias ꝑ generalé renũciationé nó ꝑiudicat quis sibi in feudo. ita sing. Bal.in auth.in successione,ĩ fi.C.de suis,& leg. & pro sing.citat D Ias.in l.gallus § qdã rectè,ĩ pe.col. ff.de lib.& posth.in priorib.scriptis, tñ ĩ hoc dicto Bal.

non

non puto, ꝙ sit aliqua singularitas, per ea quæ scripsi supra in uerb.Emphyteosis, ubi etiam limitaui, & hoc dictum Bal.citat, & sequitur Ias.consi.152.col.2.lib.4. & latè insistit Dec.in l.1.in 2.col.ff.si cer.pet.in 2.lect.

Fictio declaratoria, quæ retrotrahitur, non requirit extrema habilia, licet secus sit in fictione inductiua. ita sing. Bald.per illum textum quem ita declarat in l.sed etsi quis §.quid ergo ff.de usufru.sequitur Aret.in l.1. §.si quis ita, in 5.colum.uersiculo, & aduerte, ff. de uerborum obligat.& pro sing.commendat Do. Ias. in cõment.l.si is qui pro emptore, in 46.colu.uersi.8.& ulti. ff.de usucapio.

Fideicommissarius uniuersalis non habet ius adeũdi, nec uenit per remedium aditionis hereditatis, sed per restitutionem l.restituta, ff. ad Trebellia.& l.si non lex Aelia Sentia, §.1.in uerbo, Restituatur, ff. de hæred.instit.Et ideo per illum textum dicit ibi sing. Bal.se consuluisse, ꝙ cum quidam fideicommiss. uniuersalis ageret contra extraneum possessorem, & in libello diceret quòd hæreditatem adiuerat, quod talis libellus erat ineptus, sequitur simpliciter Andræas Siculus in repetitione rubri.C.qui admit.in 8.colum.uersiculo, & adduco, tex.&c.hoc dictum pro mirabili citat Dominus Ias.in l.ultima in penultima columna circa finem, C.qui admitti, & pro singul.refert in l.sed etsi possessori §.item si iur in 4.not.ff.de iureiuran. ubi dicit, quòd redditur dubium ex his quæ ibi latè tractat. Ex quibus resultat regula generalis, quòd uerba in libellis capiũtur etiã impropriè, ut libellus sustineatur, & ex facto in terminis consuluit Corneus consilio 18.in præsenti cõsultatione, in tertio libro. Et quamuis in uulgatioribus libris Digestorum. Eliescentia mendosè scriptum reperiatur, & passim ætatis nostræ Iureconsul. ita proferant: tamen ex antiquis codicibus scribẽdũ est Aelia Sentia ab auctore, qui Aelin Sentius dictus est: de quo apud Ciceronem, Liuium, & alios plurima mentio, & eodem modo castiganda sunt uerba Paul. in l.qui filiũ §.Sabinus

In libellis uerba impropriantur

Locus Iureconsf.

Error cõmunis.

nus.ff.ad Treb.& Vlp.in l.illud de manumiss.uindica,& Iureconſ.in l.qui contra.ff.de iure patro.

Fideicommissum poteſt peti per procuratorem, ut eſt tex.in l.qui ita.§.1.ubi glo.Bar.& ſcrib.ff.ad Treb.ſecus tamen in procura.in rem ſuam, ut ibi notat, & firmat Bar.ubi etiam rationem diuerſitatis aſsignat in l. ſancimus,in prin.C.ad Treb.& ibi ſing.hoc limitat,niſi talis procurator ſeu ceſſionarius ageret,ut reſtitueretur cedenti pro ſuo intereſſe, quia facta reſtitutione cedenti ipſo iure utiles actiones tranſlatæ ſunt in ceſſionarium arg eorum quæ not.in l.ex aſſe.ff.ad Trebel & hoc ult. pro ſing.caut.commendat Bar. Veron.caut.213. communis opinio. *Locus apud Iureconſ.*

Fideiuſſor non obligatur pacto nudo, ſed requiritur ſtipulatio.l.blanditus,cum ſimili.C.de fideiuſſ.& rationem aſsignat Io.Fab.in rub.inſtit. de fideiuſſ. uerſiculo & aduerte hic.quam pro ſing.commendat,& tenet Do. Iaſ.in l.lecta in ultim. col. ff. ſi cer.petatur, imo etiam cohærentia contractus non ueſtitur.ita ſing.Bal.in l.ex placito,in 17.q.de rerum permut. quod pro ſing. commendat Crem.not.108.factus eſt,& Dec.conſi.93.col. 1.ad finem,& ſeq.Sed quid de iure canon.quo iure pactum nudum producit actionem efficacem.c.1. & c. 3. de pac.& concludunt communiter Mod. in l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ff.eo.& eſt communis opinio,teſte Cor.conſ.228.uiſo puncto columna 4.in prin. in 3. libro.Dic quod etiam de iure canon.non obligatur pacto nudo ſed requiritur ſtipulatio,quia iura, & doctores præallegati loquuntur in illis, qui promittunt nomine proprio,ſecus ſi alieno.ita ſing. declarat Bald. in d.c.1.in ultima columna uerſic.pactum nudum, & pro ſingula.commendat D.Iaſon in l.iuriſgentium,§.quinimo,in primo notab.in 5.fallent. ff.de pac & in l.lecta, in ultim.uerbis ff. ſi cer.petatur,& Dec. in præallegato conſ.93.columna 2.in prin.D.Fel.in dicto cap.primo, colum.ultim.uerſic.8.declaratio.de pac. & eſt ſing.extenſio ad d.l.blanditus,& notab.limitatio ad canones

præ-

præallegatos. Prædicta tamen sing. declarãtur non procedere fauore piæ causæ, quia fideiussio pacto nudo interposita, erit efficax, ita sing. Ludouicus Romanus in repetitione auth. similiter C. ad l. Fal. in 5. col. in 4. speciali piæ causæ inter contractus, per text. sing. in l ult. C. ad Velleia. & sequitur D. Fel. in d. c. 1. col. fin. 8. declaratione, de pac.

Fideiussor indemnitatis non potest conueniri ante principalem, dato quòd expresse renunciauerit beneficio excussionis, ita sing. *Bart.* in l. prima, per illum textum, C. de conuen. fisci debit. lib. 10. & in hoc differt à fideiussore simplici, qui potest renunciando sibi præiudicare, ut concludunt omnes ubique, & maxime *Bald.* in authen. præsente, in ultimis uerbis *C.* de fideius. ubi citat hoc dictum Bartoli quod pro singula. commendant Arc. & Dom. Iason in l. si ita stipulatus fuerò te sisti, §. possum, ad finem. ff. de uerborum obliga. post Ludouicum cons. 241. spectabiles domini, columna secunda, & Baldus in l. ex rescripto, colum. prima, extrà de iureiurando. & late insistit Dominus Alexander consilio 29. clarissime, columua 8. lib. 7. Sed quid si talis fideiussor iurauit super renunciatione, uideretur quòd idem esse deberet, cum iuramentum debeat regulari secundum naturam contractus, super quo interponitur, l. ultima C. de non numerata pecunia, quæ ad hoc communiter allegatur. Sed ad hoc habes meliorem tex. de iure; in l. sed etsi possessori §. item si iurauero, & ibi Dominus Iason in 9. notab. ff. de iureiur. & benefacit l. eum qui, § ultim. eodem titulo, & capitulo quemadmodum, extrà de iureiurando per quem text. not. ibi Dominus Abb. in secunda colum. in 7. notab. quod iuramentum appositum in aliquo contractu, recipit omnes conditiones, & subauditiones seu limitationes, quas habet ille cõtractus. Imo fortius uoluit sing. Inno. in capitulo per tuas, columna secunda de arbitris, quod iuramentum simpliciter præstitum in materia sui natura alternatiua, debet intelligi alternatiue: quod dictum pro singula. & pulchro commendat

Iurm regulat̃ secũdũ subiectã materiam.

Do.

D.Abb.in c.ex parte el 2.in colum. de cle.non resid.sequitur etiam Dom. Alex.in c.sicut ex literis, in 2. colu. uersic.nota.ibi nisi forte,extra de sponsalibus. Tamen illis non obstantibus,contrarium decidit sing.Bal.in c. ex rescripto,in 1.columna ad finem,uersiculo item quare iurauerunt,extrà de iureiur. hocque operatur iuramenti religio,quod quidem iuramentum seruari debet, modo non uergat in interitum salutis æternæ, ut dicit text.in c.si uero,& in c.etsi Christus,& in c.causa,contingat,cum aliis similibus, de iureiur. & in pulchra q. consuluit Dom. Alex.in consil.59.uiso instrumento,& titulo quæstionis,& consilio 125.uisis,& consideratis, colum.4.uersi.sed præmissis,lib.1.& alibi sæpe,& And. Sic.in consilio 53. præclare scripsit Psalmista in 8. columna in 2.lib.& hoc dictum Bald.pro sing.refert,& sequitur Dom.Alex.consil. 32. in causa executiones. in pen.col.ad fi.lib.5.& in l.Marcellus.ff.de fideiuss.& pro sing.etiam citat Dom. Ias.in l.ultim.in princ.in 2. col. circa medium,ff.si cer.pet. ubi tamen uidetur una cum D.Alex.tenere contrarium. *Iuramenti effectus.*

Fideiussores principem non possunt opponere beneficium excussionis,cui tacite renunciasse uidentur,ne inanis sit fideiussio,cum semper princeps sit soluendo, ita sing.Bald.in l.1.in 5.col. uersic. item quæro fideiussi C. de conuen.fisci deb.lib.10.quod pro sing.multum commendat D.Alex.in l.ult.in prin.in 2.col.uersic.accedit, ff.si cer.pet.& etiam retuli infrà in uerb.Fiscus.Sed hæc decisio hodie in ciuitate,& ducatu Mediolan.non uidetur utilis, propter statutum quo cauetur, quòd nullus possit uti beneficio excussionis.

Fideiussor proprie dicitur debitor,l.4.ff.de solut. Bartol.& alii in lege prima.ff.si certum petatur.Et hoc procedit etiam in materia correctoria,&pœnali,puta quòd debitor pupilli non possit esse eius tutor, secundum quòd disponitur in authen.minoris debitor,C.qui dari tutores possunt, nam qui fideiussit pro aliquo uersus pupillum,non poterit eius tutelam suscipere,ita signan

ter determinat. Ang. in auth. ut hi qui obliga. perh. se hab. res. min. ad finem princ. & ibi refert ita ex facto, cum incidisset, iudicatum, quæ decisio est magna, & bene notab. si uera, secundum Dom. Ias. in l. si fideiussor. in prin. in 2. not. de leg. 1. ubi Aret. in 1. simpliciter approbat. sequitur etiam D. Ias. in l. 1. in ult. uerbis, si certum petatur. Et propterea solemus dicere, quòd fideiubens pro alio dicitur male uti substantia sua, & præsumitur pauper. ita sing. Ang. in l. in personam. §. 1. ff. de pactis, ubi per hoc dicit, cauendum à fideiussoribus. Multos enim fideiubendo ad inopiam peruenisse, non est in obscuro. & est sing. modus & memoria dignus, ad probandum paupertatem alicuius, teste Dom. Alex. in l. si constante in prin. col. 11. in fin. ff. sol. mat.

Pauptas quo pbet

Sed hoc ultimum limitarem, procedere in eo qui solitus est intercedere pro magna summa, secus si pro parua, quia paruum æs alienum debitoris suspicionem non generat. ita sing. Bal. in auth. sed iam necesse. in 1. q. C. de donat. ante nupt. quod pro sing. not. Lud. sing. 96. dic mihi.

Fideiussor de iudicio sisti non datur ab eo, qui est uocatus in ius, ad hoc ut soluat, & ideo non debet relaxari, sed debet soluere, aut cauere de soluendo. ita notabiliter dicebat Odofredus in l. neque impuberes. §. primo ff. de in ius uocando. licet Bar. sibi ascribat, ut dicit Ludouicus Romanus, sing. 241. unus uult. Allegatur pro hoc dicto Odofredi optimus textus in l. si pecuniæ. §. qui fideicommissi. in ratione sui. ff. ut in poss. leg. qui est singul. ad hoc secundum Bartol. ubi idem repetit in lege consentaneum, in 4 colum. uersic. uenio & assumo. C. quomodo, & quando iudex. Paul. de Cast. & Do. Alex. in l. si fideiussor. §. ultim. ubi etiam Dom. Ias. in 5. not. ff. qui satisdare cog. Dom. Alex. in l. de die. §. ultimo, ad finem eodem tit. Dom. Ias. in l. properandum. in §. finautem reus in ultim. colum. C. de iudic. Dom. Fel. in c. examinata. colum. 8. uers. 4. limita. extra de iudic. & consuluit Bald. consilio 90. quæritur an captus, in ult. libro

bro. Et proinde alibi in proposito eleganter Baldus in cap. dilectis. in 3. col. ad fin. & sequentibus. extrà de appellat. monet iudices, ne relaxent incarceratos cum fideiussore de indicio sisti: quia tales fideiussores liberarentur per sententiam condemnatoriam. per tex. sing. in l. Grçcè. §. post litem. ff. de fideiuss. sed debent fideiussores promittere debitum solui. & ideo quidam potestas, qui hoc ignorabat, pro incauta relaxatione unius incarcerati fuit condemnatus in syndicatu, & desolatus. & hoc dictum Bald. pro bona cautela reassumit & approbat Bar. Veronen. cautela 159. notent bonã practicam. Et propterea in sequestris quæ fiunt, solent aliqui procuratores apponere, quòd fit sequestrum ad effectum ut soluat, quia tali casu non reuocatur præstita satisdatione, licet secus esset, si ad effectum litis mouendæ. ut tradit Alex. in d. l. si fideiussor. §. si satisdatũ. col. 1. ubi Ias. colum. 3. & Felin. in d. ca. examinata. col. 8. uersi. quartò limita. Tamen non puto tale sequestrũ, ut soluat, posse impetrari: nisi impetrans haberet pro se rem iud. per ea quę tradit Bart. in d. l. consentaneum. col. pen. Item generaliter sciendum est, quòd fideiussor non accedit reali obligationi. ita sing. uult Bart. in l. 1. in princ. in 4. colu. uersic. in contrarium, & hæc est ueritas, & c. ff. de pecul. tamen contrarium in hoc tenet notab. Baldus, & Salyc. reprobato Cyno ibid. in l. dominium. C. quod cum eo.

Filiorum appellatione in feudis, ueniunt omnes descendentes usque in infinitum. ita sing. Bald. in ca. quæ in ecclesiarum. in penul. colum. uersic. sed pone concessum. extrà de constit. quod pro sing. multum commendat D. Ias. in l. 2. colu. 65. in 6. quæst. C. de iure emph. & tradit Alex. consi. 17. ponderatis. in 1. dub. in 5. lib. ubi ponit quid in emph.

Filius non potest usucapere pro hærede. l. nihil. C. de usucapio. pro hærede, quia uiuente etiam patre dicitur dominus, l. in suis. ff. de lib. & posthu. & ratio potest esse, quia est suus hæres, ibi nunquam iacet hæ-

reditas.glo.est sing.& ordinaria, quã ibi approbat Cy. in l.cum hæreditas.C.depositi. per quam ibi notab. infert Bal.quòd hoc casu non poterit curator dari hæreditati,neque ualet processus tanquam contra hæreditatem iacentem. & illam gloss.ad hoc dicit singula. Andræas Sicul.in repet.rub.C.qui adm.in 14.col.uersi.& adduco.& Aretin.consil.26.factum super quo. colu.3. uersi.nec obst.& consuluit Ang.cõsil.211.ad fi.& Calca.consi.6.col.3.sed habet concordantes,ut latè tradit Bart.in l.ult.in pen.col.in fin.& sequent.ubi considerat quatuor casus ff.de condi. instrum. & de. ueritate Dec. consilio 344.applaudente.in prin.Hæc tamen reg.sing. declaratur procedere, quando uellet usucapere ut filius,secus si ut agnatus,quia posset. ita singu.. Bald. in rubric.extrà de præscrip.in pen.colum.in uersic. quæro pater.& dicit quòd nunquam ab alio intellexisti. Hoc dictum pro sing.multum commendat Do.Alex.& Do. Ias.in l.1.C.qui ad.mitti.ambo in pen.colu. circa med.& Do.Alexand.in l.licet.in 2.colu.C.de iure delib. & Do. Ias.in rub.ff de acquir.hæred. in prima quæstione Bar. & est notab.limitatio,& memoria digna ad l.nihil. cuius dispositio hoc modo faciliter eludetur,& potius ui debitur uerbalis, quàm realis. proinde hæc limitatio apud me est satis dubia,licet eã etiam teneat Dec.cõsi. 212.uiso puncto.col.prima post Alexand.in d.l.in suis. col.3.uersi.item facit.

Filius spiritualis non excludit substitutum,quia quã tum ad successionem,non est filius, licet fortè à patre spirituali in subsidium sit alendus. ita sing. Bald.in authen.nisi rogati.in ult.col.uersi.sed tunc ego. C.ad Trebell.quod pro sing.reassumit Andr. Sicul in commento l.cum acutissimi.in 125.col. uersic.faciat elegans C. de fideicommiss.ubi tamẽ tenet contrarium,quod imò talis filius spiritualis, quem uulgò filiotium appellamus,excludat substitutum,quod si est uerum,est multũ singulare,tamẽ opinio Baldi in practica obseruatur. & cum eo transit Martinus Laud.in tract.de legitimatione,

ne col. 8. uersic. 5. species.

Filius grauatus à patre restituere hæreditatem, detrahit duas quartas c. Raynutius, & cap. Raynaldus, extra de testament. & consului Bal. consi. 219. pepus. lib. 2. & consil. 70 præmittendum est ad euidentiam, in 3. lib. & cons. 377. quidam Alex. in eodem lib. & not. Mathes. notab. 164. nota pulchram, & Dom. Alex. consil. 43. attenta. colum. 2. & fin. lib. 1. & late consil. 142. circa primam dubitationem, in 5. 6. & 7. colum. in 2. dub. in eodem libro, quod consilium est errore duplicatum cons. 103. in 3. lib. ubi etiam late ponit, quid quando eodem tempore debent detrahi. & in l. mulier quæ § cum proponeret, colum. 7. in fi. ff ad Treb. Pich. in repetit. l. in quartam, colum. 44. ad fin. & seq. in 5. conclusione, ad l. Fal. Et est communis opinio, quæ per totum mundum seruatur secundum Curt. consi. 75. colum. 4. uersi. sed quid plus, & Dec. consilio 236. in 4. dub. Nisi tamen onus fideicommissi esset iniunctum succedentibus ab intestato, quia tunc ualet fideicommissum, & legitima non detrahitur ut per Alex. cons. 12. attentis, ad fi. lib. 3. An autem in casu quo Treb. deducitur, fructus percepti per grauatum eam extenuent, est doctrina Bart. in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l. Fal. ubi facit differentiam inter filium, & nepotem, & tradit Alex. ibi. col. 2. & sequitur Ias. cons. 108. colum. pen. lib. 4. sed aliter Pau. de Cast. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. ubi indistincte tenet, quòd fructus debent computari, & sequitur ibi Alex. circa 8. colum. & Ias. sibi contrarius, consi. 43. uideretur, colum. pen. lib. 3. & consilio 231. colum. 2. lib. 2. & late Pich. in reg. d l. in quartam, col. 83. num. 98. & ista opinio Mediolani uidetur præualere, quia indistincte seruatur apud nos, ut Trebellianica possit prohiberi, & sic etiam in filiis primi gradus, ut retuli infra in uerb. Trebellianica. Sed quid si est institutus in re certa, puta in uno magno palatio? Dic, quod detrahit solum legitimam, ita singula. Bald. in lege filium quem habentem, colum. 10. uer. sed hic quæro præsupposita.

posita.C.famil.herciscun.ubi dicit, quòd ita pluries cõsuluit.& hanc decisionem Bald.commendat etiam Cremen.notab.73.filius. Sed quid si pater a filio grauetur fideicommisso? dic, quod unam tantum detrahit, cum non reperiatur iure cautum. ita singul. (sub dubio tamen) decidit Baldus in l.si a milite.§. patre. ad fin. ff. de testamen. mil. & pro singu. citat Dom. Iason in dicta l.filium quem habentem,in quarta colum. uersicu. limita eam.C.famil.hercisc.ubi hoc dictum Bald.confirmat tribus mediis,& idem Do. Iason in l. qui se patris col.ult.uersi.quintò facit.C.unde liberi.in authentic.si qua mulier.col.7.uersiculo, & hoc modo.C.de sacrosanct.eccl. Vlterius etiam notandum est, quòd filius prohibitus simpliciter alienare, quãuis possit alienare usque ad legitimam & Trebellianicam, ut consuluit Baldus consilio 99.factum tale est, Nicolaus.in 2. lib.& consi.161. super eo quod quæritur. in quarto libro. declarando tamen ut singul.tradit idem Bald.in l. filium quem habentem.col.10. uersicu.ulterius quæritur.C.famil.herciscun.tamen non procedit quando filius est prohibitus alienare ad tempus, puta cum triginta annos compleuerit. ita singu. consuluit Paul. de Castro consilio 234.uisis & consideratis omnibus. in 2. col.& pro singulari citat D.Iason in l.filiusfam.§.diui. in quinto notab.de lega.1.in posterioribus scriptis, & in prioribus scriptis, in ultimis uerbis. & utrobique ponit remedium Angelus contra hanc probationem, scilicet ut filius repudiet hæreditatem paternam cum iuramento,quia tunc poterit alienare usque ad legitimam. quamuis tale remedium non uideatur mihi tutum,maximè per ea quæ latè traduntur per omnes, maximè Alexan.in l.quia poterat ff. ad Trebellia. & hæc decisio Paul.est memoria digna, & ex facto pluries incidit: & sequuntur Crottus & alii repetentes in dicto. §.diui.& super ea latè insistit Pich.in repetit.l. in quartam.in 44.col.in 8. limitat. ff. ad l.Falcid. ubi conclu-dit,quòd in prohibitione debet exprimi causa,quia scilicet

licet

licet sit prodigus, uel minus industrius. iuxta tex. in l. Titio centum. in prin. de cond. & dem. Et hoc sentit Paul. in d. consi. & in §. diui. col. 2. Notabis tamen, q; per hoc non est prohibitus interea testamentum facere, & hæredem instituere. ita not. decidit Bal. in l. ea lege. col. 4. in 2. q. C. de cond. ob causam. quē sequitur D. Alex. cōs. 155. uisis. in fi. lib. 2.

Filius præsumitur legitimus, non autem naturalis, ut delictum excludatur: Veronens. cautel. 189. quis in dubio, sequitur Dec. licet minus iustè eum citet, in l. si emancipati. col. prima. ad finem. C. de collat. unde in proposito dicit notab. Bald. in l. filium. colum. prima. ad fin. ff. de his qui sunt sui. quòd potius debet præsumi possibile honestum, quam possibile inhonestum. & sequitur Andreas Sicul. cons. 27. colum. 2. lib. 1. Et propterea D. Marianus consi. 23. col. 8. uersi. 18. in primo libro dicebat, quòd filius potius debet præsumi legitimus, quàm spurius, ut interpretatio in benigniorem partem assumatur, iuxta l. merito. ff. pro suo. & l. miles. §. defuncto. ff. de adulte. ubi est tex. in iure singul. licet uulgatus. per quem etiam dixit Baldus in proposito, q; honesta coniectura inhonestam præsumptionem, fauore prolis innocentis excludit. in l. prima. colum. 11. uersic. quo ad secundum. C. qui accus. & sunt memoria digna: licet D. Alciat. in tractatu præsumptionum, in 3. reg. in prima præsumptione, dissentiat a Veronensi, & Dec. supra adductis. Sed tamen opinio Veronens. fundatur auctoritate glos. in l. in concubinatu. ff. de concubin. ad quam D. Alciat. (ut puto) non aduertit, fretus relatione Decii in d. l. si. emancipati, & in materia probationis filiationis. Bal. in d. l. prima. col. 11. eam esse triplicem dicebat. unam. s. necessariam, quo ad matrem, quia certa est, aliam probabilem, quo ad patrem, qui tamen incertus est. l. quia semper. ff. de in ius uocand. & Homer.

Illo me genitum dixit pia mater, at ego
Nescio: nam proprium certus scit nemo parentem.

Tertiam esse præsumptiuam. ut quia pater uocabat aliquem filium. Et hæc etiam ad uulgò conceptos extenditur, secundum Baldum ibi. licet in hoc ultim. contrarium teneat Ang. consil. 209. super puncto prædicto uidetur. colum. prima. cuius opinio uerior uisa est D. Iason consi. 102. in casu. col. ult. lib. 4. ubi etiam citat Baldum in c. per tuas. colum. 2. de probat. singulariter uelle. quod ista probatio præsumptiua non sufficit in decisoriis, sed solum in præparatoriis. & sequitur Deci. consil. 321. col. pe. licet idem Deci. aliter loquutus sit cōsil. 54. in causa, & quod confessio spurii circa natiuitatem ei noceat, latè Pau. consi. 175. super primo, colum. pe. & ultim. in antiquis. habetur consil. 115. in primo libr. in nouis.

Filius patrem honorare tenetur, tam naturali quam ciuili uinculo, & propterea cum in ius non uocat. l. 4. & sequent ff. de in ius uocan. hinc singu. decidit Alber. de Rosate, post Pileum. in rub. de his quibus ut indig. quòd licet hæres antequam adeat hæreditatem testatoris, teneatur occisorem accusare, & facere quòd puniatur, to to titulo, ff. & C. ad S.C. Syl. tamen hoc singula. fallit in eo cuius pater testatorem occiderat, quia filio parcendum est ob paternam reuerentiam. & est singula. lim. ad totum illum tit. secundum D. Iason. in l prima. in 2. colum. in primo notab. C. de his quibus ut indig. Proinde ut etiam scribit Barto. Veronens. caut. 1. & sequitur Dom. Fel. in capitul quærenti. in penult. colum. ff. de offi. deleg. si filius commisit maleficium, & pater illum iudici præsentet, debet isto casu mitius puniri, propter affectionem paternam, etiam si essemus in crimine læsæ maiestatis, quod est memoria dignum. Eodem modo etiam propter hanc reuerentiam, non potest pater præsentando filium in carcere, euadere onus statuti, in l. ulti. §. ult. colum. penul. uersic. extra quæro. C. de usuris rei iudi. quod pro singul. latè reassumit D. Ias. in l. de quibus. col. 15. uersic. confirmo octauò. ff. de legibus.

Filius unicus regis monasterium ingrediens, plus peccat quam mereatur, & potest Papa dispensare cum eo, ut ducat uxorem, ne regnum destituatur. ita singul. decidit Bald. in l. si paterfamilias. §. ultimo. ff. de adopt. per illum text. quia debet studere procreationi liberorum. & est singu. decisio, teste Do. Iason. ubi eam declarat in l. si arrogator. in 2. colum. uersicu. item attende. eod. titul. Et hoc adeò uerum est, quod alibi dicit idem Bal. in l. si tibi filius. in fi. eo. tit. de adop. quòd Papa potest facere, ꝙ monachus ducat uxorem ad tempus. scilicet usque ad procreationem sobolis, ne fortè stirps nobilis deficiat sine hærede, quod est memoria dignum, cum matrimonium sit consuetudo indiuidua, ut habetur in locis uulgaribus. Et ideo in proposito dicunt Sign. Inno. & alii, in c. cum ad monasterium. de stat. monach. ꝙ si filia regis ingressa est religionem, & postea rex infidelis petit illam in uxorem, uolens baptizari cũ toto populo suo, ꝙ poterit cum ea dispensari a Pont. ex hac causa. quod est memoria dignum, ad illum singu. textum, licet uulgatum, in l. si hominem. ff. mand. & hanc decisionem cum quadraginta similibus ornat Andre. Sicul. in repetitio. rub. C. qui adm. colum. 26, in ultim. simili.

Filius renuncians feudo paterno, non excluditur a petitione feudi sibi obuenientis ex morte unius ex fratribus, quia non dicitur amplius feudum paternũ, sed fratris. ita sing. Bal. in l. 1. in 50. q. ff. de rer. diuis. commendat D. Ias. in l. 1. §. ueteres. super gloss. de acqui. poss. in utraq; lectura. post D. Alex. ibi. col. 9. uers. optime facit, sequitur etiam Do. Ias. in multis relatis supra in uerb. Emphyteosis.

Filius renuncians hæreditati paternæ, etiam uiuo patre, cum iurament. non præiudicat sibi in feudo. ita singula. Bald. in cap. 1. colum. 3. uersicu. Iacobus autem de bell. in titu. an agna. uel fil. ubi dicit ꝙ est bona cautela, ad euitanda onera creditorum, a nullo alio doctore imaginata, & hoc dictum pro singul. citat & *Caut. la optima.*

sequitur

sequitur D.Ias.in l.si non sortem.§.libertus, in penultima columna, uersiculo secundo habes.ff de condi.indebi. & alibi sæpe. Hoc dictum Bal. limitatur non procedere, si filius renunciasset bonis paternis, quia bonorũ appellatione ueniunt feudalia, ita singulari. tenet And. de Isernia in capitulo primo ad finem, de capit. qui curiam uend. sequitur Iason consilio 152.colum. penultima libro secundo, & in l.quod dicitur, colum.10.uersiculo ad secundum caput, de uerborum obliga. licet aliqui in hoc contrarium inaduertenter tenuerint, ut scripsi suprà in uerb. Emphyteosis. Et ideo in proposito monebat Bal. in l. pactum, quod dotali, in penultima colu. in 16.quæstione, C.de collatio. eos qui renunciant, ut sibi caueant a uerbis generalibus, ne in promptum ex effuso sermone incidant periculum iuxta l.ult. ad finem C.de dotis promiss. quod ultimum in pulchra quæstione reassumit etiam Decius consi.7.pro tenui facultate, in 3.colum. & consilio 195. studendo breuitati, colum. penultima ad finem post Do.Ias.in l.si de certa in 2.nota.in 1.colum.C.de transact. & Do. Alexander consil. 42.super præmisso themate, columna 4. uersiculo tertio, quia generalis, libro primo, & in consi.117.uisis supra narratis, columna secunda, uersiculo & ideo consului eodem libro, & in consi.11.uiso, ac ut oportet considerato, columna secunda, uersiculo, & prædicta, lib.2. & latè consi.68.uisis, uersiculo quinto probatur, lib.5. Hinc etiam dixit Bal. in l sub prætextu specierum, col. prima, ad finem, & sequen. in prima opposi. C. de transact. quod imputet sibi, qui non putauit sub uerbis generalibus, omnia comprehendi, iuxta regu. semper in generalibus, ff. de reg.iur. nã stultitia sua non debet aduersario suo nocere. argum. l.quidquid astringendæ, ff. de uerb.oblig. Proinde alibi per illum tex. not. Bald. in l. tres fratres, in 4.not.& in 2.oppo.ff.de pactis, quòd pactum generale de sui natura porrigitur etiam ad incognita, nam implicitè uerba generalia omnia includunt secundum eum. & istis adde, quæ retuli etiam suprà in

uerb.

uerb.Clausula generalis.

Filij in conditione positi, an intelligantur substituti, gloss.singu.in l.Lucius Titius, secunda, in gloss.ult. ff.de hæred.insti.tenet, quòd non.nam licet testator instituat Titium, cum hoc, q si decesserit sine filiis, substituit Caium, per ista uerba non intelliguntur dicti filii tacitè substituti, neque sumitur argumentum à contrario sensu, & illa gl.ferè ab omnibus approbatur secūdū Do.Alex.qui eam sequitur, in l.si cum dotem, in princ. in 13.colu.uersic.sed in hoc ultimo ff.solu.matrimo.& eam approbat cōmunis opinio tex.Do.Alex. in consil. 91.ponderatis his, de quibus in 5.colu.uersi. quod autē illi in primo libro, quod consilium repetitum inuenio consilio 11.in 3.libro, & pro ista opinione tanquā cōmuni consuluit Alex.consi.108.uiso themate, colu.1. & 2.in 1.lib.repetitum consi.109.in 2.lib.& istam glo. dicit communiter approbari D.Alex consi.66.uiso thema.col.2.uersic.non ob.lib.2.& Dec.consi.242.in casu proposito, col.secunda, & Alex.consi.32.uiso processu, columna secunda, libro 3.& consil.59.attentis uerbis, col.3 eodem libro, & consi.92.super eo colum.2.eodē libro, & consi.13.uisis, colum.penultima, lib.4.& Lud. Bolog.inter consilia Alexan.consi.53.columna 5.uer. omittendo.lib.4.& consi.24.attentis, columna tertia. & sequenti, ubi pulchrè declarat in 3.libro. & dicit cō muniter approbari, & quòd ab ea consulendo, & iudicando non sit recedendum, affirmat Socy.consil.116. in causa filiorum, circa principium libro 3.& est singu. ad hoc secundum Do.Alexan.in l.gallus, in principio, in quinta columna ff.de lib.& posth.ubi etiam Do.Ias. in octaua columna in prioribus scriptis, dicit singula. & communiter approbatum, & idem Dom.Iason latè in l.prima, in quinto nota. C.de pactis, & in l.pecuniam quā in 2.not.ff.si certū petatur, licet ubique doctores al legēt similem glo in l.si quis ita hæres instituatur, si legitimus, in glo.ultima ff.de hæredibus inst. & illam gl. etiam pro ordinaria, & cōmuniter approbata citat So-

cyn.

trario sensu,ita singu.limitat Ang.in l.in legatis,in lectura Florentina C.de leg.& est singu.& pulchra limitatio secundum D.Iason.in l.& in epistola,C.de fideicõmiss.& in d.l.in legatis,ubi dicit, quòd sibi multum placet,& eam sequitur Iason consilio 4.colu. penul.uersi. quinto,libro primo.Corn.consil.145.in hac consultatione,colum.5.lib.2.& idem D.Iason in l.1.colum.4. uersi.istam communem,C.de pactis,ubi tamen dicit se de ea dubitare, per regul.l si quis sub conditione dandorum decem,ff.si quis omis.causa testam. quæ ita procedit in legatis,sicut in hæreditate, & propterea istam sing.limitationem Ange.latè reprobat Socyn.in repet. l.cum auus,in 76.colum.uersi.ad sextam, & ultimam, ff.de condi.& demonstra.ubi per multas colum.subtiliter examinat materiam illius sing.gl.ad quam etiam uidenda essent quæ latè reassumit Andræas Siculus in commento l.cum acutissimi, colum.79.& sequenti C. de fideicommis.in uersiculo aggredior nunc secundam dubitationem,& in 85.colum.uersi.sed glossa, ubi cum decem colum.sequentibus latissimè examinat intellectum,& ueritatem illius glossæ, cũ his quæ in pulchra quæstione scribit Baldus consilio 320.super puncto.in tertio libro. Secundo limita non procedere, si in substitutione dictum esset,si filii mei decesserint sine filiis masculis, quia tunc non proced.dicta gl. quæ solum simpliciter loquitur in dispositione facta de filiis, ita latè consulendo tenet Decius consi. 318.in causa istorum, col.1.& sequentib.ubi etiam allegat decisionem Guid. Papæ in quæstione 184. & idem Dec. in l.1.col.5.C.de pactis, sed contrarium tenet Alex. consil.24.attentis, col.3.lib.3.& latè Socy.consi.116.in causa filiorũ col. 5.& seq.lib.3.& ita dicit fuisse seruatum Guido Papæ q 600.ita circa, & in d.q.184.

Tertiò limita, quando aliqua alia etiam leuis coniectura concurreret in fauorem filiorum, qui in conditione positi fuissent.ita Socynus, consilio 116.colum na 2.libro 3.& in d.l.cum auus.ad finem.de cõd. & demonstratione

mon. Corneus consilio 97. columna 2. sequen. lib. primo, & consi. 22. columna secunda, & consilio 146. col. 5. libro secundo, super quibus coniecturis late insistit Socynus dicto consilio 116. in prima charta. Quartò limita, quando in testamento positis, in conditione fuisset iniunctum aliquod grauamen, quia tunc censentur uocati per fideicommissum, secundum Barto. & alios quos refert, & sequitur Socynus consi. 77. in præsenti, in 4 colum. in primo libro. & Alexander dicto cōsil. 24. colum. tertia. Insuper amplia, & declara, ut nouissimè per Domi: Gallianoulam, aliàs condiscipulum meum, in repetione l. centurio, in 26. charta, de uulga. Item limitatur per Alexandrum consi. 64. difficultas, circa fi. libro quinto, quando post substitutionem filiorum testator prouidit de aliis substitutis per dinumerationē graduum. & sequitur Iason consilio 232. columna prima, libro secundo. licet contrarium concludat Socyn. in l. cum auus. colum. penul. de cond. & demon. & consi. 62. uiso capitulo, in fine, & consil. 104. quoniam p̄sens. columna penultima, lib. 3. & consil. 116. eodem lib. col. penultima, & tangit latè Corn. consi. 446. colu. 5. lib. 2. Curt. consi. 101. colu. 10. uersi. si ita est, & consi. 63. col. 18. ubi communem esse, quod solum censeatur eis reseruatum ius legitimæ successionis ab intestato, nō autē quod censeantur substituti.

Filiusfamil. potest donare causa mortis patri suo, in cuius est potestate, interueniente auctoritate iudicis: quia auctoritas patris hoc casu est suspecta. ita singu. Bal. in l. si furiosi circa finem, per gl. ibi C. de nupt. qd' est memoria dignum, teste Do. Alex. in l. prima §. fuit quæsitum. in quinta colu. uersicu. ultimo pro hoc allegat, ff. ad Trebel. ubi tamen Angelus dicit se cōtrarium consuluisse, scilicet quòd pater possit consentire p̄ tria, de quibus ibi per eum, & in hac quæstione etiam consuluit Corneus consi. 242. circa primum, in prima col. in ultimo libro. Præterea alibi Bal. consi. 42. facta sup̄ quibus. libro primo, consuluit, quòd liberatio facta per filium

filium patri ob nimiam reuerentiam, non ualet, & hæc sunt bene notanda ad statuta, quòd in contractibus minorum uel mulierum interueniat auctoritas propinquorum. Proinde alibi not. Bal. in l. uiduæ, in ultim. not per illum textum, eodem titulo C. de nuptiis, quòd dictum statutum debet intelligi de propinquis, qui non curant commoda propria potius quam minorum: cum multis similibus traditis per Dom. Fel. in c. edoceri. columna 8. uersic. omittitur suspectum extra de rescriptis, distinguendo tamen, ut per Angelum in dicta lege prima §. fuit quæsitum inter auctoritatem, & consensum: quia ad utilitatem etiam propriam pater consentire potest filio, licet non auctorari, & ita dicit se consuluisse Taruisii, & ita etiam consuluit Dom. Alex. conf 10. quo ad præsens per totum, in primo libro, ubi multa adducit in proposito & idem Alex. consil. 29. præclare, colum. penul. & ultim. lib. 3. ubi inter alia refert notab. decisionem Abb. in c. cum in ueteri col. 4. de electio. concludit, quòd si statutum requirit consensum duorum agnatorũ in contractu mulieris, & mulier uendat agnato, quòd in tali contractu sufficit consensus unius tantum agnati, quia propinquus emendo uidetur consentire, quod est nota. cum his quæ late, & subtiliter concludit Bald. consilio 289. quæstio ista est dubia, & consil. seq. in 3. lib. ubi late disputat, an pater possit consentire filio sibi donanti causa mortis, & dicit, quòd adhuc sub iudice lis est, item consilio sequenti differit, an possit consentire filio donanti fratri, casu quo patri quæratur usufruct. de quibus recurrendum est ad gl. & Barth. in l. 1. ff. de auctor. tut. cum his quæ late scribit Soc. conf. 112. columna 2. & sequenti libro primo, & consil. 80. colu. 3. & sequenti libro 4. & Dec. consil. 245. in causa quæ iam diu. colum. 2. & sequenti, ubi attestatur de communi opinione. Et ideo in simili gl. singul. in capitulo odi, & proieci festiuitates, per illum textum, in uerbo sed suas 24. quæstione prima, damnat scholares qui uadunt ad ecclesiã, ut uideant dominas suas, quia causam propriam agunt

Pater an possit cõsentire filio sibi donãti cã mortis.

non

Scholares nō debēt ire ad ecclesias p amasia, sed p re diuina. Papa promouēs cōsanguineos etc.

non diuinam. Hinc etiam eleganter Bald. in l. tutor §. quæ tutoris. ff. de excus. tut. notat per illum textu quod si Papa promouet consanguineos ad dignitatem, est prę sumptio quòd reuelauerit sibi caro, & sanguis, & non spiritus, & de hoc dicto Bal. meminit And. Sic. in tract. de præst. Car. in 10. quæst. primæ partis, in 1. col.

Filiusfamilias non potest esse in iudicio sine patris consensu, tex. est in l. ult. §. sancimus itaque, uersi necessitate, ubi Bart. & scrib. adhoc not. C. de bon. quæ lib. imò iudicium est ipso iure nullum, ut concludit Bald. consil. 193. in decidendo, lib. 3. Ampl. procederet, non solum quando ordinarie agitur, uerum etiam quando proceditur summarie, & executiue, ita sing. Bald. in lege nec quicquam §. de plano, in 2. colum. uersic. sed nunquid, ubi potest, &c. ff. de offic. procons. & leg. quam am pliationem dicit Dom. Iason se alibi non legisse, in lege 1. in 3. colum. ad finem C. de admin. & est memoria digna ad cautelam singu. quam tradit Ang. in l. sed & si de sua quam legit. cum l. hæres, ad finem. ff. de acquir. hęred. ex qua magnopere laudaberis, si scieris uti ea in actu practico secundum eum, nam multi actus sunt pro hibiti filiisfam. tam in iure communi, quàm municipali. Proinde debebis in fine processus allegare, quod iudicium sit nullum, quia agitatum cum filiofam. quod in dubio præsumitur, ut est text. notab. in l. si emancipati C. de collat. Ideo cum aduersario non supersit tempus probandi contrarium, succumbet in causa, quod Ang. dicit menti tenendum, & ibidem late defendit D. Alex. in penult. & ultim. colum. & idem Dom. Alex. in l. is potest, columna 2. ad finem & sequentibus eodem tit. de acquir. hæred. & commendat Bar. Veron. caut. 189. quis in dub. præsumitur, & Mod. in l. emancipati, supra allegata, & consuluit Cor. consil. 204. quanquam uideatur in 3 lib.

Hoc tamen non procedit, si filiusfam. procur. nomine ageret uellet, quia admittitur l. filiusfam. §. ipse quoque ff. de procur. Est uerum quòd Corn. idem consilio

208.

208.quanquam in hac.in pen.& ult col.in eodem libro dicit quod semper legendo & consulendo sibi uisum est de iure uerius esse, ut quis non præsumatur neque sui iuris, neque in patria potestate, sed quid se fundat in aliqua ex istis qualitatibus, debet eam probare, ut ibi late per eum, cum infinitis similibus collectis per Felin. in c.3.colum.penul.& ultim.de probat. Hæc, ut dixi, procedunt in iudiciis. Sed quid in contractibus extra iudicium initis, cum filiusfam. nulli dubium, quod propter pecuniam mutuò sumptam habent exceptionem Macedoniani toto tit.ff.& C.ad Macedon. tamen si filiusfam. aliqua necessitate ductus, & iusta causa acceperit mutuo pecuniam, peccaret se exceptione uellet se tueri. ita sing.Innocen.in cap.antepenult.circa finem, extra de immunit eccles.quod pro singula.commendat Domin. Alex.in lege prima, in princ ff.ad Maced.in additıon.& Dom Iason in l.qui exceptionem, in princ.super gloss. de cond.indeb.& in l.si filiusfam. circa princ. ff. si cert. petat.

Filiusfamilia qui à patre ex iusta causa fuerit exhæredatus, si cum eo reconcilietur, tollit exhæredationem, ita singul Baldus in l.3.ult.ad fin. per illum textum iuncta l.sequent.ff.de adim.leg.& pro sing.citat Dom.Ias. licet uideatur reprobare, in l. filio quem pater. in prin. in .col.uersic.confirmatur optime.& uersic.ad illud.ff. de lib.& posth.

Tamen hoc dictum Bar.pro notab.refert & sequitur D.Ias.in l.in arenam.in 4.notab.C. de inoffic testam. & in authen.non licet in ult.uer.C.de lib.præ.ubi etiam Do.Paulus Pichus præceptor meus confirmat, & idem D.Paul.in l.cum proponas, la secunda, in fi. C.de pact. & in effectu concludit Bald.consi.112.infra allegando. Prædictis accedat, quòd si filius commisit ingratitudinem per quam potest exhæredari, si pœnitentiam ante testamentum uiuo patre agat, non potest exhæredari.ita est singula.& noua decisio Dom.Alexand.in lege prima, in 14.columna, uersiculo ex his infero duo o-

Crassius... q. 27. n. 4

tabilia.ff.sol. matrim. quam pro sing.commendat Do Iason in authentica non licet in prima colum. C. de liber.præt.& in l.in arenam ante finem C. de inof. testa. & licet Dom. Felin. in cap. Rodulphus,in 4. columna uersiculo,& ad prædictum effectum,de rescriptis,tenuerit contrarium,quia redderetur elusoria l.dispo. tamen tenenda est opinio Alexandri,quæ communiter approbatur,& ad fundamenta Dom.Felin.respondet Pich.in dicta authentica non licet, in 3. charta,uersic. sed pulchrum occurrit dubium,& ista sunt,quæ faciebant dubium,in pulchra quæstione Bal.consi. 112.punctus quæritur primo,in fine,in ultimo libro, ubi cõsuluit,quòd si filius exhæredatus uadat ad patrem infirmum,ut eam uisitet, quod per hoc non intelligitur remissa iniuria per patrem Et hæc duo remedia sunt utilia in exhæredatione expressa. Sed quid si pater maledixit filio cum causa sufficienti ad exhæredationem, puta, quare me uerberasti,maledico tibi in æternum, an uideatur eum exhæredare? est singularis decisio Bald. quod non, in procemi.Gregor.in ultima col.uers.item quæro, quam pro singulari citat Dom. Ias.in l. si quis in fundi uocabulo,in prin.in 2.colum.uersic. adde pro confirmatione,ff.de leg.1.& in aliis locis quos retuli infra in uerbo Pater.

Paterna maledictio p exhæredatione hr.

Filia præsumitur acquisisse bona ante matrimonium ex bonis paternis, ita notabil Bart. in tract. de duobus fratribus,in 3.col.in 4.q.quem sequitur Arct.consi.31. considerata,col.2.Et ratio est,ut euitetur suspicio turpis quæstus,ut probatur in l.quintus ibi,aut qui in potestate eius esset,ff.de don.inter uir.& uxo.& uide quæ superius retuli in uerb.Concubina.

Fiscus est instrumentum ad qualli fortassis similitudinem,in quo ponuntur oliuæ, cum prælo subiiciuntur Colum Deinde intrita oliua nouo fisco includitur, & prælo subiicitur, & de eo intellexit Vlpia. secundum antiquam lectionem,in l.sed addes,§.illud nobis,ff. locati.Fisci etiam dicuntur uasa, quæ cõtinent maiorem pecuniæ

Vl.locus

cuniç summam, quàm marsupia, unde quia maior summa est pecuniæ publicæ quàm priuatæ, fiscum nummos publicos appellamus, quamuis magis Latinè, fiscus Imperatoris, & Ducis sit: Aerarium uero publicũ. Plinius ad Traianum scribens: Et fortasse non eadem seueritatç fiscum quam ærarium cohibes? Imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo quàm de publico credis. Inde confiscari solet dici, in publicum ius ærarii redigere. Sueton. in uita Augu. Deuictisque his, & confiscatis, promissa ueteranis præmia soluerentur. & secundum hanc significationem accipitur in titulo de iure fisci, apud Iureconsultum, & Imperatores. Alibi etiam fiscus dicitur, quod fixus sit, id est soluendo, si Baldi auctoritas in hoc tuta est, in consilio 363. infra proxime citato. *Aerariũ quid.* *Confiscari unde.*

Fiscus semper est soluendo, l. secundo. ff. de fund. dot. & in pulchro casu consuluit Bald. consil. 363. quæritur an si per Officiales, in primo libro, & ideo fideiubens pro principe, non potest opponere beneficium excussionis, cui renunciatùm tacitè iudicatur, ne inanis sit fideiussio. ita sing. Bal. in l. prima. in quinta colum. uersi. itẽ quæro, fideiuss. C. de conuen. fisci debit. libr. 10. quod pro singu. citat D. Alex. in l. ultim. in 2. colum uersi. accedit ad confirmationem, ff. si cer. peta. ubi dicit memoria dignum, quia non meminit alibi se legisse, & commendat idem D. Alex. in l. decem, in 2. col uersic. & ista hoc, ff. de uerb. oblig. de quo etiam feci mentionem suprà in uerb. Fideiussores principium.

Forensis prohibitus per statutum emere uel acquirere, non tamen censetur prohibitus acquirere ex causa dotis. allegatur singul. dictum Nicol. de Alexand. q fuit gener Barto. in quodam consi. incip. statuto communis Tuderti, quod refert, & latè sequitur Curt. consil. 27. magistris. col. 7. ubi etiam D. Hieron. Tortus in consi. seq. & D. Opizon. in repetitione. §. diui. colu. 59. nu. 93. in l. filiusfam. de lega. primo, & idem in lucris quæ acquiruntur per maritum pro morte uxoris, consuluit

But.consi.35.uisa forma, & conueniunt quæ D.Iason refert in l.1.in 3.not.soluto matrimonio, quòd genera li dispositione non comprehendit casus dotis, & Affli. decis.111.fuit dubitatum, & cum iste casus ex facto in cidisset,uidi obseruari.Ideo non obliuiscẽdum,propter decretum Mediolanense, prohibens forẽsibus ne emãt in dominio.

Fortilicium licet fiat ad tutelam ciuitatis: tamẽ quia cedit usibus propriis dominorum, debet per ipsos custodiri,& reparari tempore pacis,& belli, & non expensis communibus.ita sing.Ang.in l.turres.per illũ tex. C.de oper.publ.quòd alibi se non legisse testatur Do. Ias.in l.diuortio.§.ult.ff.sol.matr.ubi refert se habuisse de facto.In contrarium tamen facit singula. dictũ Bal. in l.si in aliquam.ad fi.ff de off.proconf.& leg de quo scripsi infrà in dictione Rex.

Fortuna superiorem non habet, propterea ab ea appellari non licet.ita eleganter Bal. in l.ultim.in prin. in 1.not.C.communia de leg cum his quæ scripsi infrà in dictione Sortis.

Forum neutri generis est,& dictum ab eo, ꝙ controuersiæ,& res uenales illuc ferantur.Isidorus tamen forus dixit,ut legitur in cap.forus.de uerb.sign. sed eruditiores forum ut forum Iulium, forum Cornelium. de quo Prudentius poeta illo uersu,

Locus ex iure Pontif.

Sylla forum statuit Cornelius

Hoc Itali urbem uocitant.hodie tamen Imola uocatur,urbs notissima,licet quidã refragentur,inter quos Blondus,& cum aliis Felin.in capitulo significante, in ult.uerbis,de rescriptis,& in hanc sententiam nostram contra Isidorum uenit Alcia. in libro secundo Dispũc. cap.24.

Imola urbs.

Francigenæ non habent filios in potestate, gl.est unica,& singu.institu.de patr.pote.in uerbo Romanorum, quæ non est alibi secundum Bal.in c.unico, ad fi.in tit. an maritus suc.uxor.in benefic.& in c.unico,in ultimis uerbis,de duob.fratri.de nouo benef.inuest.in usib.feu.

ubi

ubi per eam sing.infert, q̃ propterea poterunt testari ēt de aduentitiis, quia cum non uiuant legibus Romanis, & patria potestas sit proprium ius ciuium Romanorũ, ut dicit Imperator in §.ius autem, instit. de patria potestate, ideo poterunt testari, inspecto solum iuregen. q̃ dicit Bal. esse ualdè notandum: quia in Italia, quæ est eorũ sepultura, sæpe moriuntur. Subdit tamen, se nesci re an sit uerum, quòd ita sit de iure Francorum. Tamẽ hæc dubitatio Baldi non fuit necessaria, ex quo excusari poterat, credendo Accursio uiro integræ opinionis, iuxta glo. singu. in l. Titio fundus, in glossa magna, ff. de condition. & demonstratio. quam ad hoc approbat Bal. in l. iudicia, in 4. quæstione. C. de rei uendicatio. & Do. Alex. in consilio 28. uisis, & accuratè ponderatis, in 3. col. in princ. libro primo. Et ulterius ne uideamur ire per mendicata suffragia, reperio hanc consuetudinẽ Francorum ita esse, & ita hodie obseruari apud eos in propriis terminis huius dicti Baldi, testatur Igneus doctor ultramontanus, in sua disp. an rex Francorum recognoscat Imperatorem. in 21. colu. uers. nec obstabit, & doctori attestanti de consuetudine, credendum est, ut eleganter dicit Bart. in asserta repetitio. l. de quibus. colum. 11. in 4. quæstione principali. ff. de legib. quod pro notando reassumit Lanfran. de Oria. in commento c. quoniam contra falsam. in uerbo, Responsiones, in 26. col. in 10. reg. extra de probatio. & Socy. consi. 118. uisa. colum. secunda. uersiculo sed ad hoc. libro primo. quamuis de hoc dicto Bartol. dubitauerit Decius consilio 142 in 3. columna, & plures etiam contrarium teneant, ut per Iason in dicta l. de quibus. columna pen. & Decius consilio 165. uiso tenore. colum. finali, & alii in locis notissimis. Sed redeundo ad principale propositum, addo quòd illud dictum Baldi reassumit, & commendat Andreas Sicul. in tracta. de præstan. Card. in prima quæstione primæ partis. in 19. colum. ad finẽ, & sequentibus. & pro singul. citat Firmian. in suo fertili indice, in uerbo, Filius in potestate, quæstio. 14. & æ-

Italia sepultura Francigenorum.

Doctori attestāti de consuetudine credendũ

tate noſtra eſt memoria dignum, cum non ſolum apud nos moriantur, uti ipſi dicunt, & quotidie uidemus, ſed etiam naſcantur, & domicilium contraxerint, licet a nonnullis diebus citra publicatum ſit diſtichon ad rhythmi ſimilitudinem, in hunc modum:

Gallus in Italia tandem putreſcit, & acit:
Præteriti ratio ſcire futura facit.

Et illam gl. in uerbo Romanorũ, ſupra relatũm, pro ſingu. etiam citant, & ſequuntur D. Alex. & Do. Iaſon, poſt Romanum, in l. penul. ambo in pen. colum. circa finem. C. qui teſtam. face. poſſ. & eam extendit etiam ad Venetos D. Abb. in cap. ultimo in ſecunda colu. extra de conuerſio. in fid. & illam gloſſ. etiam pro ſingul. refert, & ſequitur Dom. Iaſon in l. frater a fratre, in 9. colum. ad finem. ff. de condi. indeb. in lectura, & in l. quodcunque. in princi. in primo not. ff. de uerb. obliga. & uide quod per eam infert in l. quod dicitur. in quinta quæſtione. eod. ti. de uerb. oblig. Nunquid autem Iudæi habeant filios in poteſtate, habemus duas glo. not. ꝙ ſic. prior eſt in c. ultimo, prima diſp. altera in cap. Iudæorum. 28. q. prima. in glo prima. de quibus etiam facio mentionem infra in pulchra quæſtione, in uerbo Vſuræ. ad finem. Et hæc omnia ſunt bene notanda, pro declaratione l. qui in poteſtate. in prin. ff. de teſtamen. cum ſimil. adductis per Barto. Veronen. caut. 181. filiuſfam. regulariter, & caut. 221. de iure communi. Quibus adde quæ ex hiſtoria refert Alcia. Diſpun. li. 2. c. 22. ubi plura refert quæ hic annecti poſſunt. Et quod dixi de Francigenis, non proced. in Gallis, quia ipſi ius ciuitatis Romanæ antiquitus adepti ſunt, & propterea habuerunt filios in poteſtate: ſed hi a Frãcigenis poſtea expulſi a propriis ſedib. fuere, qui nomini Romano inimici extiterunt, & ſe Francos propterea aſſeruerunt, ut in hiſtoriis habetur.

, *Frater* dotans ſororem, nulla facta mentione de legato facto ſorori pro dote per patrem in teſtamento, an uideatur dotem dediſſe animo compenſandi,

an uerò de suo donare? Bal.iunior in tract.Dotium, in sexta parte,in 45.speciali,dicit se attentasse, ꝙ donare uidetur. Contrarium consuluit Alexan.consilio 100.ui so puncto,in tertio dub.lib.2. Sed pro concordia est in terminis singu.decisio Bal.in l. Nesennius, in secunda col.uers.ex hoc inducitur,de nego. gest ubi distinguit, ꝙ aut legatum erat in quantitate, & solutio facta per fratrem fuit in quantitate,& tunc procedit opinio Alc. si autem legatū erat in quantitate,& solutio facta fuit in specie, tunc ex quo non pòt habere locum cōpensatio,præsumitur facta animo donandi.iuxta tex.sing. in l.unica.§ accedit.C.de rei uxo.act. & isto casu procedit opinio Bal.iunioris.Cy.tamen in l.fi.in 3. quæst. & ibi etiam Bal.col.ult.C.de dotis prom.consuluit, ꝙ frater protestetur,ꝙ dotat animo compensandi. & hæc nota, quia sæpe in facto incidit, de quibus non fuit memor D.Ias.consi.160.uisis.li.4.ubi latè consuluit, fratrem posse repetere dotem datam sorori, quam pater prius dotauerat.

Fraus præsumitur ex una magna alienatione,secundū Bal.in l.fraus,circa medium,ff.de legibus, & multo magis in alienatione omnium bonorum,iuxta l.oēs.§. Lucius,ff.de his quæ in fraud.cred.iunctis his quæ traduntur in l.qui testamentū,per illum text.ff. de probat. Sed quid si nō omnia,sed quasi omnia donauit, uel aliter distraxit? Idem dicendum est secundum Bal.in l.prima,in 3.q.C.si in fraudem patroni, quod reassumit, & commendat D.Ale.consi.55.cōsideratis uerbis dicti statuti,in 2.col.uersi.quod autem lib.1.& cons.26.uiso,& considerato col.1.uers.& præsumitur,li.2.& latè Dec. consi 225.in casu,col.1.

Framea penul.correpta,accipitur pro lancea,siue hasta Corn.Tacitus de moribus Germanorum:Ne ferrū quidem superest,sicut ex genere telorum colligitur,rari gladiis,aut maioribus lanceis utūtur, hastas uel ipsorum uocabulo frameas gerunt,angusto,& breui ferro, sed ita acri, & ad usum habili,ut eodem prout ratio po-

scit, uel cominus, uel eminus pugnent, & eques quidem scuto frameaq; cōtentus sit, & paulopost: Pater (inquit uel propinquus scuto frameaq; iuuenem ornant. Et q̃ debeat accipi pro lancea, siue hasta, collegio etiam ex illo Germanorum more in consiliis frequentissimo, ut eodē libro refert Cornelius. namq; in sententiis, si displicuit eis alicuius sententia frem tu eam aspernantur, more barbarico, si uero placuit, frameas concutiūt, quę sint tela eorum, ut prædixi, & hoc assensus genus apud illos honoratissimum est, armis laudare. De framea meminit Iuuenalis, dum inquit: Et Martis frameā, & Thyrrei spicula uatis. & mentio habetur in lectione Zachariæ prophetæ, Frameā (inquiens) suscitauerunt super pastorem meum, & super uirum cohærentem mihi, & ita debet intelligi locus Vlpiani in l. 3 §. armis, ff. de ui, & ui armata, licet aliqui aliter. Augustinus tamē pro gladio accepit, sic scribens: Gladium Dei bis acutum, hoc est frameam.

Frater habens castrum commune cum alio fratre, nō potest uendere partem suam extraneo ad emulationem fratris sui. ita singul. decidit Bald. in l. prima. ad finem, C. qui testamen. facere possunt, ubi dicit, hoc esse specialissimum in iurisdictione, cum tamen de re sua quis possit disponere pro arbitrio l. in re mandata. C. mandati, etiam in abutendo l. sed etsi lege. §. consuluit. ff. de pe ti. hæredi. & hoc dictum Bal pro singu. refert, & sequitur Domi. Ias. in l. secunda. C. ne fiscus, uel respub. & in l. serui elect. §. Labeo, columna 3. uersic. secunda con clusio. de legatis primo, & in dicta l. prima. in ulti. q. ubi tamen eum restringitur ad unum casum tantum, sed eum simpliciter refert, & sequitur idem Do. Ias. in l. ex hoc iure. in 1. col. uers. 3. facit. ff. de iust. & iure post Do. Alex. in l. opus nouum. in addi. ff. de operibus pub. & D. Fel. in c. cum accessissent, col. ult. uers. 2. limita. extra de consti.

Fructus intelliguntur deductis impēsis. l. fructus ubi scrib. ff. soluto matrimonio cum his quæ in quæstione

statuti

statuti Mediolanen. scripsi infra in uerb. Statutum. Sed quid si emi boues pro agricultura, quos casu amisi, an eius præcium deducam? Baldus sing. in l. prima circa finem. C. de sumpt. & lit. expen. decidit quòd non, quia iste sumptus non est factus in ipsa re. argumen. l. damnū C. locati, & hoc dictum pro notab. commendat Crem. not. 133. tu scis, quòd fructus, & dicit esse quotidianum in rusticis. Ego tamen dubito, quia hæc decisio uidetur iniqua, neque uideo bonam rationem diuersitatis ab aliis expensis, & in contrarium pondero textum in l. si a non domino, §. ultimo. ff. de petitio. hæredit. ubi ad literam dicit Iureconsult. quòd fructus intelliguntur deductis impensis, quæ quærendorum, colligendorum, conseruandorumque causa fiunt, & ibi Accursius exposuit, quærendorum, ut in arando, & ille tex. ad hoc est singul. secundum Ludo. Roma. singula. 334. Malæfidei possessor potest, ubi reprobat Bartol. tanquam dixerit contra casum dicto §. ultimo. in l. cum quæreretur, §. prædiis. de legatis tertio. licet in lecturis Barto. impressis eius error dempta negatiua fuerit castigatus, & quidem parum cautè, ut ex suis uerbis præcedentibus licet coniicere, & expresse indicat Domi. Alexand. in sua paraphrasi, seu mauis apostilla. Cogita tamen super illo dicto Bal. quia ipsemet in eodem loco iam tenuerat, quòd fructus custodiæ deberent deduci, & esset mirū, quòd tantus Iureconsul. in tribus uerbis sibi ipsi contradixerit. Vlterius ēt sciendum est, quòd potest dominus mittere famulum, quando fructus colliguntur, ut uideat ne colonus partiarius eum fraudet. textus est singula. in l. secūda uersiculo naturale. quippe sub aspectu (inquiens) curialium, &c. C. quando, & quibus quarta pars deb. libro decimo. quem ad hoc commendat Do. Alexan. a quo didici in l. diuortio. §. ultimo. columna ultima uersiculo iuxta hoc. ff. soluto matrimonio, tamē oporteret, quòd famulus ille esset oculatior Argo, si uellet occurrere fraudibus rusticorum. Præterea incidimus

Locus Bar.

mus postea in illud, sed quis custodiet ipsos custodes? Quid autem si statutum diceret, quòd deducantur integri fructus? dic quòd nihilominus expensæ detrahi debent, secundum Baldum in d.l.prima, colum.secunda, quem sequitur Ias.consilio 84.puto.columna 9.libr.1. & quid de possessione quę præstatur occasione fructuũ alicuius Abbatiæ, an debeat detrahi? Decius consilio 156. statutum cathedralis. concludit quod sic. Sed consideranda esset distinctio Bartol. in l. quæro. ff. de usufruct.legat. de quo Doct. sæpimissimè faciunt mentionem.

Vlp. locus. *Fugitiuus* quis sit, definit Iulianus, ut retulit Vlp. in l. quis sit fugitiuus. § item apud Iulian. ff. de ædil. edic. apud quem tamen in libris impressis ita perperam legitur, fugitiuum fore, ab effectu animi intelligendum esse *Vlp. locus.* uetusti codices hoc modo, fugitiuum ferè ab affectu animi, & reliqua. licet glossator noster ibi aliter senserit. *Locus ex iure Pōt.* Consimilis mẽda est in § illud enim, in eadem l. ubi ab affectu animi, etiam corruptè legitur. Sunt qui eodẽ modo putent corrigenda uerba in c. differt. 8. distinct. quibus non assentio propterea quæ scribit Plato, in tertio, & quarto de Repub. lib. & quia uerba materiæ non *Vlp. locus.* conuenirent. Et dum in §. erronem. subdit idem Iureconsul. & temporibus in causas nugatorias consumptis uera lectio, & temporibus in causas nugatorias, cõsumptis, serius, &c.

Fugitiuus potest capi quolibet die, etiam feriato, in honorẽ Dei. gl. est sing. in l. ult. C de feriis. quã ad hoc pro singu. ibi commendant scrib præsertim Bal. & hoc proc. etiam si esset dies natiuitatis Domini, uel Paschæ resurrectionis, secundum Bal. in c. ult. col. ult. de feriis, & late posui supra in uerb. Debitor non potest. Sed hec recipiunt sing. lim. non procedere in illo, qui uellet aliquem fugitiuum in carceribus detentum recommendare, uel sequestrare, quia hoc nõ põt diu feriato fieri. ita sing. Bal. in auth. & qui iurat. col. 4. uer. quęro, pone diẽ statutum.

ſtatutum.C.de bon.auct.iud.poſſ. cuius decisionem pro ſing.ita conſulendo ſequitur Alex.conſ.159. circa primum,col.2.in 2.dub.in 2.lib.Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.ult. col.pe.ff.qui ſatiſd.cog.& D.Fel.in c.ultimo.col.ult.in princ.de iud.quod nota ad reg.ceſſante cauſa,de qua infra in uerbo Mater.

Fuluiam mulierem omnes hiſtorici referunt.L.Catilinæ coniurationem à Q. Curio uno ex coniuratis intellectam,Ciceroni aperuiſſe,& propterea caſtiganda ſunt uerba Papin.in l.in quæſtionibus.ff.ad l.Iul.Maieſt.ubi Iulia pro Fuluia ineptè repoſitum eſt, uterque hec res nobis clarior ſic ſubiiciam Salluſtii uerba,exemplumque memoria dignum.Sed in ea (inquit) coniuratione fuit Q. Curius natus haud obſcuro loco,flagitiis atque facinoribus coopertus,quem cenſores à ſenatu probri gratia amouerant. Huic homini non minor uanitas inerat,quàm audacia,neque reticere quæ audierat,neque ſuamet ipſa ſcelera occultare. Prorſus neque dicere,neque facere,quicquam penſi habere,erat ei cum Fuluia muliere nobili ſtupri uetus conſuetudo,cui cum minus eſſet gratus, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians ex coniuratione Maria Monteſque polliceri cœpit, minari interdum ferro, niſi ſibi obnoxia foret,poſtremò ferocius agitare,quàm erat ſolitus. At Fuluia inſolentiæ Curii cauſa cognita, tale periculum R.P.haud occultum habuit,ſed ſublato auctore de Catilinæ coniuratione,quæque & quomodo audierat, quam pluribus narrauit.Idem Salluſt.paulo poſt. Curius ubi intelligit quantum periculum Tulliò conſuli impendeat,propere per Fuluiam Ciceroni dolum,qui parabatur,enunciat.

Locus Papin.

Mari e Monteſque.

Fundus ſi legetur uni, & poſtea eiuſdem fundi uſuſfructus alteri legatus fuerit ab eodem teſtatore, ambo in uſufructu concurrunt caſus eſt in l.ſi alii.ff.de uſufr. leg.& in l.ſi proprietas.ff.de uſuf.accreſ.

Sed illæ ll. limitantur ſing. non proc. quando uſuſfruct. illius fundi eſſet legatus in genere cum aliis bo-

nis,

nis:puta, quando testator legasset fundum Titio, & postea legasset usufructum omnium bonorum uxori. nam talis uxor non concurrit. ita singu. Bald. ubi dicit se cõsuluisse in facto in l. quotiens. in ult. uerbis. C. fam. hercisc. quem sequitur Do. Ias. ubi dicit quod est pulchra limitatio, in l. cum quæro. in 2. colu. C. de legat. & pro sing. refert idem Ias. ubi postea reprobauit, in repet. l. re coniuncti. in 18. col. uersi. limita istam ff. de leg. 3. & trã dit latè Pich. in rep. §. Titia cum nuberet. in 22. quæst. de leg. 2. post Aret. consi. 74. diligenter. col. pen. uersi. 3. uidetur, in ult. dub. Secundò illæ ll. non procedunt, in sententia iudicis. Casus est notab. in l. & puto. §. 1. ff. fam. hercisc. quem pro notab. ad hoc commendat Lud. Rom. sing. 19. quod licet. & rationem diuersitatis inter testatorem & iudicem assignat gloss. singula. in d. §. 1. in uerb. non communicari. quam pro singu. not. Bal. in pluribus locis, ut latè refert Do. Ias. in l. si tibi pecuniam. col. 1. ante fi. ff. si cer. pet. & in l. centesimis. §. ult. in pen. col. ff. de uerb. oblig. & pro sing. citat etiam Ang. in §. omnium. col. 13. uersi. unum tamen. insti. de act. & eam dicit communiter approbatam Alex. consil. 96. uisis. col. pen. lib. 4. & pro ea est tex. quem ibi ad hoc ponderat D. Ias. in 8. not. in l. sed etsi possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur.

Furiosus dicitur, qui est cum rabie & furore euidenti. Mentecaptus uero dicitur, cui mens deficit, & qui cõsilium animi non habet, tamen nullum furorem extrinsecus ostendit. ita eleganter declarat Bal. in l. si furiosi. circa me. C. de nuptiis. & in l. humanitatis. in 3. column. uersi. uenio ad quartum notabile. C. de impube. & ali. sub. & ponit D. Ias. in l. furiosum. in 1. & 2. col. C. qui testam. face. poss. & ulterius dicit signan. Gemin. in c. filii in pen. not. per illum tex. de hæreticis lib. 1. quòd ille dicitur non esse sanæ mentis, qui non habet memoriam ordinatam, & hoc putat notab. pro testibus, qui uolunt probare quem esse uel non esse sanæ mentis. quod ultimum non est ausus firmare Do. Alex. quia fortè nõ uidebatur

debatur sibi tunc necessarium, in consil. 54. ad primum breuiter concludo, &c. in ult. uerbis. in 1. lib. ubi posuit plures alios modos, per quos furor probari potest. quos latius reassumpsit idem Alex. in l. si cum dotem §. maritus. in ult. colum. ff. sol. matr. ubi firmauit illud notab. dictum Gemin.

Furtum facit, qui iumenta sibi commodata longius duxerit, aliove modo inuito domino usus sit. ita legebam superioribus diebus apud Iureconsf. in l. qui iumenta. ff. de furtis. quum statim in mente uenit id quod circa hoc memoriæ mandauit A. Gel. Noctium Atticarũ lib. 7. Labeo (inquit) in lib de 12. tab. 2. acria & seuera iudicia de furtis, habita esse apud ueteres scripsit. idque Brutum solitum dicere, furti damnatum esse qui iumentum aliorum duxerit, quàm quo utendum acceperat. Item qui longius produxerat, quàm qué in locum petierat. itaque Q. Sceuola in librorum quos de iure ciuili composuit 16. uerba hæc posuit. Quod cui seruandum datum est, si id usus est, siue quod utendum acceperit ad aliam rem quam acceperat usus est furti se obligauit. quod etiam nouissime constituit, Iustinian. in §. furtum autem. institutio. de obligatio. quæ ex del. nas. & cautum etiam in l. si ut certò. §. idem denique. ff. commod. & consuluit Bald. consilio 355. quidam A. deposuit. in 3. libro & habetur mentio per Ang. Aret. in tract. maleficiorum. §. & uestem celestem abstulit. in antepen. colu. in uersi. quid si commodo tibi librum, licet debeat iuitius puniri, ex quo uidetur furtum minus inhonestum. ut cõcludit Corn cõsil. 274. insurgit. in ulti. colu. in 3. lib. Præterea de furto hoc etiam adscribendum duxi, de quo alia contentio fuit inter Ciceronem oratorem maximũ, & Trebatium Testam Iureconsultorum principem: qui (ut refert ipse Tullius epistolarum lib. 7. ad Trebatium scribens) dubitarunt, posset ne heres quòd furtum antea factum esset, recti furti agere: scribitque se id caput ad notasse, ubi hæc controuersia erat: ut Trebatius sciret, id

Actio furti an transeat ad hæredes.

id quod neminem sentire dicebat, sextum Aelium, M. Manilium, M. Brutum sensisse, ipse tamen Cicero sententię Scæuolæ & Testæ assentitur. Sed quia hæc Iure cons monuméta nõ extãt, lege Paul. in l. si dominium ff. de furt. qui refert actioné furti non solũ ad hæredé trãsire, sed etiã ad bo. possessoré, & patré adoptiuum, & legatarium, & ibi Bar. & scrib. tract. etiam glo. Bart. & Doct. in l. sed nec legatarius. ff. de cond. fur. & pulchrè Bal. in l. si abducta. in 3. oppositione. C. de furtis.

G



GEMINATIO rescripti multa operatur, quæ latè aggregat Do. Fel. in c. si quando. in pen. col. de rescrip. Inter alios effectus nõn omitto, q operatur uim clausulæ motu proprio. ita sing. Bald. in l. 3. in 1. op C. de prec. Imper. of. quod est nouum dictum secundum Ludou. Rom. ubi dicit se alibi non legisse, in l. si uero § de uiro. in 31. fal. ff. sol. matrim. & pro sing. sequitur Dom. Alexand. in l. 3. in princ. in 1. fal. ff. quod quisque iuris. & pro aureo cõmendat Crem. not. 135. clausula. & Dom. Fel. in cap. nonnulli. in prin. in 23. colum. in 6. fall. de rescriptis. & Dec. consil. 137. colum. 1. circa med. & D. Ias. in d. l. 3. ubi limitat proc. quando secundum rescriptum facit mentionem de primo, eũ approb. secus, si nullam mentioné de eo faceret. ita singul. Bald. in l. 2. col. 2. uer. item quid si Imperator. C. de pet. bon. subl. lib. 10. & est bene notandum, pro limitatione cap. si motu proprio. de præben. in 6.

Geminatio pro nominis Tu tu, in rescripto, operatur, ut uideatur electa industria personæ, neque causa illa possit subdelegari. ita singu. Bald. in c. ult. col. 1. circa fin. de off. del. quod dictum dicit, singul. nouum & paucis cognitum D. Ias. in l. 1. in princ. in 6. colum. in 7. lim. ff. de off. eius. ubi defendit ab impugnatione Barb.

,Barb.& idem D.Iaf.in l.pen.ad fin.C.de pac.& in l.1.§. 1.in 1.no.circa fin.ff.de acq.poff.& fequitur Barb.conf. 1.ex facris,col.25.uer.& eft ponderatus, lib. 1. & cum pluribus fimilibus reaffumit Corn.conf.67.plene quidē & egregie.in 2.col.uerf.fed omnes,lib.1.

Geminatio uerborum operatur,quòd licet lex loquēs per uerba futuri temporis, intelligatur mediante fentētia, ut eft gl.approbata & uulgaris in l. in criminali. in gl.mag.C.de iurifd.om.iud.quam ad hoc notat Mathef.not 115.nota quòd ubi lex: Tamen fi geminatè loquantur,puta caffentur,& in irritum deducantur.intelligitur ipfo iure abfque fententia.ita fingul. Bal.per illum text.in tit.de pace conftantiæ. §. priuilegia omnia in uerbo,& in irritum deducantur,quod pro fing.commendat Lud.Roma.fing 3.& Do. Iaf.in l. non dubium in 10.not. C. de legibus & in l.cum poftea quam,in 3. not.C.de pact.Sequitur etiam Corn.confilio 67.fupra proxime relato.in 2.colum.in primo lib. & Dom. Fel. in c.1.colum.6.uerf.& dixit Bal.extra de refcriptis in c. Rodulphus,colum.25.uerfic.predicta etiam,eodem tit. & in c.fin.in prin.de offic.del & Dom.Iaf.in l.1.in prin. in 7.col.in 2.not.ff.de offic.eius.Et bene facit, quòd de geminatione pacti nudi no.Mathef.no 36.nota nouam regulam,poft Com.in rub.de uerb.ob. ubi etiam Bald. Nouell.in rep.in 15.colum.uerf.hactenus, & alij Mod. tractat etiam Dom.Iaf.in l.iurifgen.§.fed cum nulla.in primo not.in 6.fall.ff de pact.& Fel.in c.1.col.2. circa prin.de pact Item benefacit,quod de geminatione claufulæ derogatoriæ concludit Dec.confi.10 uifo puncto in 3.col.cum multis fimilibus, quæ in propofito tradit Cor.conf.49.in præfenti confultatione. in 1. colum.& confil.18.ardua quidem,in ult.col.& confilio 70. hanc confultationem in 2.col.uerfic.accedit in 3.lib. & late D.Fel.in c.fi cautio col.11.uerf.fallit. ult. extra de fid. inftr.& omnes ubique. Hinc cecinit Ouid. in lib. 2. de Remed amor.

Sed quæ non profunt fingula,multa iuuant.

Vt

Vt citat Alex.consil.75.habita super contentis,circa fin in primo libro,& ideo uulgata est regula,quòd duo uincula magis ligant.l.re coniuncti.ubi Doctores,maxime Iason in sexto not.de leg. 3.qua in pulchra quæstione utitur Ioannes And.in addit. Spec.in tit.qui filii sint legitimi.in rubr.in uer. quæro si natus ex patre. & sequitur Dom.Alexander consilio62.assumam in consultatione præmissa.in secunda colum.ad fin.& sequenti,libro primo. Item benefacit quod de geminato consensu considerat Socyn.consi.85.uiso promisso.colum. 3.uers.sed adhuc.in primo lib. Et de effectu uerborum quæ geminate proferuntur,plura scribit Dom. Franciscus de Cur.consilio 59.Dux Philippus,in 4.colum.ad fin.& sequent. Item quod de geminata confessione extraiudiciali not.sing.Bar.in l.cum scimus,in ultimis uerbis.C.de agric.& censi.lib.11.quod dictum pro sing.citat Dom. Alex.in l.ex his.C.de mil.testam.& Dom Ias. in l.sed etsi possessori.§.ultimo ante finem.ff.de iureiur. & in repet.l.cunctos,columna quinta in prin.C de sum. trin.& in l.triticum.super gloss.in uerbo,cogitauerit,in 3.conclusione,de uerb. oblig. ubi refert multos approbantes,ultra quos sequitur etiam Dom.Fel.in c.olim. columna quinta uersic.reliqua de ista,extra de rescript. Et ideo dicebat eleganter Bald. in suo diuino consilio scismatis, posito sub rub. si quis aliquem testari prohibuerit in 11. columna uersiculo porrò quia uero consonat, &c. quòd ubi secunda interuenit consideratio,ibi esse præsumitur plena deliberatio. quæ uerba cum multis similibus late reassumit Dom.Felin.in c.nonnulli.in prin.colum.23.in sexta fallentia,de rescrip.& in cap. ultimo in princ.de offic.deleg.& Decius consilio 175. in causa falsitatis,colum.8.uersic.3.non ob.& consil.185. in causa istorum,columna fin. in princ. ubi dicit,quod in actu geminato,error non præsumitur,& consil.181. satis nota.columna 3.uersic.secundum est,ubi etiam citat præallegatum dictum Bar.in dicta lege cum scimus in ultim.uerbis,& Felinus in capitulo si cautio,colum.

11.in

11.in ultima limitatione,de fid.instrum. ubi citat dicta Bart.& Baldi præallegata,& latè idem Decius consilio 15.colum.2.in princ.ubi loquitur de clausula,sine filiis bis repetita,in substitutione.Et quòd geminatio uerborum operetur ne uerba restringantur de habilitate,firmat eleganter Iason in l.1.§.nunciatio.col.3.uersi.stat ergo.ff de oper.noui.nuncia.

Gemmæ,secundum Pomp.in l & si non sunt.§. ult.de auro & arg.leg.sunt perlucidæ materiæ,quas (ut refert Sabinus in lib.ad Vitellium) Seruius lapillis eo distinguebat,quòd gemmæ essent perlucidæ materiæ, uelut smaragdi,chrysoliti,amethysti. Lapilli autem contrariæ superioribus naturæ,ut obsidiani,uientani.Margaritas autem nec gemmis,nec lapillis contineri, satis constitisse,idem Sabinus ait,quia concha apud rubrum mare & crescit,& coallescit Marrhina autem uasa in gemmis non esse,Cassius scribit. Laurentius Valla in suis in Latinam linguam Elegantiis,dicit (pace horum quatuor Iureconsultorum) hoc falsum esse,& in primis ex Plinii monumentis, qui titulum de gemmis non translucentibus fecit, & marrhina in gemmis enumerat, & omnes lapides preciosos nomine uno, (quod tantum Latina lingua habet) gemmas appellat præter margaritam. Præterea quis non uidet,lapillus,quod generale nomen omnium paruorum lapidum,sed intellectu preciosum, idem esse quod gemmula? Nam gemmas etiam accepimus multorum cubitorum inueniri, quas ut lapides,non lapillos appellare possumus,ita cum minutæ fuerint,lapillos appellare debemus. Quod si hi lapides tam grandes, translucidi siue perlucidi non fuerint,quales sunt imperfecti,nunquid uocabimus eos lapillos? Quid hoc ridiculum magis? quod si etiam omnis lapis lucidus gemma est, & parium marmor quod translucidum est gemma erit. Postremo reperimus (inquit Valla) eiusdem coloris lapides quosdam permixtim constare ex prælucidis,& non perlucidis:& ita permixtos natura,ut nō possit partim appellare gēmā,par-

Smaragdi lapilli qui.

Margarita.

Cōtra Iureconsul.

Margarita.

Lapillus.

Gēmula.

Gemmæ multorū cubitorū.

Parium marmor.

tim lapillum. Curtius lib. 8. cum dixisset, gemmas margaritasque mare littoribus infundi, paulopost de eiusdem Indis, ait, Lapilli ex auribus pendent, profecto per lucidi intelligendi sunt, & iterum lib. 10. de rege Indo. Pendebant (inquit) ex auribus insignes candore & magnitudine lapilli, & Propertius: Littoria natiuis pellucent picta lapillis.

Margaritam uero, siue margaritum, quis negare lapillum possit? quæ semper est pusillus lapis. Equidem candidos illos lapillos ex Indi regis auribus pendentes margaritas interpretor. Item Horat. dum inquit.
Nec magis huic intra niueos uiridesque lapillos.

De margaritis & smaragdis intellexit. Et ex his reprobantur opiniones Iureconsultorum superius relatæ hocque Laurentii inuentum sibi ascribit Pontifex Sipontinus, in suis in Latinam linguam commentariis tacito auctore, prout sui moris est, qui integra Plinii capita transcribit, gratitudinis nomine suppresso, cum tamen benignum sit (ut etiam in sua præfatione inquit Plinius) & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris: Neque tibi uideatur mirum, quòd tot & tales Iureconsulti quandoque errauerint, nam ut Arte poetica canit Flaccus,

Ingenui pudoris ē fateri per quos pro feceris.

Quandoque bonus dormitat Homerus,
Verum opere in longo fas est obrepere somnum.

Legimus etiam apud A. Gellium Noctium Atticarũ libro sexto, Alphenum iureconsultum Seruii Sulpitii discipulum, de quo extant infinita responsa, à uera interpretatione Argenti puri puti deuiasse, multosque alios publici priuatique iuris peritissimos quandoque hallucinatos, ut in his Annotationibus nostris ostenditur, & testatur etiam Dom. Alex. in l. diuerso. in princ. in 5. colum. ff. sol. matrim. Conniuere enim, & sæpius falli, proprium est hominis, ut late concludit Andreas Siculus de Bartoli errore loquens, in consilio primo, ex sacris in pe. col. in primo lib. Hinc in Adagiorum collectaneis nata parœmia, Nemo mortalium omnibus horis sapit.

Hoīs pro priũ ē cõ niuere, et falli.

Si

Si tamen uellemus Iureconſultos noſtros defendere à calumnia, poſſemus dicere, apud Plinium, Gemmam pro quodam genere accipi. neque eſt incôueniés, quòd ſit genus & ſpecies, quia idem uidemus in nomine adoptionis l. ſecunda. ff. de adoptio. & in iuriſdictione idem concludunt latè Doctores, in l. imperium. ff. de iuriſdict. om. iudi. & in pactis idem dicit Dom. Iaſon in rubric. C. de tranſact. Aliæ autem rationes ſi bene excutiantur, parum concludunt contra Iureconſultos. Præterea ſi auctoritatibus certandum eſſet, nullus ſani capitis ex prædictis quêquam Iureconſultis noſtris anteponet, quorum proprium & peculiare eſt diſputare de uerborum ſignificationibus. Non omitto etiam, quòd in loco Pomp. præallegato libri plerique mendoſi circunferuntur. In illo exemplo, Abaſiani, Verientani, Maffeus Vegius legebat Obſiani, Vedubientani, nullo ſenſu. Tu caſtiga, Obſidiani, uientani. Obſidianus enim nigerrimi coloris eſt lapillus, quem in Aethiopia Obſidius inuenit. naſcitur & Obſidianus lapis in Samnio Italiæ, dictumque eſt ab eo Obſidianum uitrum, eiuſdem coloris. Gemmas quidem eo faciunt: uiſæ ex eo fuere ſolidæ imagines diui Auguſti. dicauit que ipſe pro miraculo in ædem Concordiæ obſidianos ſeptem elephantos. uiſa fuit & obſidiana imago Menelai: auctore Plinio lib. 36. ca penul. Veientanus quoque lapilus eſt Italicus, Veijs repertus, materiam nigram albo diſtinguens limite, ut tradit idem Pli. libro ultimo, ante fin. Quidam tamen ſunt, inter quos Laurentius Valla, qui legunt, Abſidiani. Neuentani, qua ratione, ipſi uiderint Item dum Pomp. ſubdit, Vaſa Murchina in gemmis non eſſe, ſecundum Caſsium, in hiſce uerbis etiam animaduertendum eſt, quia aliqui uim uocabuli non percipientes, à uera lectione diuerſimode uariarunt. Quidam enim legunt muria, alii murrea, ſunt & qui mauritana. uera lectio eſt, Murrhina. quæ dicuntur ex gemma quæ Murrha appellatur. Hâc, ut tradit Pli. 3 o. lib. oriens mittit, præcipueque inſignia quæ

Defenduntur quatuor Ireconſ. à calumnia Vallæ.

Pomp. locus.

Obſidianus lapillus.

Veientanus lapis.

Locus Pomp.

Murrha

dam loca Parthici regni & Acarnania. Humorē putāt esse, caloréque, sub terra densatū. Splēdor huic sine uiribus, nitorque uerius quā splendor. Sed in precio est colorū uarietas, circū agentibus se subinde maculis, in purpurā cādoréque, & tertium qui fit ex utroque. Sunt qui maximè in his laudēt extremitates, & quosdā ualoris repercussus, quales in cœlesti arcu spectantur. His maculæ pingues placent, transtucere quicquā, aut pallere, uitium est. T. Petronius Iureconsf. moriturus, ut refert Plin. inuidia Neronis principis, ut mensam eius exhæredaret, trullam murrhinam tercentū sextertiis emptam fregit. Sed Nero (ut par erat principem) quadraginta sextertiis fragmenta emit, & capedinem unā parauit qua potaretur. Hinc uasa murrhina ex murrha gēma. Eā quidā putāt esse, quā nunc uulgus Agathā dicit. Fiebāt ex murrhino abaci, escaria uasa, & potoria, & trullæ. Sueto. in Augusto: Item lauticiarum inuidiam, cum & Alexandria capta, nihil sibi præter unū murrhinum calicem ex instrumento regio retinuerit. Martial.

Petronij Iurecon. animus.

Agatha.

Si calidum potas, ardenti murrha falerno
Conuenit, & melior fit sapor inde mero. Idem:
Surrentina bibis, nec murrhina picta, nec aurum
Sume, dabunt calices hæc tibi uina suos.

Non omitto Laurent. Vallam, qui alibi citans hunc locum Iureconsulti, legit Myrrhina, sed idē est. Et hoc contingit propter notam υ Græcam, quam nos plerunque uertimus in v literam, ut in Sylla & Sulla, & aliis non parum multis, quæ res Latinis (ut ait Cicero) per quam familiaris est, qui & Phruges pro Phrygibus dictos à ueteribus testatur. & Fabius Quint. Bruga dixit, qin & Græci Brygas & etiam refert Hermol. & secūdū suprascripta corrige uerba Iaboleni in l. uasa ænea ff. de supelle. leg. Et de murrhinis meminit etiā Pau. in l. 3. in prin. eod. tit. ff. de supel. leg. & Lamprid. in uita Heliogabali, scribēs eū myrrhinis & onychinis minxisse.

Y apud Latinos uertitur in u.

Iabol locus.

Paul. locus.

Genus non dicitur esse in dominio alicuius ita pulchrè Bal. in l. 2. ante fin. C. com. de lega. & patet ad sen-

ſum. Hocq; dicto ſæpe utuntur diſputantes, & conſulentes.& reaſſumit inter alios cum aliquibus ſimilibus. Corn.conſi.6. in hac conſultatione, uiſo ſupraſcripto puncto.col.1.ad fi.lib.1.

Gerontocomium locus eſt,ubi hi qui ob ſenectutẽ uires amiſerunt,aluntur,& curantur,de quo meminit Imperat. in l.illud.§.1.& ibi gl.noſter ita exponit. C. de ſac. ſan.eccl. licet libri communiter mendoſi circunferantur.& eſt uerbum compoſitum nam γέρων Græcè, Latinè ſenex interpretatur,& geruntius,ſenilis. *Locus apud Imperatorẽ.*

Graculorum uis an ſpectet dñm tractat Vlp.in l. ex cõducto.§.1.ff.locati.& eſt auis quædam, quam ita appellatam putabat M.Varro in li.linguæ Latinæ, quia gregatim & agminatim uolitat,hoc.n.natura ſibi datũ.eſt. & ideo refert Pli. ꝙ ſterilitatem quandoq; attulit eorũ multitudo. A cornice non multum differt,niſi quia aliquantulum minor. Docilis eſt,& facile manſueſcens. Quidam ſunt,qui a gracilitate, ſeu a gerendo nomen habuiſſe dicant, quod iacta frugum ſemina gerant. Is eſt furandi omnium rerum cupiditas, maximè auri & argenti.unde a moneta, monedulæ etiam appellantur. *Vlp. locus.* *Monedula.*

Graduum computatio fieri debet ſecundum iuris ciuilis diuiſionem,in materia ſucceſſionem,& prohibitionum,quæ ſolunt fieri a teſtantib.& generaliter, præterquam in matrimoniis.ut eleganter declarat Bal.ad quẽ ſemper recurre in l.ſi auiæ.col.ult.C.de ſucceſ.edi.poſt Iac.Butr.Bar.& alios ibi.& ſequitur Anch. in rep.c.canonum ſtat.col.82.uerſ.ſed aduerte ad ſimilem quæſt. de conſt.& fuit etiam ſing.deciſio Io. And.in add.Spe. tit.de ſucceſ.ab inteſt.in add.magna,in uerb.uocantur. uerſi.& quia de gradibus.& tradit Aret.conſ.pe. col.1. in fi.& ſeq.& Dec.conſ.158.ad fi.Fel. in c. ex literis. in 2.not.de conſti.Andr.Sic.in trac.de præſt.Card.in 4.q. primæ partis. col.fi.poſt med.& communiter ita tenetur per ſcrib.ubiq;.qui etiam in materia feudorum idẽ concludunt,ut etiam firmat Cur.in trac.feud.in 3. par. uerſ.3.quæro an computatio.

Gratia à principe facta, seu priuilegium quamuis nō posſit probari per teſtes, ut eleg. inquit Bald. in l. humanum. ad fi. C. de legib. & latè Fel. tradit in rub. de conſtit. col. 4. ubi etiam Dec. tamen eius gratiæ uel priuilegii qualitates poterant per teſtes probari. ita notabi. limitat D. Abb. in c. auditis. in 2. not. de reſtiti. n int. & ſequitur Fel. in c. 2. col. 7. de probat. & Dec conſi. 297. nō petitiur. col. 2.

Gratiæ tuæ, ſeu miſericordiæ tuæ ſi ego me ſubmiſi, niſi gratiam à te reporto ſeu miſericordiam, teneris me in primo ſtatu reponere, ita eleg. Ang. dicens ex facto incidiſſe in perſona ſua, in l. ult. in fi. ff. de præ. ſtip. quod ſequitur & commendat Dom. Alex. conſ. 70. uiſo proceſſu inquiſitionis. in pe. col. uerſic. nec etiam, uigore. in 1. lib. & eſt memoria dignum, ad clauſulas quæ ſolent in compromisſis ſeu reſcriptis apponi quas late tractat D. Fel. in c. 1. col. 20. & ſeq. de conſt. poſt Dom. Alex. & alios, in l. ſi ſic lega. in prin. ff. de lega 1. quib. adde hoc not. d. Angel.

Guelforum & Gibellinorum ſectæ ſunt illicitæ. Bald. in l. 1. ad fi. ff. quod cuiuſque un. nom. & eorum nulla eſt maieſtas, teſte Maria. conſ. 22. col. 2. lib. 1. poſt Nellum in trac. ban. in 1. parte 2. temp. q. 19. ſed in aliquibus locis approbantur teſte Bar. in l. ſi qs à filio § ul. de leg. 1.

Guerra licet ſoleat connumerari inter caſus fortuitos, tamen ſecus eſt quando tempore contractus potuit præuideri, quia tunc culpæ annumeratur. ita eleg. Bald. poſt Cyn. per eum relatum, in tit. de pace conſtan. §. ua ſalli qui tempore, circa prin. Et ideo ſi aliquis his temporibus, ingruentibus hinc Eluetiis, indeque Hiſpanis una cum Romano Pontifice Iulio ſecundo, & a latere Venetis, conduceret poſſesſionem, & propter bella non poſſit uti re locata, non admitteretur ad petendum aliquam remisſionem, ita per hoc dictum Bald. præallegatum conſuluit Dom. Alex. conſ. 112. uidetur in præſenti conſultatione. ad fin. in 1. lib. quod conſilium ſuperfluo repetitum inuenies in conſil. 6. in 2. libro, & idem

etiam

etiam concludit Alex.in l.interdum.§.quod ex naufragio.in fi.ff.de acq.possess.post Bal. in l.ex conducto.§.si uis. ff. locat. & in l. si ea lege C.de usuris. quem sequitur Aret consi.139.quia consultatio.circa med. & con suluit Bal.cons.329.casus talis est, quidam Nicol. lib. 1.& latè Calcan.consilio 23.orta guerra.colum.5.uersi.1.quia ubi ampl. etiam si de bello erat dubium, licet bellum ceptum non esset, & dicit quod in Lombardia a communiter accidentibus uigent bella, & propterea bellum apud nos non numeratur inter casus insolitos, ut per eum,& Bal.in d.§.uasalli. & alios supra relatos, sequitur Dec.consi.312.licet hactenus.in fin. & Socyn. consi.4. colum. 4. lib. 2. & idem de peste tradit Domi. Io. Igneus, ut refert Rippa, in tracta. de peste in septima char.uersiculo 2.ergo casus,& uersi.quintus casus. Quando autem propter bellum sit fienda remissio, est altera quæst. quã relatis pluribus opinionibus tractat D Ias.in l.1.in pen.char.C.de iure emp.& Dec. consil. 312.licet hactenus, & quod pro inuestitura facta tempore belli, non sit fienda remissio pro damno illato durante tali bello, cum ex facto mihi incidisset, ego obtinui.

H



ABEATVR uerbum, licet regulariter denotet fictionem, ut notat Barto.in l.1.ad fin.princip. per illum textum. ff. de suis & leg.& in l. si maritus.la 2.§. legis Iuliæ.ff. de adulteriis, & alibi sæpe. tamen fallit, quando adiungitur uerbis denotantibus ueritatem, puta, Habeatur & Sit. quia tunc significant ueritatem, si possunt.ita sing.decidit Bal. in præfatione Digestorum,in 3.colum.uersi.& not.quod dictũ pro sing. citat Andr.Sicul in rep.rub.de fide instr.in 8.col.uersic. ego autem.& in commento l.cum acutissimi. col.110.

uerſ.tu conſidera tex.& latius in 118.uerſi.ſecundo facit tex.C. de fideic. & alibi ſæpè. Tamen hoc antè Bal. dixit Bar.in rep.l.ſi is qui pro emptore.in 3.q prin.ad fi. ff.de uſuca.& de illo dicto Bal.ad illud propoſitum meminit etiam D.Fel.in c.Rodulph. col. 22. in princip.de reſcrip.

Habitatione ſimpliciter legata uxori in domo cum filiis,ueniunt etiam alimenta,ex tacita mente teſtatoris, cum in obſequio filiorum debeat eſſe. iux.l. ſed ſi hoc, in fi.ff.de cond.& dem.ita ſing.Bal.in l.ulti. in pen.col. uerſ.ſed quid ſi teſtator.C.de indic.uid.tol. ubi idẽ putat,ſi eſſet alia perſona quã mater,puta amita, quia uenit in cõpenſatione laboris,iuxta l.Seio amico.in prin. ff.de annu.legat.cum ſimilibus, quod dictum pro ſing. refert & ſeqitur Crem.not.65.teſtator iusſit.ubi ita dicit ſe in facto allegaſſe. Addo quod contrariũ in hoc (& quidem inaduertenter, iudicio meo) concludit D. Ale.conſ.72.uiſo proceſſu. in ulti.col.uerſ.poſtremo in 5.lib.ubi conſuluit,ꝙ cum teſtator diſpoſuiſſet,ꝙ quædam ſorores ſuæ in omnem caſum uiduitatis & necesſitatis poſſent redire,ſtare, & habitare in domo teſtatoris,ſine contradictione hæredum,uel alterius perſonæ: & nihil dixiſſet de alimentis, ꝙ non debeatur niſi ſola habitatio.quia ex prędictis uidetur malè conſultum,& maximè quia teſtator uidetur conſideraſſe necesſitatẽ: item reditum ad domum primæuam,& ſic in priſtinum ſtatum eas reponere uoluiſſe.

Harpago telũ eſt in ſummitate aduncum, quo naues capiuntur.Cæſar commentario Belli ciuilis primò:An teſignanos(inquit)centuriones,Cęſar ei claſſi attribuerat,qui ſibi id muneris depopoſcerant,hi manus ferreas atq; harpagos parauerãt.nomẽ ſumpſit ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν quod eſt rapere. Hunc Anacharſis Scytha philoſophus

Harpax inuenit,ut refert Plin. alio nomine Harpax appellatur.

Lupus. Proinde triuiales ab eo ꝙ rapax ſit,lupum nuncupant.

Vlp. loco. huius inſtrumenti meminit etiã apud nós Vlp.in l.quæſitum eſt.§.ſi dominus.ff.dę fund.inſt.quo in loco uer-

ba Iureconf.pasfim mendofa circunferuntur.

Alii inftrumentum putant pluribus uncis munitum, quo uafa & alia complura, quę in flumine uel in puteis ceciderint, extrahimus. Eft & Harpago ferreum inftrumẽtum, eo etiam hodie utimur ad circos uafis uinariis aptandos uulgus Canem appellat. *Canis.*

Puto tamen in loco hoc Vl. harpagonas & harpagones legi poffe, cum Græca dictio fit. Sed dum fubdit, Hamos etiam inftrumento contineri, caftiga, Amas. Sunt autem Amæ, fine afpiratione, farcula, feu fafces mefforiæ, quæ a Græco nomen fumpferunt. Id enim fignificat ἄμη Harum in Collectaneis rei rufticæ plurima eft mentio, item & apud Hefiodi interpretes. quantum igitur conueniat Harpagoni ἄμη, nemo eft qui nefciat. Ama etiam uas eft, unde diminutiuum fit Amula. ἀμίς quoq; uas eft in quo folemus meiere, noftris matula dici poteft. ἄμης etiam placentæ eft fpecies, fed hęc nihil ad rem. *Vlpian. locus. Amæ. Ama. Amula. Matula.*

Hamus autem, hami, cum afpiratione, inftrumentũ uncum eft, notæ fignificationis, ad pifces capiendos, de quo meminit Iureconf. fuperius eadem lege. in §. acetũ. & Apuleius lib. 11. afini aurei: Aliter aucupẽ cum uifco, aliter pifcatorem cum hamo. Ad hoc allufit ẽt Carmelitanus poeta, fecundæ Parthenices lib. 1. illo carmine, Verfofq; per amnẽ Luctificum trahit hamato per fexa tridente. Hinc antiqui, pifcatoris hamiotas dixere. Varro: Cohortes, inquit, coquorum atq; hamiotarum, aucupumq;. vnde hamata munera captatorias decẽter dicta, ꝗ infidiofa funt, & hamos imitant̃. Plaut. t̃n in Rud. Hamotas, nõ hamiotas dixit. Saluette (ĩquẽs) fures maritimi, cõchitæ, atq; hamotę, famelica hominũ natio. *Hamus. Hamiotæ Hamata munera.*

Heliocaminus Græcum uocabulum eft, apud nos folaris fornax interpretari poteft, de quo mentio habetur per Vlp. in l. fi arborem. ff. de feru. urbano. prædio. ubi Accurf. dixit, locum effe in quo paterfami. moratur ad folem. De eo Plin. in epiftolis, de diæta loquens. In hac heliocaminus (inquit) quidem, alia xyftum, *Vlpian. locus.*

ſtum,alia mare,utraq; ſolem proſpicit.Eo maiores no ſtri utebantur ad ſolis calores excipiendos,Locus enim iſte ſoli opponebatur.

Hæredis appellatione comprehenditur etiam hæres hæredis l.hæredis appellat,& ibi gl.ff.de uerb.ſig.& tradit Corn.conſ.279.uidetur prima facie,in 3.col.uerſ.ſi uero dicamus,in 3.lib.

Ipſum pronomē qd importet. Limitatur,niſi in diſpoſitione dictum eſſet Ipſe hæres,quia non uenit hæres hæredis.ita ſingu. Bald.conſi. 304. nobilis uir dominus Gulielmus de ſancto Nazario in ultimo libro & pro ſing.& mirabili refert Dom. Iaſ.in l.filiusfam.§.diui.in penultima columna in 11.q. Bart.de legatis primo in poſterioribus ſcriptis, ubi tamen uidetur de hac deciſione dubitare. Secundò limitatur, non procedere in materia quæ ſui natura non eſt tranſmisſibilis ad hæredes. tex. habes, & exemplum in l.antiquitas.C.de uſufruct.tradit D.Alex.in l.gallus,§. etiam ſi parente, in 3.columna, uerſiculo unum tamen ff.de libe.& poſthumis,& in l.in annalibus,C.de lega. Et ideo ſing.decidit Bal.in l.ult.in 2.columna in 6. oppoſi.C.de hæred. inſti. quòd ſi acquiſiui emph. uel feudum pro me,& hæredibus, intelligitur de primis tantũ hæredibus,non in infinitum,quod eſt not.& ſing.ſecundum Do.Iaſon in d l.annalibus, in ult. uerbis, ubi tamen reprobat. Tertiò limitatur,nõ procedere in decreto noſtro Mediola.quo diſponitur, ꝙ poſſesſio defuncti continuetur in hæredem. nam non uenit hæres hæredis,ſed ſolum intelligitur de primo hærede. ita conſuluit Dom.Alex.conſi.37.in cauſa mota per Ange.in pen.columna in primo libro,de quo ſcripſi ſupra in uerbo Decretum.Et hinc eſt,quòd prohibitio facta hæredi non tranſit ad hæredem hæredis,ſecundum Bal. conſi. 272.in cauſa egregiæ,in ult.uerbis,in quinto lib.Quarto limitatur quando teſtator diceret, ſi Titius deceſſerit,ſubſtituo mihi hæredes infraſcriptos,& poſtea ſubſtituat pauperes eligendos per aliquem:ita ſingu. declarat Bar.in l.qui liberis.§.hæc uerba,col.ult. de uulg. &

Decretũ qd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredē.

pup.

pup.&pro sing.sequitur Alex.consi.173.col.2.in prin. lib.5.& consi.176.ad fi.lib.7.ubi refert Imo.consuluisse quem uide.

Hæredis appell.in feudo,& emphyt.ecclesiastica, nõ ueniunt nisi descendentes, ut habetur in capitulo 1.de alien.feud.& in l.etiam,ff.sol.matrimonio. Quod tamẽ limitatur,nisi in concessione dictum fuisset:Titio pro se,& hæredibus suis omnibus.quia dictio Omnibus declarat mentem concedentis fuisse,etiam alios comprehendere,ita sing.Bald.in cap.in præsentia, colum.4.de proba.&pro sing.commendat Alex.consil.195.perspectis,colum.3.lib.6. *Omnibus quę.*

Heres grauatus de restituendo hæreditatẽ post mortem,non tenetur creditori hæreditario satisfacere pro usuris,seu interesse de fructibus bonorum restituendorum,sed si soluit, nihil pro hoc retinere potest in restitutione hæreditatis.tex.est quem ibi not.Doct.in l.deducta.§.qui post, ff.ad Trebell.

Quid autem si pro capitali soluerit siue sponte, siue coactus, an retinere possit i restitutione fideicom.tex. in d.§.qui post,uidetur uelle quòd sic,secundum Alex. ibi,in 2.notab.post Imol.& Paul.de Castro,& ita consuluit Comensis consilio 56.quidam,& latè Fulg.cõsi. 82.punctus super quo,per totum,& Ludo. consi.276.uisis dubiis,in 7.dub.& tenet D.Iason licet prædicta non alleget,in l.domos hæreditarias,in 2.nota.ff.de legat. 2.Sed in contrarium fortiter facit tex.ad quem prædicti non aduerterunt, in l.quòd de bonis, §.quod auus, uersicu. planè.ff.ad l.Fal.&in l.cum pater, §.Titio fratri,de legatis secundò.Propterea bene cogitandum est, & ex facto pluries incidit, & semper per compositionẽ recessum fuit à lite. An autem hæres in dubio præsumatur soluisse de proprio,an de hereditariis bonis.Bal.fin. in l.filium quem.colu.pen.C.famil.ercisc.tenet, quòd si hæres non confecit inuentarium, quòd præsumit de bonis hæreditariis satisfecisse.& tradit Lud.in d.consi. 276.in 9.du.licet aliter distinguat. De onere autem

legati

legati annuit, an pro tempore quo hæres uixit, & non soluit, agi possit contra eum cui hæreditas fuit restituta. est nota. doctrina Paul. consi. 78. uiso d. puncto. in 32 dubio in antiquis, quam sequitur late Ias. consilio 95. libro primo. Et hæc sunt memoria digna, & pendet in facto.

Hæres censetur eadem persona cum defuncto, ut dicit tex. in auth. de iureiuran. amor. præst. circa princ. & declarat Bar. in l. 2. §. 1. colum. 2. ff. de prætor. stipula. Et hæres hæredis primi testatoris est hæres. dicit Imperat. in l. ult. circa med. C. de hæred. instit. & in l. hæredis appellatio. de uerborum significati. declarat Bald. in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pup. & consuluit late Anch. consil. 130. pro & contra subtiliter, & propterea eleganter Bal. in l. 1. C. quorum legat. dixit quòd nominato Titio, uidetur etiam nominatus eius hæres, ita q cessat contra hæredem illa excus. Tu non es nominatus in instrumento, secundum Bal. ibi, quem sequuntur Doct. communiter, & late declarat Soc. consil. 141. colum. 1. ad finem, & seq. lib. 2. & Dec. consi. 262. colum. 2. uersic. 6. Ias. consi. 217. per totum lib. 2. & ideo hæres tenetur ad interesse pro delicto defuncti, etiam de iure canonico. ita sing. Bald. in l. 1. colum. ultim. uersiculo 3. autem casu, C. ne ex del. defunct. & in l. furti actione C. de furtis. Proinde decidunt sing. Bart. Ang. & Paul. de Castro, in l. postulante, in prin. per illum tex. ff. ad Trebellia. quod si statutum disponat, quod instrumentum mittatur executioni contra debitorem in eo descriptũ, poterit fieri executio contra eius hæredem, licet non sit nominatus, & est singula. notandum secundum Dom. Iason in l. si cui legetur. §. ult. in 3. not. de legatis 1. & consi. 217. immunitas, col. 2. lib. 2. ubi loquitur in statuto disponente, quòd debitor capiatur, quia etiam hæres poterit capi, licet de eo non sit facta mentio, & tradit etiam Dom. Alex. consi. 18. attentis narratis, colũm. ult. uers. pro hoc etiam, lib. ult. sequitur etiam Barb. relatus per Fel. in c. quia Gu. circa princ. de iudiciis debebit

tamen

tamen præcedere liquidatio iudicis, & sic citari ut discutiatur an sit hæres, & postea deueniri poterit ad executionem, etiam si statutum concederet executionem contra hæredem. ita eleganter Bal. in l. per diuersas. in 10. q. in 4. col. C. manda. post Inno. in d. cap. quia Gu. de iudic. ubi Feli. col. pen. late approbat, & sequitur, commendatque Franciscus Areti. consi. 21. si diligẽter, col. penultima circa medium, & consilio 32. diligenter consideratis. in primo dubio, & Alexander consilio 188. uiso processu. columna prima ad finem libro 2. quod est memoria dignum, ad statutum Mediolanense, si quis prima facie. Super quo uidetur dubitari, an eius beneficium detur cessionario, antequam discutiatur an ius crediti sit bene cessum, & seruari ét uidi quod sic, quia prima facie apparet creditor, licet decisio Baldi in d. l. per diuersas. in 4. q. uideatur refragari. Sed loquitur in aliis terminis, & benefaciunt etiam quæ scribit idem Alex. in consil. 25. uiso instrum. col. pen. uersic. istis. lib. 2. iunctis his quæ retuli infra uerb. Pacta executiua. Multa tamen in contrarium late refert Calcan. consil. 17. per totum, ubi consuluit, quòd præceptum 15. dierũ potest concedi legatario contra hæredem. post Socyn. consil. 141. per totum. lib. 2. quod repetitum consil. 24. libro 3. ubi post Arct in l. qui Romæ. §. Flauius. in ult. not. de uerbo. obligat. concludit, quòd in materia stricta, debitoris appellatione non uenit hæres, quia fictè repræsentant personam defuncti, ut uidentur refragare decisio. Ang. & Paul in l. postulante, supra relatæ. quæ tamen licet proced. in statuto, non tamen procedi in pactis, seu contracti. quia hæres ad carceres non obligatur, secundum *Bartol.* & alios, in l. 4. ff. qui satisdare cogan. Quid autem in hærede hæredis? habes elegantem decisionem al in l. ult in 21. q. 8 seq. C. de hęred. institu. cum his quæ tractant Do. Alex. & Mod. in l. si quis filium fam. §. ult ff de acquir. hæred. post Cald. in consilio 14. in titu. de locato. Quòd etiam si hæres esset minor, Ludou. consil. 120. circa primũ. colu. 1. tenet quòd
non

non posſit capi. In legatario autem clarum eſt, hæc locum non habere, qui impropriiſsimè defunctum repræſentat, ut inquit Bal. in l. ſi abducta, col. 2. uerſi. 2. quæritur C. de furtis.

Hæres ſuus, qui appellatus eſt ab aliquo in actibus inter uiuos, uidetur factus hæres, & inſtitutus. ita ſingu. nota. Bar. per illum textum in l. tale pactum, §. ult. ff. de pactis, & pro ſingula. approbat Do. Alex. in conſi. 168. ponderatis narratis, in ultima columna, uerſiculo fortificantur prædicta. in 5. libro, & Andræas Sicul. in cõmento l. cum acutiſsimi. col. 4. uerſi. apparet ergo. C. de fideicom. & Io. Maria. Rimin. in l. pactum, quod dotali. in ultim. columna, uerſiculo utrum autem. C. de pactis. D. Iaſon in l. licet inter priuatos in quinto not. eodem titulo de cuius ueritate, quia aliqui tenent cõtrarium, uide latiſsimè D. Iaſ. in d. §. ultimo in 2. columna, ubi dicit, quòd ita conſuleret, & iudicaret. facit quod ſing. decidit idem Bart. in l. gerit in 4. colu. circa principium ff. de acquirenda hæreditate, quod pro ſingu. cõmẽdat Matheſ. notab. 34. nota quòd ſiue, & conſuluit D. Alex. conſilio 1. perſpectis. columna quarta in princ. lib. 1. & Aretin conſilio 136. clariſsimè. circa princip. Eodem modo dicit in ſimili ſignanter Baldus conſilio 437. Titius habebat Seiam in uxorem. in prima columna, ult. libro, quòd ſi pater appellat aliquem filium ſuum, pręſumitur naturalis, & legitimus: & huiuſmodi probationi ſtandum eſt, & ſubdit Baldus ibi unum memoria dignum, quòd ſecus eſt in muliere extranea, quæ diceret mihi, poſteaquã eã cognouiſſem, talis filius, quẽ genui eſt tuus. nam huic non eſt credendum, quia lex hoc nõ credit, niſi de eo qui naſcitur ex matrimonio, ex quo aſsiduè patet acceſſus ad uxorem, etiam ſi probaret eã adulteraſſe. iuxta text. ſingula. in l. miles. §. defuncto. in fine ff. de adulte. & latè ſcribit And. Sicul. conſi. 17. ſcribit doctiſsimus. columna ſecunda, libro primo, quod nõ eſt dictum in muliere extranea, prout etiam cõſuluit Baldus conſilio 377. ſi mulier. in ſecundo libro. nam ſicut

Mulieri dicẽti genuiſſe filiũ ex me non ẽ credendũ.

Qđ lex non credit, neq; nos credere debemus.

cut

cut potest esse ex te, ita potest esse ex alio, & hoc casu patrem non habebit, iuxta l. uulgo concepti. ff. de statu hominum, quod est nota dignum, & sæpe euenire solet. Item alibi Bal. consilio 195. in hac causa. in 3. libro consuluit quòd pater nominans filium in testamento, nec adiicit naturalem, uidetur eum legitimare concurrentibus qualitatibus, de quibus ibi per eum, retuli infra in uerbo Legitimati non sunt, & de nominatione parentum, quo ad filiationem, quid operetur, late But. & Cardin. Alex. in c. transmisse. qui fil. sint legit. maxime colum. pen. & ultim. post Bar. & scrib. in l. filium, de his qui sunt sui uel alien. iur. & gl. nota. in cap. Michael. de filiis presbyt. late Bartol. in quæstione sua. habeo filium, per totam ubi declarat. authen. item si quis liberos. C. de natur. lib.

Hæreditatis petitio an hodie detur patri in bonis aduentitiis filiorum, sicut olim de iure Digestorum competebat, quo iure pater erat hæres directo, & utiliter secundum magis communem opinionem Bart. & Doct. in l. cum filiofam. de leg. 1. cum in aduentitiis hodie patri solum acquiritur usufruct. proprietas uero remanet penes filium, ut est dispositum in §. 1. inst per quas pers. nob acquir. & in l. cum oportet. in prin. C. de bo. quæ libe. Bal. sing. in l. si putas. in 1. col in 3. oppo. C. de pet. hære. tenuit, quòd non, quia est hæres amplius, sed simplex successor in usufruct. quod dictum pro singula. bene notat D. Alex. in d. l. cum filiofam. in 11. col. unum tamen nota. ff. de leg. 1. & est memoria dignum, ad declarationem dictorum iurium.

Hæreditatis petitio non datur contra titulo possidentem l. hæreditatis C. de peti. hæred. & l. regul. ff eo. declarat eleganter Bald. consil. 404. quid habet probare agẽs in ultimo libro, & Corn. consilio 278. in causa uertente inter libertam, in 4. colum. in ultimo libro. Tamen hoc limitatur procedere, quando talem titulum haberet tempore mortis defuncti, qui possidebat. Sed cũ titulus, & possessio fuerunt adepti mortuo testatore, tunc

non

non excluditur petitio hæreditatis, nec possessorium, nisi sit completa præscriptio ita singul.limitat Bald. in l.ult in 6.colum.in 9.& 11.oppo. C.de edic.diui Adr. toll.ubi reputat not.dignum, & miratur hoc à nemine animaduersum,& est sing.declaratio ad iura præallega ta secundum Paul.de Cast.ibi in ultimis uerbis, & Do. Alex.cons.90.in causa,& lite.in pen.colum. ad finem, & sequenti in 2.lib.tamen Bal.in hoc reprobatur à ple- risque in d.l.ult.ut late refert Dom. Alex.in ult.char. super gl.ult.ubi etiam ipse tenet contra Bal.& late idem consulendo firmat Dom.Alex.cons.73.uiso, & diligen ter,in prima colum.ad finem,& seq.in 5.lib.& consilio 184.uiso processu,per totum,eodem lib.& consil.186. eodem libro iunctis his quæ scrib Corn.consil.55.licet præsens consultatio.in 2.colum.ad finem,& seq.in 1. li bro ubi consuluit, an petitio hæreditatis detur contra eum qui possidet iusto errore ductus. Secundo prædi- cta reg.limitatur singu.non procedere,quando ille qui titulo possidebat uendidisset partem,seu quotam bono rum,nam hoc casu si aliquis prætenderet se hæredem, posset agere petitione hæreditatis, hunc emptorem, dummodo agat ad singulas res,non ad quotam,ita la- te scribens concludit Bar.Ver.cau.206.licet petitio.ubi putat no.& sing.

Hæreditatem si quis uendiderit,utique possidere uide tur,nisi dolo fecisset, quo minus possideat. ita legitur

Vl.locus per Vlp.adnotandum,in l.si quis pecuniam,§.ultim.ff. si quis omiss. causa testa. sed uetusti codices aliter hoc modo,hæreditatem si quis uendiderit,utique possidere uidetur,non dolo fecisse quominus possideat, & hanc lectionem approbat etiam Dom.Ias.in commento l.re coniuncti col.31.de leg 3.

Hypocaustum locus est ad sudendum,habens sub paui mento locum uacuum, in quo succensus ignis calidos uapores emittit, unde ἀπὸ τοῦ ὑποκαίεσθαι, id est subter- calefacere ac succendere, est nominatus,excitat mirum in modum sudorem,habetq; etiā ab uno latere præfur

nium

nium, hoc est paruam fornacem, in qua inclusus ignis partim hypocaustum calefacit, partim aquas temperat ad lauandum. auctor Plin. eius meminit Iureconsf. in l. ligni appell. §. 1. de leg. 3. ubi mendosa dictio hypothaustarum reposita est, à Latinis uero uaporarium appellatur, quia uaporandis cubiculis balneisque præparatur. Cic. ad Q. F. Propterea quod ita erat posita, ut eorum uaporibus, ex quo ignis erumpit, esset sub tectum cubiculi. Idem, In balneis hypocausta in alterum hypoditerij angulum promoui. Erit ergo mens Iureconsf. legatis lignis, contineri illud quod paratum est ad balneas calefaciendas, & ad hypocaustum diætarum, hoc est ad uaporarium cubiculorum, ut planius explicem, quod paratur ad calefacienda, uaporandaque cubilia, qualia apud Germanos hodie frequentantur, stuffas materna lingua uocitantes. & ex his apparet, an Accursius recto locutus sit in expositione huius uocabuli, in l. si quis mihi. ff. mandati. ubi hypocaustum pro subterranea statione accepit, quæ æstate bona sit, quæ autem sint diætæ, diximus superius opportune, non repeto. *Locus Iureconsf.* *Vaporariũ quid.* *Accursij error.*

Hæreticus non est, neque etiam peccat, qui habet fidem implicitam, scilicet quod credat quidquid ecclesia credit. licet naturali ratione motus, aliquid falso opinetur, puta quod pater sit maior, uel prior filio, uel ꝙ tres personæ sint tres res à se inuicem distantes, dummodo hunc errorem suum non defendat, & hoc ipsum credat, quia credit ecclesiam sic credere, & suam opinionem fidei ecclesiæ omnino supponit, quia licet male opinetur, tamen non est illa fides sua, imò fides sua fides est ecclesiæ. Ista sunt formalia uerba Innoc. in c. 1. in fi. de sum. Trin. & fi. Cath. quæ pro sing. commendat Bart. Veron. caut. 230. bonum & utile. ubi dicit not. pro illis qui de hæresi inculpantur. & repetit etiam in caut. 262. bonum & utile. & multum commendantur p Bal. in rub. C. de sum. Trin. in ult. uerbis. ad excusationem rusticorum, & idiotarum, qui sæpè de hæresi per inquisitorem impetuntur, prout etiã ibid. dicunt Mod. & cum

ex facto incidisset, uidi obseruari, quòd talis imputatus fuit liberatus, cum hoc quod in ecclesia maiori tribus diebus solenn. publice pro ualuis ecclesiæ se populo exhiberet, errorem fatendo suum.

Hypotheca Græcum est uocabulum, cuius plurima mẽtio apud Iureconſ. significatque id quòd obligationi supponitur, uel ob fidem præstandam datur. Apud Latinos pignus appellatur. nam pignus tam de re immobili, quàm de mobili dicitur. Paul. in l. 1. §. 2. ff. de pig. Cũ prædium, inquit, pignori daretur. Terent. in Phorm. Ager oppositus est pignori ob decem minas, ædiculæ itẽ ob decem alias. & ideo Marc. Iureconſ. in l. res hypothecæ. §. 1. ff. de pign. dicebat quòd inter pignus, & hypothecam tantum nominis sonus differt. & licet Vlp. in l. si rem alienam. §. proprie. ff. de pig. actio. uideatur, ut diuersa constituere, & propterea Bar. ibi singul. diceret, quòd in statutis appellatione pignoris fortè non ueniret hypotheca: tamen in hoc contrarium sentiunt doctores in dicto §. propriè. per uerba clara Marcelli in §. 1. superius relata. Sed pro opinione Bart. adduco text. clarũ in §. item Seruiana. instit. de actionib. ubi licet quo ad actionem non differant inter se pignus, & hypotheca, tamen in aliis differentia est. Nam pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ simul etiã traditur creditori, maximè si mobilis sit. at eam quæ sine traditione nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus. & istam differentiam uidetur Bartol. considerasse. His generaliter præmissis sciendum est, quòd hypotheca rerum operatur multos effectus, inter quos nota, quòd licet concessio tenutæ ex inordinato processu nihil ualeat, tamẽ si illa res erat sibi prius hypothecata, propter hoc cõpetit ei retentio illius loco pignoris, donec sibi satisfiat. ita sing. Bal. in l. fundus qui Lucii Titii. ff. de rescind. uend. & pro sing not. Crem. not. 92. tenuta. & firm. in tract. de episc. in 3. parte 1. lib. in 49. q. post Cœp. per eum relatum. & est not. ad ea quæ tradunt Moden. in l si nõ sortem.

Pignus etiam in re immobili.

tem. § si centum. ff. de condict. ind. ubi per illum tex. in fine, enumerant aliquos casus, in quibus licita est retentio, quibus adde hoc sing. dictum Bal. Secundo adde, q stante statuto Modiolan. quòd nullus forēsis possit emere in territorio nostro, ex quo statutum pœnam non imponit illis qui contra facerent, non solum non sunt aliquo modo puniendi, imò possunt retinere rem emptam, donec ei precium restituatur, ita singu: per d. § si centū. in fi. dicebat Bal. in l. ulti. §. emptor autē, qui est. §. ult. in prima opposi. C. cōmunia de leg. de quo ult. feci mentionem infrà in uerb. Pœna. *Retentio quando licita.*

Tertiò adde, quòd etiam in cōtractu depositi descendentis ex mutuo, licita est retentio: ut in pulchra quæstione consuluit Bal. consi. 317. ad euidentiam præmittendum est, quòd si mutans. in 3. lib. sequit late Socyn. consi. 143. diu profectò. colum. 5. lib. 1. quod est repetitum consi. 171. in 2. Et potest esse ratio, quia si ad repetendum actio oritur, multo fortius ad retinendum exceptio producitur. tex. est, quem ibi ita sumit Bal. in l. 3. C. de condict. ind.

Hypotheca an intelligatur constituta, ex eo quòd debitor dedit licentiam creditori, ut ingrederetur fundū propria auctoritate, si itra terminum non soluerit. Bal. sing. decidit quòd sic. in l. creditores in fin. C. de pigno. per tex. quem dicit non esse alibi in l. 3. §. post diuisionem. ff. qui potior. in pig. hab. & hoc dict. Bal. pro singularissimo commendat Crem. not. 2. quid si feci. & declarat D. Alex. consi. 2. ex narratis. col. 3. uersi. 5. pbat. lib. 4. & in sua ad Bar. paraphrasi, in d. §. post diuisionē. & Cœp. in tract. de contract. si nul. col. 1. & Ant. de Fano in tract. pig. in 1. membro 3. partis, col. 2. & est memoria dignum propter pacta executiua, quæ in instrumentis solent apponi, in quibus continetur talis licētia à partibus data: & in loco præall. etiam Alex. in eo uersi. 5. probatur. tractat, quando ex licentia iudicis data creditori de ingrediendo oriatur hypotheca, de qua in l. non est mirum. ff. de pig. actio. Sed cum aliàs ex facto

incidisset disputari circa dictum Bal.præal.non fuit ita pro expedito habitum,prout prima facie uisum fuerat. Quamuis postea pro opi. Bal.iudicatum bis fuit in col legio nostro Mediol. In contrarium tamen facere uidentur ea,quæ latè scrib.Signor.consi.4.statuto ciuitatis. An autem per talē licentiam ingrediendi bona sua, & hæredum propria auctor. intelligantur hypothecata bona hæredis, quæ à causa hæreditaria non processerūt,Afflict.decis.201.euenit aliud.refert cōclusum,q non.& ibi transit cum dicto Bal.in d.l.creditores.

Homicidium ut possit puniri pœna mortis, requirit dolum.l.1.§.diuus.& l.diuus Adri.ff.ad l.Corn de sic. l.is qui cum telo.C.eod.neque sufficeret lata culpa.l.in lege Cornelia.ff.eod.& in pulchra quæst.consuluit D. Maria.Soc.consi.16.circa prædictam consultationem. in 1.lib.& hoc procedit etiam ī statutis,licet in illis soleant seruari uerba ad literam per iudices maleficiorū, ut testat̄ Paul. de Cast.in l.1.in fi.ff.de legib. quem de uerbo ad uerbum transcribit Bar.Veron.caut.13.si statutum & quòd etiam statuta punientia indistinctè homicidam intelligantur, si dolo homicidium fuerit perpetratū:concludit Bald.sing.in l.data opera. col.3.circa med.uersi.itē si statutū pcise.C.qui accus.nō poss.qđ pro sing. latè reassumit Paul. de Cast.in l.3.circa med. C.de epis.aud.& ī l.etsi seuerior.uersi. ego allegaui.C. ex quibus caus.infāmia irrogat. ubi refert ex facto aliquos euasisse à pęna mortis.& ita reperio Paul.ex facto cū incidisset cōsuluisse,consi.92.in cā incarceratorū.in 1.& 2.col.in antiquis.& latè declarat Ang.in tract.malef.in uerb.scienter,& dolosè.col. 1.ubi etiam Augu.in addit.cum simil.aggregatis per D.Alex.consil.109.uisis &,ut oportet,consideratis, col.4.uersic.3.principaliter.lib.1.& per D.Ias.in l.in acti. in 5.& 6.colu.ff.de in lit.iur.in l.sororem.in 2.not.C.de his quibus,ut indig. & in l.1.in pen.col.ff.de legib. & in l.3.§.quòd prætor. ff.ne quis eum qui.& Dec.in consi.9.pro tenui facultate mea.in 1.colu.& consil.233.in effectum quęritur. in ulti.

ult.col.Et quamuis Paul. putet ante Bal. hoc à nemine decisum,tamen non bene uiderat Bart.qui hoc dixerat in l.1.§.1.uer.iuxta hoc quæro quid si.ff.si quis test.lib. esse iussus fuerit,cum alii concord.ibi per D.Alexand.si gnatis.Proinde alibi sing.decidit Bar.in l.ult.per illum tex.ff.de rerum diuis.quod statutum disponens,quòd si quis uoluerit interficere hominem,capite puniatur,de bet intelligi.i.uoluntariè interfecerit. & hanc decisionem pro sing.citat confirmatque Franc.Cremo.notab. 49.defensaui. referens se ita obtinuisse, cum ex facto hoc incidisset.& Bart.sequitur Barb.consil.23.col.pen. lib.2.ubi late insistit.Sed quæro,quid si in libello, accu so T.quòd commisit homicidium,lata culpa,an talis li bellus in criminalibus procedet, cum pœnam minuat, quod parti non licet? Bal.sing. decidit ꝙ sic, in l. quæ fortuitis.in 4.col.uers.sed dubitatur hic.C.de pig.act.& hoc dictum pro sing.commendat D.Ias.in l.1.in 3.col. uer.sed aduerte.ff.de leg.1.ubi cōcordat cum alio not. dicto Bal in l.2.in 2.col.uers.in contrarium arguit.C. de probat.in quibus locis Bald.uidetur sibi inuicem cōtrariari,secundum eum.Sed pone, aliquis per familiam ducebatur ad supplicium, sed famuli timentes ne in iti nere ab affinibus suis sibi auferretur, eum interficiunt, an debeant de homicidio puniri? prædicta faciunt, ꝙ non,quia cessare uidetur dolus. de hoc est sing. decisio Bal.in l.addictos ante fin.C.de episc. aud. ubi post Bartolucium de Capua, concludit, quòd si familia habuit specialem commissionem de hoc, quòd non punitur, quia facit tanquam publica persona,ex mandato superioris.sed quilibet priuatus occidens talem ductum, pu niretur capitaliter. & hoc dictum pro sing. commendat & sequitur And.Sicul.in tract. de præst. Card. in 9. q. primæ partis.in 2.col.ubi dicit,esse memoria,& admira tione dignum.& sequitur Ana.in c.sicut.col.3.extra de Iudæis.Sed quid in furioso? Certum est, quòd si committat delictum in furore, etiam occidendo parentem, non debet puniri: per l.diuus Marcus.in principio.ff.de off.

Statutũ, si qs uoluerit interficere, debet intelligi .i. uolũtariè ĩterfecerit.

Furiosus an puniatur.

offi.pręs. quia satis furore ipso punitur, ut ibi dicit tex. & latè consuluit Bald. consi. 347. ecce formata apparet inquisitio. in 3. lib. tradit Ang. in tract. maleficiorum. in uerb. scienter dolose, col. 3. uers. quid in furioso. Sed si delictum commisit ante furorem, magis dubium uideri posset, an nũc furiosus factus puniatur? & in hoc Bal. sing. tenuit, q; non possit ad mortem condemnari, quia habetur loco absentis, sed patietur annotationem bonorum. ita eleganter Bal. in l. furiosum. ad fi. C. qui test. fac. poss. & in l. humanitas. in 11. colum. uersicu. 3. quæritur. C. de impub. & aliis substitu. & communiter alii scrib. sequuntur, ut etiam per Ang. in tract. maleficiorum. in uerb. scienter dolose. col. 3. uers. quid in furioso, ubi August. in add. dicit uidisse in facto, & latè insistit. cum quib. etiam transiuit D. Ias. in l. patre furioso. in pen. col. uersi. consequenter nota. ff. de his, qui sunt sui uel alie. iur. licet Ludo. Ro. in l. pen. ff. si ex nox. causa ag. & in d. l. furiosum, contrarium tenuit, per l. primam iunctis ibi traditis per Bar. ff. de pœnis. & per quæ dam alia uulgata. & hanc ultimam opinionem in puncto iuris dicit ueriorem D. Ias. & utroque loco Ludouici. Verum pro concordia possemus fortè dicere, quòd dicta l. prima. & alia adducta contra Baldum procedũt, quando pœna est a lege certo modo statuta. Sed Bal. loquitur in casu, quo pœna non erat a lege limitata. & hanc solutionem sumo ex his quæ in pulchra quæstione scribit Andr. Sicul. in tract. de præst. Card. in penul. quæstione primæ partis. iunctis his quæ retuli infra in uerb. Laicus. Sed quid si aliquis commisit homicidiũ ueneno? Bal. singu. in l. nemo. clericus. in ult. colu. post princ. C. de sum. Trin. & fid. cat. putabat hunc plus peccare, quàm eum qui ferro percutit. quia ueneficium habet in se proditionem quandam, ideo magis debet puniri. & eius dictum commendat, etiam Andreas Sicul. in tractatu de præsta. Cardina. præallegato. in ultima quæstione ultimæ partis. in penultima columna, ubi tractat, an debeat plus puniri qui portat ar-

Venenũ quo puniatur.

ma uenenata, quam is, qui portat simpliciter arma, prout communiter fabricantur. Hinc dicebat eleganter Bal. in l. 3. post prin per illum tex. C. de episc. aud. ꝙ in delictis grauioribus quæ clam committuntur, ut uenenare aliquem, iudex debet esse facilior, & promptior ad torturam, & hoc expediri potest die feriata. quod putat memoria dignum, & pro notab. sequitur D. Alex. cons. 77. in causa accusationis. in 2. col. uers. & tanto magis, lib. 1. Decius consi. 175. in causa falsitatis, col. 5. & Ias. in l. pen. ff. de feriis. Proinde notabiliter inferri potest, quod statutum permittens bannitum impune offendi, non habet locum in eo qui uellet ueneno eum occidere, cum sit potius proditio quædam, ut supra dixi. Ergo remota a statuto, ut singul. decidit Angel. in l. ult. in addit ad Bar. C. de delator. lib. 10. cuius dictum pro singulari citat præceptor meus Pich. in l. ut uim. uersicu. circa ultimam. ff. de iust. & iur. & reassumunt Moder. in c. quæ in ecclesiarum. in 9. colu. uers. solum addo. extra de constitu. ubi dicunt, quòd dubitabilis uidetur talis illatio. *Venenata arma considerātur.*

Homologare dictio Græca est, apud nos confirmare, uel laudare, interpretari potest. quo uerbo utebantur antiqui, cum populo aliquid interrogante, senatus auctoritas requirebatur. Senatores enim homologare, id est confirmare dicebantur. Hodie uero cum arbitri sententia a partibus acceptatur, homologatum dicimus. De hoc uerbo mentio habetur post authē. decernimus. C. de arbitris. ubi emologare scriptum inuenies nullo sensu: & ita etiam mendosè protulit Alber. in dictionario suo, in uerbo emologo. & Bal. in ti. de pace Constāt. §. sententiæ quoq;. & in consi. 342. fuit factum. ad fi. in 3. lib. & ubique hodie passim omnes pronunciant. Habetq; homologatio effectum, ut laudum uim trāsactionis per omnia obtineat, ut per Dec. consi. 198. & pro tenui. in 3. col. ubi citat Anch. & Io. Bapt. Cacialup. idem tenentes. *Iustiniani locus. Alberici error etiā cōmunis.*

Horas quandoque apponitur instrumentis, ad tollen-

dum dubium, quando ratione unius horæ instrumentū dicitur prius confectum. Bal. eleganter in l. ultim. in 3. col uerf. quapropter interdum. C. de edic. di. Adr. tol. Sed est de hoc gl. sing. in l si ex plurib. §. ul. in uerb. obligauit. ff. de solutio. quam rarò alibi reperies secundum Andr. Raff. relatum per Bal. in l. Imp. in pen. col. uersi. & nota quòd dies. ff. de stat. ho. & eam pro sing. alleg. Andr. Sic. in repeti. rub. extra de fid. instru. col. 28. uersicul. quid de hora, & alii, quos retuli sup. in uerbo, Actus. Et ultra ea facit, quod notab. concludit Bal. post Mart. Syl. Cyn. & alios, in l. de reb. C. de donat. an. nup. quòd inter duas probationes illa præualet, quæ certius, & magis determinatè cōcludit, ut si unus probat de die, alius de hora, & quod plus est de puncto, uel momento, puta quādo manu eiusdem notarii essent celebrati iidem contractus eod. die. nam ille dicitur potior, qui in ordine protocoli prius reperitur. prout etiam not. Barto. in prima constitutione. C. in ult. col. circa fi. per illum tex. in uerb. colligentes uero. ubi dicit esse casum, cum infinitis concord. quas omitto. Et ideo in proposito alibi singula. Rapha. Com. in l. 1. §. dies. ff. quando app. sit. post Ioan. Andr. in add. Specu. tit. de instru. edit. §. breuiter. in add. incip. dies. moneteum qui decimo die appellat, ut inferat horam, quia decendium currit de momento in momentum, id est primus dies non computatur totus, sed punctus illius diei, qui sic refertur ad decimum diem in eo puncto. unde posset euenire, ꝙ in decimo die iam esset inchoatus undecimus. & dicit ibi Angel. de Aret. se ita practicare. & sequitur D Felin. in c. consuluit. col. 2. uerf. limita hoc. de off. deleg. in c. quod ad consultationem. in 16. col. uersi. 4. conclusio. extra de re iud. Et hæc regula potest etiam esse utilis ad aliam notab. quæstio. De iure canonico statutum est, quod si unus habet collationem beneficii a Papa, alius ab ordinario, si nō appareat de prioritate, præfertur qui a Papa impetrauit, propter prærogatiuam concedentis. Casus est in c. si a sede ad fi. de preb. lib. 6. & idem de epi-

sco. &

sco.& eius uicario consuluit sing.Cald.consi.2.in ti.de offic.uicar.& in consi.7.in titu.de præb.& refert Dom. Fel.in c.capit.S.crucis.col.19.uersi. de duabus collationib.de rescriptis.inferens unum nouum,ad casum d.c.si a sede, ut ibi per eum. Finge nunc quòd in collatione pontificis sit dies, sed in ea quam fecit ordinarius est etiam hora, quæ præferri debeat. De ista quæst.alias Romæ dubitabatur.sed per prædicta decidi potest pro collatione ordinarii.& licet in contrarium multa adducerentur per aduocatos Rom.tamē ista pars uerior redditur per regulam supra traditam secundum Dom. Ias. in l.1.in 1.col.ff.sol.mat.ubi dicit, quòd ita credit Romæ fuisse iudicatum.& sequitur Dec.consi.169.diligenter pro tenui.col.pen.uers.uenio ad tertium.post Dom. Fel.in c.pastoralis.de rescrip.& Socyn. quem uide omnino in d.l.1.uers.3.limita.solut.mat.& est memoria dignum pro instructione notariorum,& pro declaratione d.c.si a sede.in fi.Ex istis declaratur not.dictū Bal.in l.falsus.in 9. col. uers.scias tamen. C.de furtis. ubi tenuit, quòd si ab eodem producantur duo mandata eodem die confecta,nō apparet de proprietate,illud præualet q minorem tribuit potestatem, uel baliā ut eius uerbis.utar.nam in minore ambo cōcordant.quod ult. pro notab.commendat D.Ias.in l.si ita sit ascriptum.in 3.col.in 2.not.de leg. 1. & D.Fel.in c.capitulum S.crucis.col.19. in uersi.de duab. collationibus. extra de rescrip.ubi plura similia in proposito cumulat.& Alex.in l.1.§. si stipulanti.col.2.de uerbo.obli. Secundò hoc dictum Bald. & aliqua ex superius relatis declarari possunt per sing.decisionem eiusdem,in c.capitulum S.crucis.in 1.col.uers.quid si eadem die.extra de rescrip.non proc.si aliquis eorum esset in possessione. Et ideo si a summo Pont. eodem die duo impetrarunt Bononiensem præturam,neuter admitti debet, nisi alter reperiretur in possessione,& idem in concessione feudi,& diuersis testamentis,in quibus si nō appareat distinctio horæ uel puncti,præueniens præferendus est, & hanc decisio-

nem

nem Bál.pro sing.commendat And.Sic.in rep. rub. C. qui admi.in 2. col. cum de his.de quibus infra in uerb. Possessio. Est uerum, ꝙ circa duo testamenta,quando non apparet de proprietate, tamen solet adhiberi caut. quam tradit Ang.in l.cum qui.in prin.de acqui. hæred. sequitur Bart.Veron.caut.252.si reperiantur.Et prædicta etiam sunt notanda ad inquisitiones & libellos, in quibus etiam hora quandoq; inseritur, quia per statuta terrarum quædam sunt delicta aliqua hora, quæ alia hora non essent delicta. Ideo hora de necessitate debet inseri,ut concludit Bar.in l.libellorum. in prin.in pen. col.uers.circa tempus ff.de accusatio.

Hospitatura & elemporia apud Alexandrinos, patrimonii munus existimantur.quum quandoque legissem apud Archadium in l.ult. de muner. & honor. ecce occurrit nobis quidam homo inepte gloriosus, nebulonis Gelliani frater,qui laudabat, uenditabatque, tanquam unus esset sub omni cœlo Pandectarum optimus enarrator. Tum forte ego librum Digestorum sumpsi in manibus,tit.de mune.& hono.in l.ul.§. patrimoniū. Propius igitur accedo, & nostri (inquam) frater optime,quid sibi uelit Iureconf.his uerbis,elemporia & hospitatura apud Alexandrinos,&c.item hæc. Mixta munera decaproticos decaprocie, ut Herennius Modestinus & notando & disputando,bene & optima ratione, decreuit.nam de caproticos a prothi tributa exigentes, & corporale ministerium gerunt, & reliqua.Oro ergo te, legas paucula hæc, Iureconsultique sententiam & mentem dicas mihi.Tum aliis etiam compluribus, qui ibi aderant,idem desiderantibus, accepit a me librum, inconstantissimo uultu, sed quid dicam? dii boni: non audeo petere ut id credatur mihi. pueri in ludo rudes, si eum librum accepissent, non hi magis in legendo deridiculi fuissent. Reddidit igitur mihi Pandectas, multis iam uidentibus: &, adest (inquit) quem dudum expecto.nunc enim mihi ocium non est,statim uobiscum ero. Expedias te (inquam) cito iuuenis, ut

possis

posſis & nos docere, & propediè forenſibus cauſis præ-
eſſe. Aliqui codices fide digni, emporia. & ita uidetur *Locus a-phricani*
ſentire gloſſator noſter, dum exponit patrimoniorum
ſuſceptores, qui præbent uaſa uel domum ubi uinum
publicum ponatur. Ἐμπόριον enim Græci oppidum ap- *Emporiū*
pellant, uel alium quemuis locum, in quo fiat merca- *quid, &*
tus publicus, ſeu nundinę, & in quem uẽdendi & emen *unde.*
di cauſa conueniunt mercatores. Quidam tamen de-
ſcripſerunt, emporium ab emo dictum, quaſi emptoriū:
quod falſum eſt, quia Græca uox eſt, qui ἔμπορον merca
torem dicunt, ἐμπορίαν mercatum, ἐμπόριον oppidum
ſiue alium quemuis locum (ut dixi) in quo fiat merca *Charta*
tus. Hinc emporetica charta dicta eſt, qua merces in- *emporeti*
uoluuntur à mercatoribus, cum ſcribẽdi nullum uſum *ca.*
præbeat. Equidem puto. Eleamphoria legendum. ut Iu *Eleam-*
reconſ. ſic appellauerit ea hoſpitia, ad quæ Alexandri- *phoria*
ni tendebant, cum peregre ire eos erat opus: quæ idcir- *quæ.*
co patrimonii loco habebant, quoniam ita inter ſuos
maiores ueteri quodam more erat inductum, ut quo-
ties à patria recedebãt, ad amicos hoſpitaturi tẽderét,
redditturi uicem ſi fortè illi quoque amici ad ſe Alexan
driam uenirent. Nam hunc morẽ fuiſſe apud antiquos,
oſtendit Homerus Iliad. lib. 6. apud quem Diomedes
Glauco refert, ſuis maioribus cum illius progenitori-
bus uetus hoſpitium atque neceſſitudinem interceſſiſ-
ſe, muneraq́ue hoſpitalia inter ipſos ultro citroq́; da-
ta. Dicta ſunt autem eleamphoria, quaſi oliuam feren
tia. Solebant enim hoſpitaturi, oliuam in pacis ſignum
ferre, ut eſt apud Vergil. quando Aeneas hoſpitaturus
Euandrum adiuit. Oliua enim arbor eſt antiquis mul- *Oliua pa*
tum celebrata. Inde Ariſtoteles inter naturæ miracula *cis ſignū*
& Pauſanias in Atticis, referunt, eam Athenis eodem *& leti-*
die quo à Medis cõbuſta eſt, pullulaſſe. In Geneſi quo- *tiæ.*
que traditur, oliuam à columba ad Noe in archa mo-
rantem, latam fuiſſe, in ſignum lætitiæ. in Pythiis etiã
olea præmium dabatur, ut Plin. & ante eũ Archias ſcri
bunt. Et dum Iureconſ. ſubdit, hoſpitatura, aliqui codi-

ces

Locus. Iurecõs. Hospita quæ. ces, Hospita. nam hospita dicũtur, quæ facile suscipiũt, unde hospitam terram dicimus. Verg. Et pater Anchises, Bellum ò terra hospita portas. Idem: Puppibus illa prius, patulis hunc hospita palustris. Statius Achil. 1. Atque hospita Delos Gentibus. Idem Syluarum 4. ad Marcellum: Vbi Ausonio se cõdidit hospita portu Parthenope. Eodem modo hospita flumina dicuntur, quæ facile transmeari possunt, ut apud Verg. Aeneid. 3. & Papinium Thebaid. 3. Sicut etiam apud Terẽtium & Apuleium, Hospita dicitur mulier, quæ amicos suscipiat. *Hospitia quæ.* Posset etiam legi Hospitia. nam domus eorum quæ gratis liberaliterque uenienti hospiti patent, hospitia dicuntur, ut apud Pomp. in l. postliminii ius. ff. de capt. & postlimin. reuer. Hinc hospitalem humanitatem dixit Valer. Max. in 1. lib. de Ceretinis loquens. & Paulus Hospitalitatem, inquit, inuicem præuenientes. ut refert glossator noster in l. 1. C. de sac. sanct. eccle. Liuius per initia primi libri, de Aenea & Antenore: Et uetusti, inquit, iure hospitii & hoc est quod innuit Iureconf. idem in loco præallegato, dum refert, quòd cui concessa est immunitas personalium siue ciuilium munerum, non tamen poterit se excusare ab hospite recipiendo. Proinde ædes quæ publicè parantur ad recipiendos milites, hospitia possunt dici, sicut etiam quæ ad egenos, & pau*Hospitalia quæ.* peres, hospitia & hospitalia nuncupantur. quo uerbo usus est Vlpia. in l. si uerò plures. ff. de his qui deiec. uel effud. Nihilominus etiam antiqua & communis lectio teneri potest. Quod autem subdit Iureconf. Mixta munera decaproticos decaproticæ, & reliqua, in his etiam menda est Sed aliter non insisto, quia diligenter resti*Alciatus.* stituta est uera lectio per Alciatum nostrum, in suis Annotationibus, in tres Iustiniani codicis libros, quæ breui in lucem prodibunt.

IGNO-

I



GNORANTES, ſicut longe di ſtantes ſpeculantur, ſecūdum Ariſt. 1. Ethicorum: quem ita elegāter adducit Bal. in l. precibus. col. 6. uerſic. dixi ergo de duab. C. de impu. & al. ſub. & Deci. conſil. 89. in 2. colum. in fi. & ideo tex. in cap. 2. 36. diſtinct. ſtatuit illiteratos, ſicut aliqua parte corporis uitiatos, ab eccleſia eſſe reuocandos. Et maxime ſolet damnari imperitia, in illis qui ſe peritos ex officii qualitate profitentur. ut de tabellionibus ſcripſi infrà in uerb. Notariorum imperitia. & de iudicibus dicit Alexand. conſi. 65. habita ſuper contentis. in ult. colum. in prin. in 1. lib. & econtra ſtudiorum cauſam fauorabilē eſſe, patet ex his quæ ſcripſi ſuprà in uerb. Abbates. Et ex prædictis inferri poteſt, ad illud quod non minus eleganter quam uere dicebat Ant. de Butr. in cap. per tuas. in ult. colum. ante fi. extrà qui fil. ſint leg experientiam rerum magiſtram docuiſſe, quod ſæpius iudices & conſultores mouētur ad pronunciandum per iura quę minus faciūt, & ideo inſtruit aduocatos Bar. Veronenſ. caut. 115. ſunt multi. ut adducant etiam fundamenta minus ſtringentia, quæ facilius intrant in caput ignorantis iudicis, quamuis melius eſſet, cauſas ſimilibus non committere, imò ꝓpter ignorantiam iuris ſuſpecti ſunt, ut dicit ſing. Bald. in l. ul. in 16. q. C. de hæred. inſt. per illum tex. quod putat notabile, & reaſſumit D. Fel. in c. antepen. col. 4. uerſ. & addit. extrà de conſt. & in c. ſuſcitatus. in 6. colu. in fi de reſcrip. & D. Iaſ. in l. ubi autem nō apparet. ad fin. prin. de uerb. ob. & in l. apertiſsimi. in 3. col. in prin. C de iudiciis. poſt Barb. conſ. 43. colu 8. lib. 1. ubi dicit, ꝙ propterea cauſæ magnæ ſunt cōmittēdæ ſubtilibus & doctis aduocatis, iuxta dictum Bal. in d. l. ult. in 16. q.

Immobilium poſſeſſor licet non caueat iudicio ſiſti, tenetur tamen cauere de lite proſequenda, ſecundum formam authentic. generaliter. C. de epiſcopis.

&

& cleri.ista est sing.doctrin. Bart.in l.de die.§.quidam aiunt.ad fin.ff.qui satisd.cog.& pro singula. commẽdat Do.Ias.in l.sciendum.in prin.in 1.colu.eod.tit.ubi ponit de ueritate.Quid autem si non possidet immobilia, an teneatur cauere iudicio sisti, etiam in causis summariis,& in quibus potest procedi absque litis contestatione? Ange.singul.tenuit quòd non , in l.Iulianus.ad fin.eo.tit.Sed ista decisio multum restringit totum illũ titulum,qui satisda.cog. Propterea contrarium in hoc tenuit Raph.Fulg.ibi.& antè eum Bal.in §.1.institu.de satisda.quæ opinio gratior est,teste D.Ias.in rub. illius tituli.ad finem, ubi illam decisionem Angeli dicit unicam,& sing.

Immunitates personis datæ,hæredibus nõ relinquuntur.sed & generi posterisque datæ custoditæq; ad eos qui ex fẹminis nati sunt,non pertinent.ita inquit Vlp. in l.1.§.1.de iure immuni.& latè tradit Decius consil. 223.in casu proposito, per totum Hoc singu. limitatur procedere in priuilegiis concessis contra publicam utilitatem,quæ non transeunt ad eos qui ex fœminis descendunt.secus tamen esset in aliis priuilegiis.ita declarat Pau.de Cast.in l.quia tale. quam legit cum l.maritum.in 2.colum.ff.solut.matrimo.& ante eum gl. sing. in l.si ita scriptum sit.in princ.in gl.ulti.ad fin.ff.de leg. 2.quam pro singu.citat D.Ias.in l.1.in ultim.colum.ff. de constitut.princ.& est singu.limitatio secundum Do. Alex.in d.l.quia tale.in 3.col circa fin. ubi eam approbat,& defendit.& eam sequitur Dec.consi.32.& pro te nui.col.ult.Secundò limitatur singu. procedere, quando concessio fit à masculo: secus,si à fœmina. ita sing. Petr.de Anch consil.339.pro maiori intelligẽtia dicendum.in 4.col.uersi.3.quòd proles fœminina, &c. argu. l.plenum.§.equitii.ff.de usu,& hab. & pro singul. commendat Do.Ias.in l.sed si hac.§.liberos.in 1.not.ff.de in ius uoc.& Dec.in l.2.col.14.uersi.4.limitatur.de regul.iur.Socy.in rep.l.cum auus.col.46.uersi. tertius casus.de condi.& demonst.Dec.in l.generaliter.colu.pen.

de

de instit. & substit. & est memoria dignum, ad illud qđ not. Bald. dicit in l. ex militari. in prin. ff. de testam. mil. cum his quæ latè tractat Do. Fely. in cap. causam quæ. col. 13. uersic. quibus adde. extra de rescrip. & Dec. con sil. 11. quoniam iudicantium responsa. in pen. colum. ad fin. Tertiò limit. singu. solus Io. Imo. in l. si ita scriptū. in princ. supra allegata, non proc. in beneficiis concessis posteris, quia ueniunt descendentes ex fœminis, propter uerbum posteris. ut uidetur probari in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. dum inquit, uel aliam deinceps posteritatem: quem tex. ad hoc ibi dicit bene no. Com. in 1. col. & Imol. in hoc sequitur Do. Alex. in d. l. quia tale. 4. col. & Dec. in præallegato consil. 23. colu. pen. uers. 2. non obst. *Posteris dictio, qd importet.*

Tamen hæc limitatio iudicio meo est contra d. §. primum. cuius uerba supra retuli. ubi fit mentio de posteris, & tamen non cõprehenduntur descendentes ex fœminis, nisi pro honore tantorum uirorum dicamus, ꝙ dictio, Posterisque, superfluò addita est in illo tex. ab impressoribus, quod tamen non placet, quia etiam in uetustis codicibus legitur: & eam habuit Accurs. ut col ligi potest ex annotat. per eum in l. 4. cod. tit. de iure im muni ubi ita intelligit, §. 1. præallegatum. & etiam Bar. & ipse Alex. ut patet ex scriptis per ipsos in d. §. 1. & ubi quę. Propterea magis conuenit, ut dicamus illud quod de Homeri carminib. putauit Aristarchus, qui (si Ciceroni credimus) uersus negabat Homeri esse, eos quos non probabat.

Sed omisso illo, §. ueritas est, quòd si sumus in mate ria fauorabili, puta successionis, appellatione posterita tis ueniunt nati ex fœmina. ita loquitur d. l. cum acutissimi. Si uero loquimur in materia quæ à iure communi exorbitet, & sit odiosa, tunc non uenirent descendentes ex fœminis. ita concludunt Doct. in locis præallegatis. & consuluit D. Alex. consil. 160. uiso themate. in 2. lib. ubi declarat d. §. primum. & late Barb. in repet. l. cum acutissimi in 50. col. uers. nota ibi posteritatem. *Posteritatis appellatio.*

C. de

C.de fideicommiss.& latius in consil.57. Praeclare scribitur apud Iob.in 13.col.& seq.in 2.lib. Et quod in ista materia uerba debeant stricte,& rigorose intelligi, dicit sing.Bal.consil. 112. quaeritur qui intelligantur ad fin.in 1.lib.quia censentur contra publicam utilitatem huiuscemodi immunitates ut dicebat Guid. de Cun. in l.ultim.ff.de constit.princ.& Alexan.cons.125.uiso tit. col.ult.lib.2.Dec.d.cons.223. col. 2. ubi tamen loquitur de immunitatibus onerum à iure communi debitorum.Et quid sit in materia statutaria, tradit Alb. in 1. parte statut.quaest.114.sed pone.ubi ponit,an immunitas alicui à statuto concessa transeat ad uxorem, & filios,& familiares.

Imperator orbis princeps est, & corporalis in mundo Deus,ut eleganter post Senecam scribit Bal.cons. 328. quaeritur si Rex Romanorum in 3.col.in 1.lib. & cons. 300.ad euidentiam praemitto.lib.ult.D.Alexand. cons. 76.in causa,col.ult.circa medium lib.2.Dom.Ias.post alios,in lect.l.1.in 2.col.C.de sum.Trinit.& dicitur uicarius Dei in terris, mutat enim quadrata rotundis, ut per Curt.in consil.157.col.3. Et ideo, sicut iurans non intelligitur iurare contra Deum,ita neque contra imperium,& propterea licet in iuramento fidelitatis iurauerim defendere dominum contra quemcunque hominē mundi,non tamen teneor defendere contra Imperatorem.ita singula.inquit Bald.in c.1.§.praeterea ducatus, in ult.colum.uersic.nota quòd omnis, de prohib. feud. al.per Fed.quod pro singula.commendat And.Sicul.in repet.rub.extra de fide instrumen.col.21. uersic. 4. non obst.& in commento l.cum acutissimi,colum.49. circa med. C. de fideicomm. ubi idem dicit etiam in Rege. & latius reassumit in 97. colum.& sequen.ubi idem in patria,& propria ecclesia.quae omnia etiam posuit in tract. de praest.Card.in 1.q. primae partis in 9.columna, uersic.ex dicto etiam Hostiensis.& sequitur Do. Ias. in praeludiis feud.col.31.in princ.Et ideo dicit gl.singu.in rub.de haered. & fal.quod factum ab Imperatore, cense

tur

tur factum à Deo.quam pro sing.commendat And.Sicul.in rep.rub.C.qui admi in 9.col.post Bal.in c.1.§. ult.ad fin.de noua forma fidel.item alibi dicit eleganter Bal.consi.359.quemadmodum Imperator.in 3.lib. quòd Imperat.est orientalis fons iustitiæ. Comfirmo per illud,quòd sing.dicit Io.And.in c.1.de homicidio. lib.6.quòd nulla dispositio quantumcunque generalissima,extenditur ad principem supremi gradus, puta Papam,uel Imperatorem,nisi de eis expresse fiat mentio,& pro singu.commendat And.Sicul.consi.1.ex sacris,in 41.col.uersi.modo in casu.lib.1.Secundò confirmo per tex.solennem in c.beatus Paul.22. quæst.2.ubi licet diuus Petrus iurasset quòd Christus non lauaret sibi pedes in æternum, & postea permisisset lauari, tamen non per hoc fuit periurus:cum quatuordecim similibus traditis per D.Ias.in l.ult.in 2.not.ff.qui satisda. cogan.per quæ ostendit, quòd in omni iuramento intelligitur semper excepta auctoritas superioris. Et reassumit aliquid in l.si quis maior in 8.not.C.de transac. Hinc.disputando concludit Io.And.in reg.in malis.circa prin.in Mercur.quòd licet scholaris iurasset non exire destrictum Bononiæ sine licentia creditoris,uel ante solutionem debiti:quòd tamē si à patre ex iusta causa,uel episc.reuocetur, & recedat, nō incurrit periurum. Sequuntur & commendant Doct.ubique,& inter alios D.Alex.consi.124.omissis superfluis, col.2. uersi.accedit.lib.1. Et ulterius circa potestatem Imperat. dicebat sing.Ang.in l.cum saluatus.per illum tex.C.de sent. pass.quod de seruo facit liberum, & eadem ratione uno uerbo posset facere doctorem : sicut Papa episcopum, uel prælatum:quod per alium in iuris ciuilis censura dictum non reperies, si Bar.credimus in commēto rub. C.qui adm.col.8.uersi.& si quispiam.

Item alibi dicit Baldus.in consilio 328. quæritur si Rex.in 4.colum.in 1.lib.quòd sicut Papa sine ullo dubio potest deponere Cardin.ita Imperator nobiles & barones. Nota tamen, quod Imperator non potest

Papa deponit Cardinales.

subuertere statuta à duce Mediolan.condita, quia in eũ omnia iura imperij translata fuere, ut concludit Cur. Sen.consi.73.super memorata.col.29.uer.5.principal. sicut etiã non potest legitimare subditũ ducis Mediola. ad feuda, domino non citato: secundum q consului: Sa lic.relatus per Alex.consi.60.col.1.lib.2.& latè retuli infra in uerb.Legitimatio facta.

Imperator debet personaliter ire Romã, ad suscipien dum coronam: neque posset ei mitti alibi. ita singu.per illum tex.not.Bald.in §.ad hoc.in pen.col.circa mediũ. de pace iur.firm.pro cuius dicto benefacit tex.in Clem. 1.§.nos itaque attendentes.circa fi.de iureiur.quẽ tex. not.ad hoc Aluar.in c.1.in prin.in 5.col.in tit.quis dicatur Dux uel Marchio,& in c.1.§.ult.in 2.col.in prin. in 2.not.de pace iur.fir.ubi sequitur Bal.in hoc, & hoc dictum pro singu.citat Do.Ias.in commento l.si is qui pro emptore.colum.90.ff.de usucapi.ubi refert Cardi. Flo.& Gem.in hoc Bal.contrariari, quia secundum eos potest hoc expediri per manus legatorum. Verum coro

Caroli Qu. Coronatio. nationem Caroli Quinti, Bononiæ per Clement.septimum Pontificem factam, uidimus anno 1530.& habita fuit pro rite facta, quia ubi est persona Põtificis cum legitimo cœtu Cardinalium, ibi Roma repræsentatur. Sed nunquid antè coronationem debeat appellari Imperator? est glo.quòd non.in Clemen.1.§.non eodem mandato in uerbo futurus. de iureiur.firmat Barto.in 1.rub.Digestorum, in ultimis uerbis,& Nicola.de Nea poli.l.sed & reprobari.in prin.per illũ tex.ff.de excu.tutor.tradit Firmian.in tract.de episco.in 4.parte 2.partis principalis.in 3.libro,& latè etiam Corn.cons.176. egregie discussa.per totum in 2.libro.ubi disputat, an Imperator ante coronationem possit legitimare, uel al teri commendare auctoritatem legitimandi, & latius in consi.1.in præsenti.in 1.& 2.char.in.3.libro. Feli.in c.eam te.in 2.col.de rescrip.ubi ponit quid de Pontifice,& de Cardinali solum pronunciatio, post glo.in l.be ne à Zenone.in fi.C.de quadr.præscrip.& refert in proposito

posito Bal.in tit.de pace constant.§.hoc quod nos. circa prin.Hostiensem dicere, se uidisse in Alamania per principem iudicari,& teneri.quod Rex Romanorũ post electionem concordem habeat omnem potestaté quã Imperator,ut nec unctio aliquid addat. Et dicit Bald. istam opin.seruari,& esse ipsam ueritatem,& idem concludit Bal.in extrauag ad reprimendum, in uerbo Reges,& latiss.prosequitur Card.Alex.in capit.per uenerabilem.§.1.col.135.uerò.quæro quarto, &c. & col.seq. qui fil.sint leg.& est communis opin.ut latè tradit Dec. consi.194.uiso tenore.in primo dubio,& ĩ materia plura eleganter scribit Ang. in l.bene à Zenone.C.de quadri.præscrip.ubi etiam tangit quid in Papa electo, sed nondum confirmato.Quod autem coronas, & ubi accipere debeat Imperator,docet nos glos.in d.Clemen.1. § pqnul in uerbo Vestigiis, & late declarat Aluarotus in cap.1.in prin.in 5.col.uersic.quæro quot coronis. in tit/quis dic.Dux uel Mar.ubi concludit,quòd in Alamania coronatur corona argentea, ab archiepiscopo Coloniensi Aquisgrani:Mediolani in æde diui Ambrosii, ferrea,ab episcopo nostro,& huic coronationi ex Imperiali priuilegio,interuenire debent duo ex domo mea, cottas albas induti,qui à latere Imperatorem iuuant,ut etiam patrii annales testantur. Tertia uero aurea Romæ,à summo Pontifice,ad altere sancti Mauritii. circa quod etiam latè insistit Do.Signor. ubi ponit quare hoc inductum sit,consil.129.in prin.lib. in 6.& 7.colu. ubi etiam addit, ꝙ ita in triplici electione Imperatorũ, scilicet Henrici, Ludouici, & Caroli obseruatum fuit Mediol.in d.ecclesia, & coronationem Henrici latè refert Merula in 7.lib.historiæ,ubi in ratione ferreæ coronæ Iureconsultorum damnat opinionem.

Cottarũ domus iuuat Imperatorẽ incoronatione.

Imperator uel Papa,licet faciat sibi aliquam ciuitaté iurare fidelitatem,cum non sit sua, tamen talis confessio quamuis iur.uallata,non ualet, quia rediguntur ad instar tyranni.ita sing.not.Bal.in l.nec si uolens. ꝑ illum tex.C.de lib.causa. ubi dicit memoria dignum, &

X 2 pro

pro sing.etiam reassumit D.Ias. in prælud. feudo. colu. 16.uer.nota etiam,& sæpè uenit in facto.

Incertitudo uiciat promissionem l.triticum , & l.ita stipulatus,la grande,ff.de uerbo.obliga.regulariter enĩ exosa est tam in contractibus,quàm in iudiciis, & ulti. uoluntatibus,ut tradit practicus Papi.in forma excipiẽ di,quæ positiones,in uerbo, Incertæ. Intellige,de iure ciuili,tamen de æquitate canonica debitor compelli po test arbitrio boni uiri,ut seruet promissa incerta, est sin gu.& illustre dictum Archi.in cap.sunt nonnulli prima q.prima,quod dictum dicit D. Alex.in l.prima, columna 12.uersiculo circa hoc, ff. soluto matrimonio non meminisse apud legistas relatum, præterquam à Bal. in l.salarium,ff.manda.in uersiculo, sed hic quero . Hoc dictum etiam multum cõmendat D.Alex.post Ant. de But.ibi relatum in l.ita stipulatus,la grande, in 3.colu. uersi.& similiter per hanc l.&c.ff.de uerb.obliga.ubi di cit legistis incognitum , & pro singulariss.citat D.Feli. ubi latè declarat,in c.cum iuramento, extrà de homic. & in capitulo primo col.3.uers.pro ista opinione,extrà de pactis,& D.Ias.in l.triticum,in 2.no.ff.de uerb.obli. post Socy.in l.si quis.arbitratu,col.10.uersi. postremo potest probabiliter,de uerb.oblig. Adde quod similiter incertitdo non uiciat statuta, quæ inter se uidentur cõ traria,sed debet seruari,quod iustius , & æquius uidet. ita sing. Bald.in c.cum olim,post princ. de consuetu.de quo scripsi infrà in uerbo Statuta contraria.

Iudicium est coniectura ex probabilibus, & non necessariis orta,à quibus potest abesse ueritas, sed nõ ueri similitudo ueri,quæ quandoque mentem iudicantis in tantum perstringunt, ut cogant iudicis conscientiam se cundum ipsa iudicia iudicare. ita elegan. Bald in l.non hoc ad fin.C.unde legit.& sequitur Felin.in cap.in præ sentia.col.8.de prob.

Iudicia plura coniungi possunt ad faciendam plenã probationem,quãdo unumquodque est per se sufficien ter probatũ.ita notab.declarat Bal.in l.si quis ex argẽ-

tariis

tarijs.§.1.uersi.qd enim ff.de edē. & hoc fauore publico institutū est,ne facultas probādi restringatur, secundū Bal.post Dyn.in l.spadonem.§. qui iura,ff.de excus. tutor.& cōmendat Do.Alex.cōsi.13.ex his quæ in the mate,in ultima columna,in principio in 1.libr. & Do. Fel.post Abb.& Mod.in c.cum causam,in penultima columna,uersiculo limitat istam,extra ste probat.& idem Domin.Felin.in capitulo olim, columna 5.in 8.fallen. extra de rescritp.& latè tradit D. Ias.in authen.si uero contigerit,in 3.not.C.de iudicis,& in repe.l.admonendi,columna.83.uersiculo uisis, & plenè examinatis, ff. de iureiurando ,consuluit Do. Alexan.in consilio 11. sentio in dubium reuocari,libro 4. Et ideo sing.Bal.dicebat in rubr.de controuersia inuestit.in ult.col.uersic. ex his concluditur,in usibus feudo. ꝙ iudex ex diuersis animi motibus,& ex uarijs suggestionibus partium, testium,& instrumentorum , quandoque deuenit ad unū animi finalem conceptum,non indigente iuramenti adminiculo.Quod dictum pro sing.reassumit Andr.Sicu. in consili.7.sapienter non fallor.in 2.col.in princ.in 2. lib.Hinc & tertio sing.decidit Bal.in l.obseruare.in pe. columna,uersiculo, sed pone.dicit statutum, C. quorū appella.non recipi. ꝙ si statutum disponeret, ꝙ si quis iuerit de tali loco ad talem,pede mulctetur: & duo testes dicat, ꝙ uiderunt ire usque ad dimidiam partem : alij usque ad aliam dimidiam:ꝙ hoc casu probationes non coniunguntur, quia perfectum accessum non probant,nisi qui uiderunt principium,& finem , secundum eum,quod reputat notandum, & pro singu. latè reassumit D.Ias.in rep.d.l.admonendi.col.98.uersi.3.faciunt prædicta.ff.de iur.iur.post Lud.Ro.sing.207.ad idem dicit statutū.Et ideo Bal.in consi.402.quæritur an per solā diffamationē.ad si.in ul.lib.dicebat,ꝙ in criminalib. ex diuersis naturis iudiciorū nō surgit iudicium perfectum.Et ita declaratur illud Ouidij. Et quæ non prosunt singula,multa iuuāt.Quarto & multū sin. dicebat Bal.in l.gallus.§.ille casus in 2.col.de lib.& posth.ꝙ si

unus testis probat ueritatem alicuius facti, & alius probat famã, q istæ probationes coniunguntur, & efficaciter probant, in causa ciuili, & licet D. Alex. ibi circa 6. col. uideatur aliter tenuisse, tamen cum Bal. ibidem tenuit Socin. in ulti. columna, qui respondet argumentis Do. Alex. & cum Bald. etiam transeunt ibi Ias. & cæteri Mod. & consulendo idem late tenet Socy. consi. 86. in causa in 7. columna, in 1. libro ubi adducit duo consilia Bal. & est memoria dignum, ad materiam l. admonẽdi, de iureiur. & c. cũm causam, ubi Abb. in 3. col. de prob. intelligendo tamen ut inferius proxime dicetur, & sæpè ex facto incidit.

Quid autem sit in causa criminali, an tales probationes iungantur lege Bal. in l. si quis ex argentarijs. § 1. supra allegatum, & Fel. in rub. de prob. in 1. col. Dec. in d. c. cum causam, col. 3. ubi etiam ponit, quid in causa matrimoniali. Iason in repe. d. l. admonendi, colum. 69. uersiculo quid tenendum. Est tamen uerum, q D. Alex. consi. 11. sentio in dubium, in 4. libro secutus Bal. ibi relatum, tenuit quòd unus testis non sufficiat ad probandum famam: sed quòd duo requirantur circa famã, ut coniungi posit cum teste deponente de ueritate, & idẽ præsupponit Abb. in c. ult. col. 2. in prin. de success. ab intest. tenet Cor. consi. 58. in hac, col. pen. libr. 3. & ita intelligunt Bal. in d. § ille casus. Ias. & Cur. in rep. d. l. admonendi ubi cum eo transeunt.

Ingratitudo debet liquido, & indubitanter probari, quia indubio non præsumitur: unde non debet ad eius probationem deferri iuramentum in defectum probationis, quia lex præcise indubitatam requirit probationem. ita sing. notat Bal. in l. ult. per illum textum singula. ad hoc C. de secund. nup. quòd pro sing. sequitur, & confirmat D. Ias. post Lud. Ro. in repet. l. admonendi, col. 117. uer. 3. infertur, ff. de iureiur. & approbat D. Fel. in c. prudentiam § sexta, col. 2. uer. utrũ, de offi. delega. & in rubr. de prob. col. pen.

Ingratitudo filij erga patrem, facit quòd propter eam

potest

potest pater filium legitimatum ad primum statutũ naturalitatis reuocare.ita singu. Bal.in c primo.§. filij na ti.in ulti.uerbis,si de feudo fuerit cõtrouersia inter.do. & ag.quod not. Lud Ro.sing.226.ultimò quæritur,ubi dicit,Habeo consulere, sed nescio quid faciam, & hoc dictum Bal.pro aureo cõmendat, & confirmat Crem. not.19.tu scis,& dicit se alibi non legisse Do. Ias.in l. ex hoc iure,col.10.uersi.secundus effectus.ff.de iusti. & iure,& latè reassumit Cur Iunior in tracta. feudorum, in 4.parte principali,circa prin. & D.Felin.dicit esse diligenter notandum,in c.nouit ille.colum.10.uersic.4. limit.de iudic.Confirmo per tex.singu.in l. qui necessariò in fine, & ibi Bar.not. C. de aduoc. diuer.iudiciorũ. ubi aduocatus reipu.assumens patrocinium contra rem pub. ut ingratus priuatur salario, & illum textum pro sing.commendat And. Sicul.consi.11.scripsit bellissimè in 3.col.in 1.lib.

Et ideo Xenophon in uita Cyri, scribit, legem apud Persas editam,quia ingrati a quocunque de populo accusati,à prætore puniebãtur: quia ingratitudo Deo patriæq; inuisa est.Secundo confirmo per casum singularem,& aureum in l.Titias puerum ff.de obsequijs, ubi seruus factus liber, propter ingratitudinem reuocatur ad seruitutem, dato etiam quod ꝑ beneficio patronus pecuniam accepisset. Quod est notabile pro magna ampliatione ad supradicta,& illum tex.pro aureo cõmendat Lud. Roman.singu.462.an Dux Mediol.& faciunt quæ retuli supra in uerbo,Exemptus,& quæ tradit So. consi.4.col.3.lib.3.post Paul.de Castr.in l.digna uox. C.de legib. & qualiter ingratus diuersimode puniatur, latè Ripam in l.ult.in 1.char.de reuoc.donat.

Inimicitiæ capitales, uel grauissimæ superuenientes, inter testatorem,& legatarium tollunt legatum uel fideicommissum,ut clarè probatur in l.3.§.ult.ff.de adimen.legat.etiam si post inimicitiam, testatur qui legauerat,codicillando non ademerit,ut est casus not. in l. penultima §.Seia.eodem titulo,& habetur in l. si inimi

citiæ.in princip.ff.de his quibus,ut indignis, & ubique Bar.& doct.& est glo.in l.hæreditas,in glo.magna, in princip.C.de his quibus,ut indignis,ubi D.Alexand. & alij,& in pulchra quæstione Bal.consilio.112. punctus quæritur primò in ult.libro. Ista conclusio ampliatur, etiam si legatarius solum testatori male dixerit, & infaustas uoces aduersus eum iactauerit ut est casus de hoc sing.in d.l.si inimicitiæ, circa med. per quem iuncta glo.dicit notab.Bar.in l.item apud Labeonem,§.ait prætor el primo in uersiculo uideamus, ff. de iniurijs, ꝙ uerbaliter quis iniuriatur, quando sibi improperatur aliqua iniuria in se uel suos commissa.quem refert Lu-do.consilio 183.in casu proposito dicendum est,circa finem,ad idem tex.in l.3.in prin.& ibi Do.Ias.post alios ad hoc notat,in 4.no.ff.de lib.& posth.ubi si dico te natum ex adulterio, uerbaliter te uideor iniuriare, & ex istis legatum reuocaretur.In ista regula cadunt duæ dubitationes notab. in quibus alias in causa sororis meæ ex facto cum incidissent,reperi quod doctores uariarũt. Prima est,quomodo probetur talis inimicitia. Secũda, quid si inimicitia causatur ex culpa testatoris tantum, an regula prædicta procedat.Circa primam Barth. post Dyn.in l.fideicommissum C.de fideicommiss.distinxit, quòd aut uolumus probare pœnitentiam,& uoluntatis mutationem expresse,ut sic quæ fuerat ultima uolũtas, tollantur per aliam ultimam uoluntatem,& est necesse ꝙ probetur per solennem testium numerum. ita loquitur l.hæredes palam.§.si quis post.ff.de testam. Aut uolumus probare aliquos actus ex quibus præsumatur,ut puta quia interuenit inimicitia: & tũc sufficit probatio per duos testes,argum.l.quartæ.ff.de adi.legat. ita residet Bar.ibi,cum quo transeunt scrib. & in specie Ang. Paul.de Cast.Corn.& Do.Ias.idem tenet Bal. in l.errore,in 1.col.uer.item amicitia,& in l.nostram,in ult.uerbis.C.de testa.& Paul.de Castro in l hæred. palam.§.si quis post,in pen.col.ff.de testam. ubi adducit rõnem diuersitatis,quia in hoc ultimo casu agimus solũ de pro-bando

Legatũ tollitur per uerbalem iniuriam.

Iniuria uerbalis quæ.

Inimicitia quomodo probetur.

bando actum inter uiuos, ad quod regulariter sufficiũt duo testes l.ubi numerus.ff.de testib. & c.in omni negotio, extra eo. secus autem in primo casu, & sic in expressa ademptione, quæ cum sit actus ultimæ uoluntatis, debet probari saltem per quinque testes, iuxta gl.no. in l.cum proponebatur, de leg.2.quã ad hoc dicit sin. Bal. ut late referunt D.Alex.& D.Ias.in l.errore ambo, in ult.col.C.de test.& D.Iaso.in rub.ff.de acq.poss.in uerbo ex his, & alibi. Istam etiam Bar. distinctionem sequitur Pau.de Cast.& Do.Ias.in l.iurisgentium.§.quod fere, in fine ff.de pactis. Sed idem Bar.in d.hæredes palam.§.si quis pòst, in 1.columna, post Dyn.fuit in alia sing.opi.uidelicet quòd ad probandas inimicitias, per quas inducatur tacita reuocatio, requiritur numerus quinque testium, uel septem.& istam opinionem Barth. pro singu refert.& sequitur simpliciter Domi. Iason in l.hæreditas, in prima columna, uersiculo nota tamen, C. de fideicommiss. licet Bald.ibi teneret contrarium, secundum eum, & idem D.Ias.in l.filio quem pater, in princ.in prima columna, ff.de lib.& posth.& pro singu. etiam refert, & simpliciter sequitur Do.Fel.in cap.cum oporteat, in 8.col.uersiculo item adde, extra de accus. Istam tamen opinionem reprobat Paul.de Cast. in d.§. si quis post, in penultima columna, & idem Paul.& Do. Ias.in d.l.fideicommissum. Istæ auctoritates sunt, quæ faciunt dubitationem in hoc articulo. Tamen mihi uidetur, quòd prior opinio Bar. in dicta.l. fideicõmissum sit magis communis, & uerior: quam semper tenuerũt Bal.Ange.Paul.de Cast.& Corn.licet alij in hoc uariarint, & pro ista opinione benefacit, quia uidemus, quod si testamẽtum casu fortuito amittatur, eius tamẽ amissio, & tenor probatur per duos tantummodo testes testamentarios, & fidem faciunt, dato ꝙ esset quæstio de uoluntate. ita per illum textum singu.ad hoc no. Bal. sign.in l.testium, in 2. col.in ult.not.C.de testibus, & in simili concludit etiam Bar.in l.si quis ex argentarijs §. ult.ante fi.prioris lecturæ, ff.de eden.ubi loquitur qñ p

Testamẽti tenor quot testibus probetur.

tocol-

tocollum non extaret, cum multis similibus adductis per D. Alex. in l. 2. colu. pen. uersi. extra glo. C. de bon. poss. secundum tab. & in l. si unus in prima col. uersi. est etiam dare. C. de testam. D. Iaso. in l. hac consultissima. in princ. in 2. col. in tertio requisito. C. de testam. & in d. l. 2. in 4. col. uersi. 2. casus. C. de bono. poss. secundum tab. & in repetit. l. admonendi. colu. 77. uersic. ex prædictis. ff. de iureiuran. & in pulchro casu not. Barto. Vero nens. caut. 202. legata communiter. Ad idem facit, quia licet in testamento de necessitate requiratur, quòd testes rogentur, nec sufficiãt testes fortuiti, ut disponitur in l. hac consultissima in prin. ubi omnes, maximè Do. Ias. in primo requisito. C. de testam. tamen si in dubiũ reuocaretur ꝙ testes fuissent fortuiti, posset per duos testes probari de rogitu testium facto à notario uel testatore, cum sit quidam actus inter uiuos. ita per illum tex. not. eleganter Bald. in l. comparatione. in 2. nota. C. de fid. instrum. sequendo opinionem Martini, & in l. 2. C. de bon. possess. secundum tab. cum multis concor. ibidem signatis per Do. Alexan. in 3. col. & Do. Iason. in quarto. & per eundem D. Ias. in l. hac consultissima. in princ. in 1. colum. circa fin. C. de testam. & consuluit Dec. consi. 11. quoniam iudicantium responsa. in 13. col. uersi. 4. de rogitu notar. Secunda dubitatio est, ut supra dixi, an legatum reuocetur per superuenientes inimicitias: quibus causam dedit testator, non legatarius. in hoc Bar. sing. tenuit, quòd non procedat regula præalleg. in l. cum tabulis. §. quoniam per illum textum, ff. de his quibus ut indig. & dicit hoc memoria dignum, ad limitationem l. 3. ut ult. ff. de adim. leg. cum concor. præallegatis. Istam decisionem Bar. pro sing. refert Do. Ias. & dicit se alibi non legisse, in l. hæreditas, in prima col. uers. secundò limita. C. eodem, de his quibus ut indig. & subdit se non inuenire aliquem qui de ea faciat mentionem, nec approbando, nec reprobando: & putare dictum hoc Bar. falsum esse quatuor medijs, per quæ dicit se tenuisse & tenere contra Bart. quod indistinctè

inimi-

inimicitiæ ſuperuenientes reuocent legatum, etiam ſi facto teſtatoris,ſuper quibus conſiderandum eſſe: quia ſi caſus contingeret, eſſet quæſtio pro amico.& eadem omnia ad uerbum reaſſumit idem Do. Iaſon l.ſi filiam tuam.in primo not.C.de inoffi.teſta.ubi reſpondet ad textum, ſuper quo Bar.ſe fundat, in d.l.cum tabulis. §. quoniam,ut per eum.Ego çum in in cauſa ſororis dubitatio hæc reuolueretur, iudicesq́ue multum dubitarent,propter D.Iaſ.auctoritatem,cui iure optimo in dubijs deferendū.eſt inueni multos qui in ſpecie ponunt & approbant deciſionē Bar.& primo dicit Ludou.Rom. in ſing.ſuo 198.tu habes,quòd in d.§.quoniam.eſt caſus ſingul.quòd legatum reuocatur propter inimicitias ſuperuenietes,ſi culpa legatari proceſſerunt:ſecus,ſi teſtatoris.Secundò addo, quod,idem tenet Paul.de Caſt. in l.fideicommiſſum, in uerſic.quærit gloſſ.C.de fideicommiſsis.Tertiò addo,quòd iſtam deciſionem Bar.refert & confirmat aliquibus medijs , ſubtilitatum princeps D.Fran.Aret.in l.2.§.item ſi in facto.in 3.not.ff. de uer.ob.& in c.repellantur ab accuſatione.in prima colum.circa finem.& ſequentibus,extra de accuſat.ubi etiam dicit,de ea eſſe caſum ſing.in d.§.quoniam,& refert Bald.idem notare,in c.eam quam, C.de fideicom. Quartò iſtam deciſionem Bar.refert,commendat & cōfirmat Andr.Sicul.in tract.ſuo ſolenni de præſt.Card. in tertia quæſtione ſecundæ partis.in ult.colum.Quintò iſtam deciſionem tenet Angel.de Aret.in §.item ſi propter inimicitiam,uerſ.qualiter autem. inſt. de excuſa.tut.Vltimò iſtam limitationem etiã tenuit Do. Alexand.qui eam poſuit ad l.tertiam , in §.ult.ff.de adim. leg.in ſua paraphraſi:ſi tamen Alexan.eſt,ut credo , & Ioan.Firmian in dictionar.ſuo , in uerbo , Inimicitia, quæſtione 23.& ex his opinio Bartoli redditur communis,& interprætatio prudentum communiret tenet hanc opinionem,& ego:qui ea quæ à magiſtris legum tradita ſunt,referro, & poſt terga metentium quaſi ſpicas recolligendo uado:ut dicit Ruth.c.2. & citat Bal.in

l.præ-

l.præcibus.in 11.col.uerſ.ſeptimo dico.C.de impube.

Arbiter inimicus

Et pro opinione Bar.bene facit, quia ſi arbiter efficitur inimicus partis,contra petitionem pœnæ in cõpromiſſo taxatam, obſtat exceptio doli. Caſus eſt in l.non diſtinguemus.§.cum quidam.ff.de arbitris. Et tamen hoc intelligitur uerum, ſi inimicitiæ proceſſerunt abſque culpa partis,quia ſi eius culpa, non euitaret pœnã. ita limitat illum textum Bartol. ibi , cum quo tranſit Aret.in d.§.item ſi in facto.colum.2.ad finem. Secũdò etiam adduci poteſt,quod notab.decidit item Bar. poſt Dyn.in l.miles.§.ult.per illum textum.ff.de adulteriis, ubi quidã teſtator legauerat fratribus prædicatoribus centum,ſi eum ſepelirent in tali loco in eccleſia.ille poſtea ſeipſum interfecit, uel eſt repertus excommunicatus,ita quòd non poteſt ſepeliri in ſacro. tenent Dyn. & Bar.quod nihilominus fratribus legatum debeẽ, qa facto & culpa defuncti hoc euenit.& Dyn. in hoc ſequitur etiam Bal.in l.1.in ult.colu.ad finem.C.de his quæ pœnæ nomine de cauſa concord.ſignatis per Do.Alex. in d.§.ult.in ſua paraphraſi.& per Do.Alex. & Do.Iaſ. & alios in l.1.C.de inſtit.& ſubſt. Et tenendo iſtã partem,quam puto ueram,non obſtãt motiua D.Iaſonis. & primo tex.in l.4.ibi,& pœnituerit teſtatorem prioris offenſæ.ff.de adim.lega.ſuper quo tex.Do.Iaſ.facit totum fundamentum,quia iudicio meo ille tex. nihil probat contra Bar.quòd ſi culpa teſtatoris inimicitiæ proceſſerint,legatum etiam tacitè debeat reuocari . textus enim hoc non dicit.Nam dicebatur in l.3.§.ult. quòd legatum poteſt tacitè reuocari,puta per interuentus inimicitiarum ſubdit poſtea Iurecõſult. in l.quarta. quòd ſi iterum in amicitiam redierint,ſcilicet legans & legãtarius,& pœniteat teſtatorem prioris offenſæ, legatum relictum reintegrabitur. nam uerba illa quę ponderat D.Iaſ.præceptor meus , non important quòd teſtator fuerit in culpa: neque ad hoc ſunt ibi poſita , ſed bene fuerunt neceſſaria ad hoc , uidelicet quòd poſteaquàm ſemel legatum fuit reuocatum. quòd clarè præſuppo-

nit

nit textus in dicta l.3.§.ult.neque ibi de culpa testatoris aliquid dicitur, quòd ad hoc ut postea tale legatum possit reintegrari, non sufficeret quòd legatarium pœniteret, quia semper esset in eius potestate, disponere de re testatoris. sed necessariò requiritur quòd ipsum testatorem pœniteat prioris offensæ, ad hoc ut ipsius dispositio, quæ semel corruerat, iterum uires reassumat. & ideo textus uult, quòd expressè appareat de noua testatoris uoluntate, ut legatum reintegretur. & iste est casus illius l.quartæ. qui ad hoc (iudicio meo) est nitidus & singular. Præterea posito quòd textus in hoc nõ esset clarus, dico quòd etiam super illo tex.nõ erat fienda aliqua uis: quia uerbum, Offensa, est indifferens, & ita poterat intelligi de offensa illata testatori, sicut & legatario, ut etiam patet in l.præcedenti. ad finem, ne longè exempla petamus. Non obstat secundum fundamentum de l.ex parte eodem tit.de adim. leg ibi, cum testator inimicitiis grauissimis prosequutus: quia iudicio meo tex.ille probat contrarium. Prosequor enim (ut ad Priscianum, & alios grammaticos res reducat) uerbum deponens est, & ideo actiuè & passiue accipi potest. in actiua significatione, Cice. pro Deiotaro, Spem infinitam prosequi uolui. Cum passiuè, regit ablatiuũ, & accipitur in malam partem, ut apud ueteres sæpissimè inuenies. plerunque tamen absolute ponitur, ut in hoc textu, testator grauissimis iniuriis prosequutus, scilicet à legatario. & si aliter intelligamus illam l.profectò, & oratio multũ dissoluitur, & à stylo Pomp. recedimus. Præterea secundũ intellectũ præceptoris mei, ét nihil concludit, ut ipse fatetur, qui postea põderat Bart. sentire cõtrarium, dũ distinguit circa institutioné reuocandã, cuius causa præcesserint inimicitiæ. Ergo tacitè uidetur uoluisse, in legato indistinctè reuocari, quia respondeo Bar. fecisse distinctionem suam in casu magis dubitabili. nam quando plura habent eandem rationé, uel maioré, ut in casu nostro, licet de uno fiat métio, vř fieri exéplariter, nõ restrictiuè, ita eleganter inquit Bal.

Offensa est uerbũ indifferens.

Prosequor.

Exẽpla an restrĩgam.

ita

in l.de quibus.colu.13.uersi. item nota quòd non dicitur,ff.de leg.quem refert D.Iaſ.in l.à Titio.ad fi.princ. de uerbo.oblig.poſt Alexand.conſi.75. uidetur in præſenti.in 1.colum.in 5.lib.& ſuadetur hoc,quia de legato inferius dicit.alias Bar.eſſet ſibi contrarius:quod dicere non debemus, niſi coacti. & ideo illa diſtinctio Bart.in d.l.ex parte, erit ampliatio ad dicta per eum in præallegato §.quoniam , & iſtam diſtinctionem Bart. pro ſing.citat D.Alexand in l.hæreditas. in 2.colu.C. de his quibus ut indig.pro limitatione ad d.l.hæreditas & ad l.ex parte.Præterea poſſumus dicere,quòd eius diſtinctio non probatur iure, tenendo ſolutionem quam ſuprà dedi ad l.ex parte . Neque iura Codicis probant, quia ibi lex ipſa priuat eos expreſſe in illis caſibus ſpecialibus, ut etiam dicit Bart.in l.ult.in ultim.colum.ff. de his qui.ut indig. Alias ſecus eſt,propter notata p gl. in dicta l.ex parte,quam Bart.ibi expreſsè approbat.Neque etiam iura allegata per Bartol. propriè loquuntur in caſu ſuo,ut etiam dicit Alex.in l.ſororem in ultim. col.C.de his quibus ut indig. Et hæc fortè conſiderans D.Iaſon, fatetur quòd ſuper hoc fundamento non ita ſe fundat,quemadmodum in primo . Tertiò mouetur per gl ſing.in l.athletæ.§.dat remiſsionem in uerbo, facta.ff.de excuſ.tut.ubi gl.dicit,quòd ad dandam remiſſionem à tutela,non refert cuius culpa inimicitiæ interuenerint,& illam glo.ad hoc not.ibi Bal. & dicit nō reperiri alibi,& ſequitur Nicolaus de Neapoli ibidem,& D.Alex.conſilio 99.in cauſa inquiſitionis formatæ.colum.2.uerſi.& poſito,libro primo. poſt Petrum de Bellaper.in §.item ſi propter inimicitiam . inſtitut. eodem de excuſat.tut.ubi Ioan.Fabri.& Aret. idē tenent.quãuis gloſſ.ibi uideatur uelle contrarium. Sed ad hoc ego reſpondeo,quòd etiam nihil facit,quia clara ratio aſsignatur,quare in excuſatione à tutela non diſtinguatur cuius culpa inimicitiæ interuenerint. nam ſi culpa tutoris etiam , quod ipſe ſe non excuſaret,non deberet admitti,ne minor inimico cōmittatur. Si uerò culpa teſtato-

statoris inimicitiæ interuenerint, à fortiori iste erit pupillo infensior, si cogetur inimici personam & res administrare, & maximè inuitus Ideo lex indistinctè uoluit, ut inimicitię excusẽt ab onere. Secus est in casu nostro ubi tractatur de mero lucro, & potuisset testator mutare uoluntatem, si uoluisset. Sed ex quo noluit mutare, cum ipse solus dederit causam inimicitijs: non reuocando, nõ uidetur pœnituisse. & sic permanere in prioribus uoluntate, ut legatum ualeat.

Et per hoc tollitur tertia ratio, quam adducit pręceptor meus in d.l. si filiam tuam, in primo nota ubi assignat rationem, quare legatum reuocatur propter inimicitias superuenientes culpa legatarij: quia præsumitur mutatio uoluntatis a lege, quæ mutatio secundum eum etiam præsumitur, quando ipse dedit causam inimicitijs nam ista ratio non debet, iudicio meo, hoc casu considerari: quia, ut dixi, cum potuit mutare uoluntatem expresse, & non mutauit, lex præsumit eum pœnituisse offẽsæ, ex quo ipse fuit in culpa. & propterea Andre. Sicul. in tracta. suo de præst. Card. in 3. quæstione 2. partis in vlt. colum. referens illam glo. singu. dicebat quòd ponit casum specialem fauore pupilli, ergo in cõtrarium est ius commune, l. ius singulare: & l. quod uero. ff. de legibus. Quartum & ultimum motiuum est, de teste & arbitro: in quibus etiam indistinctè leges disponũt, q̧ repellatur à testificãdo, & à iudicãdo dato q̧ illi cõtra que deponunt, uel iudicant, dederint causam inimicitijs. ita secundum eum tenet Anton. de Butr. in ca. ueniens el 2. de sponsal. ut etiam refert Do. Alexand. cons. 99. in causa inquisitionis, in uer. & posito in 1. lib. & Albe. de Ros. in l. penul in princ. ff. solut. matr. & de teste & de accusatore ponunt Doct. præsertim Abbas, in cap. repellantur ab accusatione, ad fin. de accusatio. Sed ad hoc respondeo, quòd illud huic materiæ non conuenit. ut in effectu concludit Aret. in d. cap. repellantur, & potest assignari eadem ratio diuersitatis, quã suprà retulimus circa gl. sing. in d. §. dat remissionem.

Iudex inimicus quando repellatur.

Præ-

Præterea de iudice & arbitro non est expeditum: quia inimicitia superueniens ex culpa partis, quæ arbitrum offendit, post compromissum factum nõ impedit, quin arbiter possit ferre sententiam, ne pars ex dolo suo lucretur. ita sing. Ioan. And. in add. Spec. in tit. de arbitro. §. finitur autem arbitrium. in addit. superueniant. post Guil. de Sur. per eum relatum, & hoc dictum Io. Andr. pro singul. sequitur Aret. in d. c. repellantur ab accusatione. col. 2. uersi. hinc dixit singu. Item de teste non est ita absolutè uerum, quia distinguitur. aut inimicitiæ interuenerunt absque fraudis suspitione: quo casu relinquitur arbitrio iudicis, ut iudicet de patris fraude. aut fraudulosè interuenerunt: & tunc non repellitur, ne ex fraude sua pars lucretur, ut cõcludit Bar per illum tex. in l. 1. §. cum quis. ff. de quæstionib. Abb. Aret. & Mod. in d. c. repellantur ab accusatione. de accusa. D. Alex. in consi. 99. supra allegato in uersic. posito. in 1. lib. Angel. de Aret. in §. item propter inimicitias. circa fin. institu. de excus. tut. Bart. Veronens. cautel. 18. si aliquis. D. Fel. in c. 1. extra de testibus. cum simil. ut per D. Ias. in l. si uero circa fin. principij. ff. qui satisd. cogan. Quin tò ultra præceptorem meum adduci poterat, quia inimicus etiã ex culpa mea, ut quia eum uulneraui, potest cogi officio iudicis, mihi cauere de non offendendo. ita sing. Bar. in l. qui bona. §. si quis iusta. per illum text. ff. de dam. infe. & pro sing. citat D. Ias. in l. si super possessionem. in 4. not. C de transac. declarãdo tamen ut per Bar. singul. in l. sed si susceperit §. ul. ff. de iudi. nisi esset forensis, qui rarò conuersaretur in ista ciuitate. Sed ad hoc etiam possumus dicere, fauore publico introductum esse propter pacem, iuxta ea quæ scripsi infra in uerb. Pax. & propter scandala euitanda, iuxta casum singul. c. 1. de præscrip. & argu eorum quæ per multa sing. dicta Doct. colligit And. Sic. in tracta. de præst. Cardi. in 1. quæst. 1. partis. col. 12. & seq. & latius D. Fel. in ca. nihil prodest. in 1. & 2. col. extra de rescrip. ubi collegit 33. specialia, inducta contra regulam iuris communis,

Testis inimicus quãdo repellatur.

Inimicus debet cauere de non offendendo.

nis,

nis,ut scandala uitentur. & eodem modo in simili etiã respondet D.Alex.consi.2. uisis dubitationibus. in ult. col.in 2.lib. Et per ista sequor,ut institui,diuinsi in studij nostris uirum illũ,qué quadã admiratione commotus,sæpius fortasse laudo quàm necesse est: Bartholum dico,quãuis eum nemo nec nimis ualde unquam,nec nimis sæpe laudauerit. Dabis itaque ueniam, præceptor obseruandissime, si in hoc sententiam tuam nõ sum secutus,ut discipuli officium fuisset,prout inquit Ioan. And.in c.omnes. de maior. & obed. quem refert & declarat D.Fel.in c.1.in ult.col.de constitut. Nam necessitati etiam parent dij,ut inquit Cicero.& testatur apud Liuium ab urbe cond.lib.9.L.Lentulus,de Caudina pace loquens: cum multis similibus,quæ in proposito aggregauit Do.Fel.in cap.cum accessissent,colu.9. uersic. confirmari potest. de const. Scripsi enim hæc coactus, ne uiderer,contra pium locum,pro sorore,& nepte,causam iniustam fouisse.

Iniuria facta domestico meo,mea causa,dicitur mihi facta ita sing.Card.in col.1.in princ.13. not. per illum tex. de excess.præla.ubi dicit sing.not.& commendat late D.Fel.in c.ecclesia S.Mariæ. colu.47.in 13.quæst.de constit.Tamen iudicio meo, ante Card. hoc dixit Bal. in l.ut uim.in pen.col.in 8.quæst.ff.de iust.& iur. Et bene facit quòd notat idem Bald.in l.raptores,in 2.nota. per illum tex.C.de episcop.& cleric.quòd si interfeci aggressorem consanguinei mei,non debeo puniri:quia habenda est ratio affectionis,ut etiam dicit Iureconsul.in l. 2.ff de receptoribus, & hoc etiam ponit Bald.in d.l.ut uim.in 2.col.in 3.& 4.quæst.ubi idem dicit in socio: & reassumit, cum multis similibus Do.Iason in l.1.in 2. col.C.de indic.uid.tol.quæ ante eum aggregauit And. Sicul.doctor.alioquin utilis, si ingenio temperasset, in commento l.cum acutissimi.col.47.circa finem. & seq. & col.96.ante finem.& duabus sequent.C.de fideicom. & in solenni tractatu de præstan.Card.in prima quæst. primæ partis.in 9.col.

Y Insinua-

Insinuatio requiritur in donatione, tam ex dispositio ne iuris communis, quam ex iuris municipalis censura: passim enim statuentes per Italiam ita sanxerunt. uerũ hoc plures recipit declarationes: inter quas illa est me moria digna, quam Bal. refert in l. sancimus. in princ. in 2. col. uersic. quidam dominus. C. de donatio. ut possit donans simul etiam fungi officio insinuationis, scilicet quando dominus castri, in quo habet merum & mixtum, donat castrum prædictum: quia cum insinuatio ad uoluntariam pertineat iurisdictionem, & apud donan tem resideret talis potestas, uidetur quòd insinuatio in teruenerit, ut actus ualeat. & refert ita consultum per Bart. & Franc. de Pisis. & istam decisionem Bal. latè con sulendo sequitur Do. Alex. consi. 157. uiso instrumento. col. 2. uersic. benefaciunt. lib. secundo. & Dec. consil. 516. quoniam causa. in 2. col. ubi reprobat Alex. qui in l. centurio. in 7. colu. de uul. & pup. restrinxit prædicta, quando talis dominus non recognosceret superiorem, quia secundum eum sufficit, quòd habeat facultatem legis condendæ. & hoc ex facto incidit coram dominis quæstoribus extraord. Mediolanensi. super donatione facta per unum ex dominis castri Chignoli, Comitatus Papiæ. & conueniunt quæ not. Bald. in l. imperialis. §. primo, per illum textum. C. de nup. quem etiam ad hoc ibi not. Barth. & alij scrib. cum similibus adductis per Deci. consilio 614. ad fi. ubi habes, quod princeps promouens scienter indignum, censetur cum eo dispensare.

Instantia triennalis, & de qua in l. properandum. in princip. C. de iudic. non currit, donec disputatur super aliquo articulo emergenti ante litis contestationem: puta quando disputatur super mandato, uel personarum legitimationem: etiam si per decem annos duraret talis quæstio, instantia semper stat in suspenso, neque currit instãtia talis legitimationis. est singularis decisio Guil. de Cu. relata per Baldum in l. & post edictum. §. 1. ad fin. ff. de iudic. ubi dicit esse memoria dignum, quia quo

tidie

tidie uenit disputandum.& pro singulari citat Lud.Ro-singu.280.nunquid instantia emergens sit perpetua.sequitur etiam Do.Ias.in d.l.properandum.in princ. in 6. notab.& Fel.in cap.penul.in fin.de iudic.ubi addit,q eodem modo instantia etiam statutaria currens pendente appellatione, non tamen currit pendente relatione, fienda per iudicem ad principem de negotio,uel pendente auocatione facta à principe,per glo.not.in c.cupientes.in prin. in uerb.immediata,post med.ubi Gem.in 3. col.eam ualdè commendat, de elect. in 6. & pro dicto Guil.& Bal.præalleg.uide etiam Bart.& alios in l.petendæ.C.de temp.in integ.rest.per Bal. in l. cõtra maiores. ante fi.C.de inoff.test. His adde, quòd per illum text. not.Bald.in l.quãdiu.la tertia.in ult.uerbis.ff.de acquiren.hæred. quòd donec dubitat iudex, uel à partibus disputatur an capitula debeant admitti, non currit tẽpus probandi à iudice statutum. Sequitur D.Alex. cõsil.42. in casu & lite.colum.3.circa med.lib.3.Ias.consi.35.ad fin.lib.1.Item adde quæ dicit Bart.in l.2.§.non solum. ff.ad Tertul.& Bal.in authentic.contra maiores. ad fi. C de inoffic.test.quos refert Alexand. consil.68.lib.7. ubi consuluit,quòd per inhibitionem impetratam à iudice ecclesiastico,tunc impeditur cursus fatalium, quãdo constat probabili ratione iudicem inhibuisse, aliàs secus,quod ex approbatione uel reuocatione talis inhibitionis iudicatur,ut ibi per eum.

Instrumentum præsumitur uerum,scilicet nõ falsum, nec simulatum,ut eleganter dicit Bald.in l.cum precib. C.de probat.Dec.consi.175.in causa.col.6.uersic.ulterius.& ex instrumento oritur præsumptio, quòd sit uerum & solenne in forma & causa, ut idem Bal. attestatur in c.1.§.si instrument.de notis feudorum.& in consil.179.ad euidentiam . in fin.lib.2.cuius dicta reassumit.Dec.consi.36.col.4.uersi.his præmissis. post Ias.in l.si post diuisionem.in 1.not.C.de iu.& facti ign.ubi addit, quòd in instrumento non præsumitur fraus. ut & Dec.tradit consi.167.in cã.col.2. & Soc.cõs.46.col.4.

lib.1.item alibi dicit Bald. quòd instrumentum dicitur probatio probata, uidelicet in l.quotiens.in ultim.uerbis.C.de iudic.cuius dictum refert Dec.in d.consil.36. col.1.circa medium.cum concord.de quibus per Socy. consi.12.ad fi.lib.1.& consil.89.in causa agitata.colu. pen.lib.1.& consi.83.col.1 lib.3.item instrumētū facit rem manifestam.ita notab.cōcludit Bar.in l.1.in prin. in 3.col.uersic.uenio ad quæstiones.de oper.no.nunc. & reassumit D.Alexand.consil.36.uiso & opportune discusso.col.5.in fi.lib.2.& Dec.consi.118.uiso instrumēto.col.1.Alex.consi.119.col 2.lib.2.& late Do.Iaf. in repetit.l.admonendi.col.63.uersi.successiuè Barto.ingreditur,&c.ff.de iureiurand. Et ideo sing.& egregiè dixit Ioan.de Imol.in c.cum Ioannes circa ultim.colu. de fid.instrum.quòd si unus tantum testis deponit pro instrumento,& duo sint qui contradicant, per hoc non erit instrumentum reprobatum, quia unus testis instrumentum coadiuuat pro quo est præsumptio, etiam accedente fide tabellionis, unde tunc debent esse necessarii tres testes, ad reprobandum instrumētum. & istud dictū Imo.commendat D.Alex.consi.93.in causa & lite. col. ultim.in prin.lib.5.ubi dicit, quòd non reperit hoc scriptum per alium,& pro not.etiam reassumit Dec. consi. 101.colu.ult.circa med. & est memoria dignum ad ea quæ tradit Bart.in l.1.§.si quis neget.ff.quemad.testa. aper. Sed tamen uidetur declarandum, ut solum intelligatur quoad reprobandum instrumentum de falso, sed non ut probet, quia cum testium necessariorum numerus deficiat, corruit fides sua, ut eleganter declarat Socyn.consi.28.uisis testamento. col.2.& cōsil.92. in causa.col.1.& seq.lib.3.

Instrumenta pub.de iure communi, regulariter nō habent executionem paratam, sed requiritur solennis libellus,& ordo iudiciarius, ut est tex. qui ad hoc passim adducitur in l.minor annis 25. cui fideicōmissum. ibi, nouo cōtractu ad initium alterius petitionis redegerat. ff.de minorib.qui text. est ad hoc melior de iure secun-

dũ Ang.Imol.& Mod.in l.ait prætor.§.1.per illum tex. ff.de re iud.& D.Iaſ.in l.2.in 2.col.uerſ.extrà gloſ.ff.de iur.iur.Reperiuntur tñ multi caſus in quib.hoc nõ proced.quos latè tradũt ſcrib.max. Alex.in l.ſi cũ doté.§. eo auté tépore.in 3.& 4.col.ff.ſol.mat.&Mód.max.D. Iaſ.in l.ult.in 5.no.per illum tex.C.de ed.di. Adri.tol. ubi inter alios caſus connumerant depoſitũ, & teſtm̃ nõ abolitũ,nec cancellatũ.circa. qđ mult notabis unũ ſing.dec.Bal.q alleg.in conſ.Xp̃i.noie punct.in q. Laurétij,&c.quã pro ſing.& noua ita refert D.Iaſ.in d.l. ult.in 3.col.in ult.not.ꝙ ſi protocolis notarii in breuiatura teſtaméti reperiat hre additiones,uel interlineaturas,licet extéſio in pub.formã nõ ſit abolita. nec cãcellata,nihilominus tale tſtm̃ nõ habebit excutioné paratã.Qđ eſt eterna memoria dignũ,ꝑ declarat.illius l. ult.licet uideat durũ,cũ à cõiter accidétib.teſtaméta ſoleãt hre gloſſas,max.ꝑꝑ menté teſtantiũ imbecillã & labenté.iuxt.tex.ſing.in l.quoniã indignũ.C.de teſt.

Inſtrumentum raſum licet uicieť, tñ ꝑ uocé uiuã corroborari poteſt,& ſufficit unus bonus teſtis,ita ſingu. Bal.in l.ſi ueritas.in 1.col.C.de fideic.quod dictũ pro ſing.citat D.Iaſ.in l.ult.in 7.col.uerſic.4.notab.C. de edic.di.Adria.tol.ubi dicit ſe tenere contrarium per aliud d.Bal.in l.1.in 2.not.C.ut in poſſ.leg.ubi Bal.poſt Ia.But.auth.ſi quis in aliquo.C.de edem.tenuit, ꝙ inſtrum.habens maculã occultã non poteſt teſtib.iuuari.

Tamé pro concordia alias,dũ legeretur d.l.ult.C. de edic.diui.Adria.toll.putabam poſſe dici, ꝙ Butr.& Bald.ult.loco relati,loquuntur in his in quib.ſummarie proceditur. Sed ſi cauſæ cognitionem iudex adhiberet,tunc proced.poteſt.dict.ſing.Bal.in d.l.ſi ueritas.& iſtã concordiã nunc inuenio eſſe etiã de méte D.Fel.in c.ex literis.in ult.col.de fid.inſtr.Et cõfirmari põt, qa fauore publico introductũ,& conſtitutũ eſt, ut diuerſæ ꝓbationes iungant,ut ueritas facilius eluceſcat.ita dicit Bal.poſt Dyn.in l.ſpadoné.§. q iur.ff.de excuſ.tuto., cũ multis ſimil.& traditis ꝑ Mod.in c.cũ cauſam.extra,

ſus.C.de probat.ubi tenuit, quòd conſuetudo diſponēs quòd priuata cedula faciat fidem:habebit locum,etiam quando cedula petitur mitti executioni extra illam ciuitatem,in qua uiget d.conſuetudo. & hoc dictum Bal. pro ſingu.refert & confirmat D.Iaſ.in l.ſi arrogator.in 16.colum.uerſic.inducit Bar.ff.de adop.ubi dicit, quòd eſt perpetuò notādum:licet durum & mirabile.& eum ſequitur etiam Fel.in cap.2.colum.3. uerſic.limit.4.de probat. Secundò in contrarium faciunt,quæ poſuit D. Alexand.conſi.37.uiſo.colum.2.in fin.& ſeq.lib.2.ubi allegando Bar.in l.contraxiſſe.de actio.obli.& alios de quibus ibi.concludit ſemper ſeruandum eſſe ſtatutum loci contractus,quo ad ea quæ concernunt litis deciſ. & quæ oriuntur ſecundū naturam contractus.Sed quia non audeo de tanto uiro iudicare,ideo cogitādum eſt, nam multum periculoſa & difficilis eſt in iure noſtro determinatio,& inter diuerſa uel contraria certa electio:ut etiam inquit Card.in ſua in clem.præfatione.& propterea D.Fel.in cap.cum dilecta.in 18. columu.in 10.amplia.ad fin.extrà de reſcrip.laudat Ananiam, ob id quòd ex conſuetudine timidiſsimè loquatur, & rarò pedes firmet in decidendo, cum eadem temperantia utatur Ioan.And.uir alioquin conſummatiſsimus, qui in ſuis lecturis aliorum recitatione communiter contentus eſt:& his etiam annecti poſſunt,quæ ſuperius retuli in uerb.Feriæ.

Inſtrumento uel teſtibus ſuſpectis ſi quis renunciat,uidetur tacitè fateri inſtrumentum falſum,nec poteſt iteratò producere.Caſus eſt not. & ſingu.ſecundum Bald. ibi in l.3.C.de fid.inſtr.Sed quid ſi ego bona fide produxi inſtrumentum uel teſtes, & fortè apparet de illorum falſitate:quomodo mihi ſuccurretur, nè puniar de uſu? Bal.ſingu.in l.ult. colum.ult.uerſic.pone ergo.C. ſi ex fal.inſtr.dedit notab.remedium, quia aut fui interrogatus an uelim uti atteſtationibus, uel inſtrumento pro bonis & legalibus,aut non. Si quidem nō fui interrogatus,non punior:quia iſtud nō eſt uti, ſed uſum

esse: & tunc téporis aderat bona fides. si uerò est inter rogatus, respondeat cautè, ita quòd non possit compre hendi ex eius uerbis, quod reputet instrumentum, uel testem falsum. quia esset diffamare se, & alium: & etiã in periculo ponere se, & alium: quia in talibus multum est perniciosa suspicio iudicis, d. l. 3. ubi Bal. & Salic. C. de fid. instrum. Debebit ergò respondere hoc modo, q̃a non puto mihi hunc testem, uel hoc instrumentum necessarium, ideo de hoc teste uel instrumento non curans, usui cedo. & ulterius dicit Bal. se consulere, quod hæc facias per procurat. generalem cum libera: quia alius procurator, licet generalis, sine libera non potest cedere testibus uel instrumento. sicut nec toti liti, secũdum eum, & hæc dicta Bald. ad literam reassumit & cõmendat Bar. Veron. caut. 97. communiter in causis, ubi etiam caut. seq. ponit aliud remedium, super quo eleganter consuluit Bald. consil. 96. decreto cauetur. in 1. lib. ubi concludit, non ualere responsionem illius qui respondit, se uelle uti in his passibus & punctis, quæ tẽdunt in eius fauorem, quod est memoria dignum, quia multi imperitiores hodie ita solent respondere, & istis adde etiam quæ in materia posuit eleganter Felin. in cap. præsentium in 3. & 4. colum. de testibus, & in cap. fraternitatis. colum. penult. & ult. de hæret. Et secundum ista declaratur cautela aduocatorum, quam posuit Bartol. in dicta. l. si aduersarius. C. de fide instrumentorum.

Respon-sio quod testibus uti non habet necesse, ualet.

Instrumentorum pluralitas facit præsumi uerum, licet quòd libet instrumentum per se non probaret ita notabil. Bald. per illam glo in l. optimam, in 2. colum uersiculo, quæro dicitur. C. de contrahen. & commit. stipu. cuius dictum commendat Socyn. consi. 261. in causa magnifici, in pen. col. in. 2. lib. Cum his quæ scripsi infra in uerb. Testis unius, & latè tradit D. Ias. in l. pen. in 1. & 2. col. C. de iur. delib.

Sed an hodie idem erit in instrumentis antiquis, facientibus mentionem confinium. Bal. ibi sing. tenuis

quòd

quòd sic:quia per unum instrumentum non probatur communis opinio,quæ requiritur.iuxta ea quæ scripsi in uerb. Antiquitas.& quæ latè scrib. *Bald*.cõs.286. thema proponitur ut infrà.in 1.& 2.col.in 2.lib. Non tamen expressit *Bal*.quot sufficiant.& ideo Aret.in c.antepen.in 6.col.de proba.sing.dicebat se credere, quod esset arbitrarium,attenta qualitate instrumentorum,& aliis uerisimilibus,& sic iudex uidebit, an duo instrumenta in antiquis probent,uel plura requirantur.quod bene nota.quia ita declaratur sing.dictum Spec.in tit. de instr.edi.§.testat.uersi.illud autem ubi indistinctè tenuit,quòd etiam duo non sufficiant, ut non proc.in factis antiquissimis.& hanc Aret.opinionem sequitur simpliciter D.Fel.ibi,in 2.col. Quid autem dicendum esset,si in talibus instrumentis antiquis circa confinia reperiatur contrarietas:tetigit solus Aret.in eo.c.in 3. col. uers.sed tamen potest.& singu.decidit, quòd stetur pluribus contra pauciores.& sic in ista probatione irregulari & priuilegiata, seruanda erit regula communis,prout in testibus disponitur in c.in nostra, extrà de testibus,quod est singu.& nouum dictum in ista materia secundum eum: cum quo transeunt ibi simpliciter Mod.& adde ad ea quæ traduntur per omnes in dicta. l.pen.C.de iure deliberan.

Intertrimentum pro damno rei attritæ accipitur, ut docet ét Varro,dum inquit. Detrimentũ à detritu dicitur,ꝙ ea quæ trita sunt,minoris precij sint.ab eadem mente intertrimentum, eo ꝙ duo quæ inter se trita sunt,etiam diminuta sint.a quo etiam intertrigo dicta. Liuius per initia 2.lib.de bello Macedonico: Carthaginenses eo anno argentum in stipendium positum, primũ Romam aduexisse.id quia probum non erat, quæstores renunciauerunt,experientibusq́ue pars quarta decocta erat pecunia Romæ mutua sumpta, intertrimentum argenti suppleuerunt.In hoc significatu etiam accepit intertrituram Scæuola apud nos,in l.ult.in fin.ff.de pign. act.super cuius uocabuli intellectu.dubitabãt superioribus

Intertrimentum unde.

Intertrigo unde.

Locus Scæuola.

ribus diebus inter aliquos non parui nominis.

Inuentarij confectio multum prodest hæredi, ut latè. prosequitur Iaſ.post alios, in l.ulti.§.& ſi præfatam C. de iu.delib.& in pulchro caſu differendi creditores no. Cœpol.cautel.309.inſtitutus. Et operatur non ſolum quo ad creditores defuncti, ſed etiam ad eos qui cōiunctim dici poſſunt creditores tam hæredis quàm defuncti: ut eſt glo.ſing.in l.quæ dotis, ubi Bal.in ulti.uerbis, & Alex.col.8.ff.ſoluto matrimonio Dec.cōſi.137.col. 3.poſt Ange.conſi.32.D.Philip.colum.3.& conſi.138. beneficium inuentarij, ubi limi.Lud.in rubr.de acquir. hæred.col.ulti. Et ecōtra eius omiſsio multum nocet, & facit eum teneri non ſolum creditoribus, ſed etiam legatariis, ultra uires hæreditarias: ut diſpoſuit Impera. in §.ſi uero non fecerint, in auth.de hæred.& fal.& in authentica ſed cum teſtator, in fine C.ad l.falcid.& ita perdit Trebellianicam, ſicut Falcidiam, ut not.Matheſ. not.158.nota ꝙ hæres, licet de Trebellianica ſit maximum dubium, in quo Dcto.adeò uariarunt tam antiqui quã Mode.u difficile ſit inuenire cōem opinionem ut patet ex his quæ latè ſcribunt omnes poſt Bar.in l.3. in prin.in ultima quæſtione Barto ff.ad Trebell.ubi Soc.& Iaſ.inuicem cōtrariantur, & latiſſ.conſuluit Dec. conſilio 236.nō parua difficultas, in quinto dubio.Hęc tamen pœna, limitatur uno caſu, qñ legatarii confeſsi eſſent tot ſolūmodo bona eſſe in hæreditate, quæ ad creditores, & legatarios nō ſufficerēt.ita ſingu.Bal.in l. filium quem habentem, in penultima columna, uerſiculo ego breuiter C.fam.herciſ.& eſt ſing. caſus ſecundū D.Alex.in l.ultima §. primo in prima column.ubi etiã Do.Iaſ.in ſecunda columna, C.de iure delib.& Aret.in rub.ff.de acquirenda hæreditate in ſecunda columna, ubi etiam D.Alex.commendat, in quarta colum.uerſiculo pro hoc etiam, & Do. Felin.in capitulo quoniam contra falſam, in 16.columna, uerſiculo fall.5. extra de proba.& in capitulo cum contingat, columna 3.uer. ſecundo nota de offic.deleg.Et propterea ſubdit Bald.

ibi

ibi,quòd non cogitur legatarius ad petitionem hæredis respondere tali petitioni, quando non fecit inuentarium,quod ult.commendat, & sequitur Dom.Fran.de Curt.in tract.positionum,in 23.breuiloquio. Est uerũ quòd in d.casu sing.alibi Do.Bertol.Socyn. putat contrarium de iure uerius,in l.prima §.si is qui: in secundo not.ff.ad Trebellian.ubi tamen subdit,ꝙ forte propter auctoritatem Bal.eius dictum seruaretur in practica.Et ante Socy.illud dictum Bal. putat periculosum D.Ale. in l.in ratione, §.quod uulgo,in 11.columna,uersiculo in g.ff.ad l.Fal.& D.Iaf.in l.si pecuniam,in princ.in 7.col.uersiculo item nota.ff.de condi. causa dat. & Fel. in capitulo secundo,columna fi. ut lite non cont. licet eum conetur postea defendere D.Iaf. in d.§.si is qui. in ult.columna,quod pro bona cautela liberandi hæredẽ qui inuentarium non fecisset,commendat, & etiam sequitur Bart.Veronés.caut.22.hęres, licet ipse hoc sing. dictum ascribat solum Paul.de Castro in d.l.in rõne, §.quod uulgo,in ultimis uerbis, sed fuit Bald. in loco prællegato.Et pro hoc benefacit, quod de partis confessione decidit singu.Innoc.in capitulo,quia plerique, in 1.columna,uersiculo est autem ea ratio. extrà de immu.eccle.de quo scripsi infrà in uerbo Sententia. Itẽ facit quia probatio per confessionẽ partis est fortior probatio de mundo,ut per Iaf.in l.cum te trãsegisse,in tertio notab.C.de transact. Secundo casu limitari potest per illud quod singu.decidit Bald.in l.uoluntatis,in secunda columna,uersiculo nũquid ergo C.de fideicom. quando testator fecisset legatum taxãdum arbitrio boni uiri,quia per omissionem inuentarii non augetur legatum ultra uires patrimonii,tanquam si hoc expressè testator disposuisset,& reputat Bal.hoc esse menti tenendum,& pro sing.citat Aret.in rubrica ff. de acquirenda hæreditate in quarta columna,ubi etiam confirmat, & pro unico etiam reassumit Dom.Iaf.in l.ultima §.& si præfatam,in ultima columna, C.de iure delibe. ubi tamen dubitat, cum arbitrium boni uiri debeat iudicari secundum

Cautela pro hærede qui inuentariũ nõ fecisset.

secundum leges:ut in pulchra quæstione consuluit Ludo Rom.consilio 149.consultationem primam.in pen. dub.& late tradit D.Felin.in capitulo primo,columna 20.de constit.post D.Alex.in l.si sic.legatum, in princ. in 3.columna,de leg.1.Sed hoc casu,quando hæres nō facit inuentarium,deberet secundum leges condemnari insolidum,ergo,&c. Et ideo dicunt in proposito no tab.scrib.in l.filium diffinimus.ff.de his qui sunt sui uel al.iur.& in l.si uicinis.C.de nuptiis,& in capitulo tertio extra qui fil.sint leg.ꝙ quando lex aliquid præsumit,licet aliqua urgens coniectura sit in contrarium, nō peccamus,si confirmamus nos cum dispositione iuris. Et ponunt exéplum iam omnibus notum de illo fatuo rege,qui renunciauit regno: quia mater sibi dixerat, ꝙ non erat filius regis,nam ex quo habebat præsumptionem pro se,erat in foro conscientiæ tutus,quod etiam in pulchra quæstione reassumit Corn.consi.293.in hac consultatione uidetur,in ultimis uerbis, in ultimo lib. & D.Ias.in l.gallus,in principio in pen.col.ff.de libe.& posth.in prioribus scriptis,& Card.Alex.in c.pen. in fin. de eo qui dux.in matri.quam pol. per ad. & in capitulo transmissæ,columna secūda qui fil.sint leg. & ante eos Bal.in consi.relato supra in uerbo hæres suus. Sed pro defensione Bal.dicendum est,quod hoc sit propter præsumptam mentem testatoris:qui hoc casū uidetur beneficio suo renunciasse,quod potest,ut concludunt Dyn. Bar.& communiter Doct.in l.nemo potest,in 5.q. de leg primo.Cōgita tamen, quia solutio est scholastica. Tertio limitari potest non proced.de iure cano.in foro conscientiæ,ut eleganter concludit Bal.in rub.ff. de acquir.hære.cū his quæ scripsi infra in uerbo Vsurę trientes,uersiculo secunda uero ratio, &c. Plura autem requisita ad confectionem inuentarij hæredis ponuntur per scrib.in l.fi.in prin.& §.1.ubi latè Ias.C.de iur.del. Aret.in §.extraneis,insti.de hæred.quali.& differentia. Guid.Pa.in tracta.de forma inuentarij, Decius consil. 633.& ultra eos nota,quod debet fieri in loco ubi sunt bona,

bona uel eorum maior pars, ut firmat Porcellinus in tract. de inuentario, in 2. q. princ. col. ult. & uoluit Bal. in d. l. ult. §. primo, col. 3. licet Porcel. eum non alleget.

Interesse succedit in obligationibus facti l. si quis ab alio, in fi. ff. de re iudi. quia ad factum quis regulariter præcise non cogitur l. stipulationes nō diuiduntur, uersiculo Celsus, de uerb. obli. ubi Bart. in 10. opp. assignat rationem, ut ibi D. Alex. & Ias. latè declarant per regulam, & fallentias. Vltra quos limit. sing. Bald. in l. si minor. ff. locat. non proced. excipiendo, quia per uiam excep. quis præcise cogitur facere uel pati, & ita hoc dictū Bal. pro sing. citat, & sequitur Socy. consi. 17. prosequē do, col. fi. uer. circa tertiam, lib. 3. quod est memoria dignum, & mihi ex facto sæpè incidit.

Ipse pronomen facit dispositionem personalissimā adeò quod dispositio loquens de hærede, non extenditur ad hæredem hæredis. ita singu. consuluit Bal. cōsil. 304. nobilis uir D. Gulielmus, &c. in 5 li. de quo scripsi infrà in uerb. hæredis appell. & tangit Fel. in cap. fi. §. 1. col. 2. de offic. deleg.

Iudæi fœnus exercentes tolerari possunt, permissu principis, ut concludit Bald. consil. 349. ius naturale, in prima col. in 3. lib. quod repetitum inuenio de uerbo ad uerbum consi. 395. in ultimo libro, & latiss. Alexand. in consi. 1. & 2. in 2. lib. Et propterea dixit singula. Bald. in authen. & omnino, in 4. col. uersicu. sed pone C. ne uxor pro mari. quod uidelicet statutū principis, quod Iudæi uenientes ad fœnerandum, ad rationem duorum dena riorum pro libra, tractētur ut ciues. de quo scripsi infrà in uerbo Vsuræ. & ultra ea si uis scire quæ Iudæis permissa sint, consuluerunt magistraliter Ioan. de Legnano, & Bald. consi. 317. quid sæpè reuocatur in dubium. & consil. præced. in 1. lib. An autē plus puniātur Iudæi, quam infideles, lege Ludo. singular. 700. cras Christus, & quod Iudæis & infidelib. Papa neque ecclesia curaue rit, sed puniri debeānt per iudices seculares, Aretin. cōsi. 158. copiosè. in tertia columna.

Iudicibus

Iudicibus expeditionem protelantibus, licet dare pecuniam, ut causam expediant, dummodo non in secreto, sed coram notario, & duobus testibus? istud est sing. dictum Arch. 11. quęstione. 3. in ca. qui rectè. circa fin. ubi dicit quòd ll. contrarium dicentes loquuntur, quando est dubium quo animo pecuniæ dentur. & istam decisionem refert & sequitur Baldus, in capit. ult. colum. ultim. de appellatio. ubi notat pro cautela, & sequitur Dec. consi. 189. lætatus sum. colum. 8. post Socy. regul. 37. Barataria. ubi attestatur ita iudicatum in ciuitate Mediola. pro iudice qui pecunias pub. receperat, & dicit esse memoria dignum, modo non utaris ad malum, & sic declaratur l. 1. C. de pœna iud. & l. 2. §. 1. ff. de cond. ob tur. causam. & l. uenales. C. quando prou. non est necess. Si tamen esset causa quæ sine reuolutione librorũ posset expediri, laudarem iudicem quòd etiam publicè abstineret: per doctrinam gloss. in cap. non licet. 11. q. 3. An autem peccet, qui iudicibus uel testibus pecuniam daret pro iusto iudicio, gl. in d. ca. qui rectè. tenet ꝙ non, si simpliciter dant ut iustè iudicẽt, uel deponãt, aliàs secus, & an incidant in falsum, uide Decium dict. consi. 189. col. 8.

Iudex causæ præparantis, est etiam iudex causę præparatæ. l. ordinarii. C. de rei uend. per quem tex. not. ibi singula. Bal. in 2. not. quòd si quis dicturus contractum simulatum uel usurarium, petat ab episcopo absolutionem iuramenti. quod demum uolens agere debet experiri in curia episcopi. quod est memoria dignum secundum Baldum ibi. & pro singu. citat Do. Alex. consil. 58. circa primum quæsitum, ad fin. in 1. lib. quod est repetitum in consi. 197. in 2. lib. & idem Do. Alexand. consil. 63. in causa & lite. colum. 1. lib. 3. & Do. Ias. in l. 3. in 2. not. C. de iudic. & in l. nam & postea. §. si minor. in 3. colum. in princ. ff de iureiurand. & approbat in l. nulli colum. penul. uersic. 5. cogita. de iud. Commendant etiã Moder. Papiens. in rub. C. de eden. & latè Feli. in capit. cum sit generale. colum. 4. ad fin. uersicu. amplia. de iud.

&

& in capitulo super literis, columna 12. uersiculo amplia secundò, de rescriptis, & in capitulo primo colum. 12. in 6. quæstione de iureiurando. Addo optimum simile, de quo superioribus diebus coram uno Reuer. Cardinali contigit dubitari, nam sicut concilium est iudex cõpetens ubi agitur de crimine Papæ, saltem qualificato, prout docet glo. elegans in capitulo si Papa, in glo. magna. per illum textum, 40. distinction. & late cõsuluit Ludouic. Roman. consi 512. beatissimus pater, &c. & duobus sequentibus consiliis, ubi subtiliter consuluit pro consilio facto Basileæ contra Pontificem, & ibi in consilio 523. in 3. columna, uersiculo secundo solu. dixit, quòd illa gloss. est singula. & canonizata in concilio apud Constantiam congregato cum multis conco. late traditis per D. Felin. in capitulo nonnulli, in prin. in 5. columna, de rescript. ita etiam concilium erit iudex competens in cognoscendo, an crimen, quod opponitur Pontifici, sit tale quale esse oportet, ut concilium de eo possit iudicare. ita late concludit D. Fe. post multos per eum relatos, in c. super literis. in 12. colum. uersiculo, an sua sit iurisdict. &c. & col. seq. extra de rescrip. & illa glo. communiter tenetur, ut latè prosequitur Dec. consi. 151. in primo dubio. Et ideo elegãter decidit Bal. in l. acceptam. in 13. quæstione. C. de usuris. quod depositio, & oblatio pecuniæ fienda per debitoré, ad impediendum cursum usurarum, fiéda est mandato illius iudicis, qui de causa illa alias cognoscere deberet, & hoc dictum Bal. commendat Alex. consilio 102. consideratis circa med. libro. 5. ubi plura similia adducit, & reassumit D. Ias. in l. cum hi §. si prætor in fin. ff. de transact. ubi Bart. singu. & alij Docto. idem dicunt in testibus, qui examinari solent ad perpetuam rei memoriam, & idem Bar. firmat in l. si societatem. §. arbitrorum. col 4. in prin. sub. uer. quæro quis erit iudex. ff. pro soc. ubi idem dicit generaliter, quando super aliqua exceptione debet aliquid principaliter examinari. quæ sunt memoria digna.

Iudices ordinarij de iure ciuili possunt habere uicarios, per quos in præsentia eorum causæ expediuntur: non aũt possunt eos mittere per prouinciã, uel loca sibi subdita. ita notab. Bald. in l. aliquando, in 6. oppositione, ff. de offi. proc. & leg. cõmendat D. Alex. ubi disputat de ueritate in rub. ff. de of. eius cui mand. est iurisd. colu. ult. & tales uicarios possunt ad libitum sine causa reuocare, ut dicit glo. not. in clausula, etsi principalis, in uerbo, per electionem, de rescrip. Proinde dicebat singula. Innoc. in capitulo Romana, de foro competenti libro 6. ut refert D. Abb. in capitulo si quis contra clericum, columna 14. uersiculo, sed circa prædicta posset dubitari, extrà de foro competenti, φ episcopus potest prohibere suo officiali ne iudicet, dato quod de causa cognouerit, per l. iudicium soluitur. ff. de iud. cum his quæ ibi citat D. Lancial. quæ hic add. Ex quibus omnibus habes opt. caut. si dubitas de assessore, ut facias prætorem amicum tuumq; iubeat ne iudicet.

Vicarius põt prohiberi ab episcopo uel prætore ne iudicet ĩ causa.

Iudex potest statuere terminũ actori, infra quẽ agat l. si ea quæ. C. qui accusare non possunt, & l. diffamari C. de inge. & manum. & in pulchra quęstione consulult Bal. ubi singu. hoc declarat consilio 61. in ista q. dico in secundo dubio, in secundo libro, & Barthol. Veronens. cautela 429. si possideo, post Bal. in auth. sed si quis, in secunda columna, uersi. sed hic dubitatur de tali quæstione C. de testibus, & Alex. consilio 95. in causa, & lite uertente, in ultima columna, in principio, in primo libro. Et eodem modo reo, ad opponendum exceptiones: ut firmat latè Dyn. in regula indultum, de regulis iuris in 6. Tamen ultra hoc requiritur, φ iudex infra illum terminum bis moueat actorem uel reum: alias nõ intelliguntur priuati, etiam per lapsum termini: ita singul. Ang. in §. si quis autem. columna secunda, uersic. & ex his infero, in auth. de hæred. & Falcid. per glo. singu. ibi cuius decisionem pro singu. citat D. Alex. in l. ulti. in 1. not. ff. de ferijs, ubi uidetur de ea dubitare: tamen eam pro singu. approbat, & sequitur idem Dom. Alex.

consilio

cõsilio 108. uiso themate, in ult. uerbis, primo libro, & Bartol. Veron. caut. 175. quando aliquis, & ante eos hãc decisionem Angeli pro sing. etiam approbat Aret. & dicit in practicam bene notandum, in tract. maleficiorum in glo. in uerbo, nec non ad quærelam, in 11. col. uersic. quæro an iudex posśit præfigere terminum. sequitur ẽt Fel. in c. pen. col. 4. uersi. 2. nota. de iudic. & late de eius ueritate, quia Rom. contradicit, uide Do. Fel. in capitulo ex literis, col. 7. in 9. fall. de constit. & Do. Ias. in d. l. ultima, in 3. not. in 4. limitatione, & in l. rem quæ nobis, in ult. uerbis, ff. de acquir. possess. ubi pro sing. refert, & confirmat. Si tamen uis effugere eorum opiniones, facias, quod iudex quando statuit terminum in hac sua interlocutoria addat, ꝙ nisi in eodem termino egerit, uel exceperit ex nunc prout ex tunc, pronunciat eum de cetero audiri non debere. ita aduocatos instruit pulchrè Angel. in l. quandiu. la ultima, in prima col. ff. de acqui. hæred. post Innoc. in c. lator, qui filii sint legit. qui dicit sufficere, quòd iudex dicat, alioquin ulterius non audietur, & pro not. cautel. sequitur Veronens. cautel. 242. ut quis post terminum, post Sal. & Aret. relatos per Domi. Felin. d. c. pen. colu. 4. uersic. alius casus est, de iudic. & in c. accepimus, columna secunda, de fide instrumentorum, & hæc sunt memoria digna, pro declaratione practicæ quam ponit Bartol. in l. secunda columna prima circa med. de eden. & in l. si appellationem C. de appella. & eorum quæ tradit Bald. in capitulo licet causam, col. quinta, uer. uenio ad apparatum, extrà de prob.

Iudex debet iudicare secundum allegata, & probata, uulgata, l. illicitas §. ueritas, ff. de off. præsid. cum his quæ late tradit D. Fel. in cap. pastoralis. §. quia uerò in pen. col. de off. deleg. ubi ponit 7. limitationes.

Sed ultra eum nota singula. dictum Bal. pro bona limitatione d. regulæ, in l. 1. colum. ult. uersicu. quæri ur nunqũid C. de mand. u ind. ubi decidit, quod iudex potest moueri ad iudicandum, etiam ex aliqua confessione coram se facta uoce, & non scripta in actis, per

glo.elegantem in l.quoties §.ultimo in uerbo,fidem ff. de proba.& hoc dictum Bal.est aureum,& memoria æterna dignum,secundum D.Feli.in capitulo cum uenerabilis,columna 17. uersiculo contrarium tamen singulariter,extrà de exceptio.& sequitur simpliciter Dom. Alex.in l.si is ad quem,col.antepenul.in princ.ff.de acquirenda hæreditate, & D.Feli.in capitulo inter cæteras,columna prima,post princ.de re iudi.Et ideo dicebat singu.Saly in l.3.ad finem C.de senten.ex periculo recitan.quòd sententia iudicis non dicitur nulla, tanquam lata ex non probatis,quando refert se ad instrumentum,de quo sæpè in iudicio fuit facta mentio,quãuis aliter productum non fuerit, quod est bene notandũ.Et quamuis Saly.relinquat cogitandum, tamẽ põt confirmari per illud singu.dictum Bal.in d.l.1.in fi.ubi post Innoc.singu.in c.in præsentia, de renunciat.decidit,ꝙ si iudex in sententia dixit,quia per A & B probatum est,condemno:& illi duo testes dixerint, se nihil scire;quod tamen sententia tenet,quod ultimum pro mirabili refert D.Ias.in uinum col.penul.uersic.4.confirmo.ff.si cer.pet.& est etiam de mente Bar. secundum Imol.ibi in l.si is ad quem.ff.de acqui.hære.ubi D. Alexan.in 7.colu.uer.subdit.dicit,ꝙ est utilis,& quotidiana quæstio,& sequitur etiam consilio 2. uisis dubitationibus,col.secunda uersi.benefacit,lib.2. & pro singula. sequitur Ias.in §.omnium,columna,27.uersiculo multum etiam esset,inst.de actio.& in d.l.si is ad quem col. 4. tamen contrarium in hoc tenuerunt aliqui, quos retuli infra in uerbo Sententiam reus : quia secundum eos constat de euidenti iniquitate.Vlterius nota generaliter in materia,ꝙ iudex in causa appellationis iudicaturus pro appellante, debet ad exonerationem iudicis qui primo iudicauit, addere illa uerba uel similia, propter nouas probationes in causa appellationis factas.ita nos instruit Salyce.in l.eos,in 6.quæstione C.de appella.& reassumit Ange.de Areti.in l.si expresſim colum. 4 2.in prin.in uerbo,quæro de forma sententiæ.ff.eo.& ita

Sententia super instrumento nõ producto ualet.

Clausula ex nouiter deductis.

ita paſsim obſeruatur.

Iudicis ad arbitrium non eſt recurrendum, ubicunq; tractatur de ſignificatione uocabul. ita elegãter *Bal.* in capitulo poſtremo, circa medium, extrà de appella. per tex. not. in l. item legato §. parui ff. de leg. 3. & reaſſumit D. Felin. in capitulo nonnulli §. primo columna penulti ma uerſiculo conſidera bene, extrà de reſcriptis. Et ideo ſecundum Ariſt. oportet rectè poſitas leges omnia determinare, & quàm paucißima iudicantibus committe re, & ita Ariſt. citat *Bal.* in auth. niſi breuiores in fin. C. de ſenten. experic. recit.

Iudicis pſentia multos effectus producit: inter quos nota, q̧ licet regulariter ſuus poſsit repudiationem hæ reditatis factam reuocare, ut in l. ſi quis ſuus, ff. de iure delibe, cum ſimilibus. hoc tamen fallit, ſi eſt facta in iu dicio. ita ſingula. ſub dubio fortè tenet *Bald.* in l. 2. poſt medium C. de iure, & fac. ignoran. & pro ſing. citat Do. Iaſ. in l. ultima in 4. limit. C. de repud. hæred. ubi tamen reprobat poſt Fulg. & D. Alex. qui latius inſiſtit, in 3. co lumna, & Iaſon conſilio 84. col. pen. libro primo. Nota tamen ad ea quæ latè cumulat D. Iaſ. in l. pacta nouiſ ſima, in 3. & 4. not. C. de pactis, ubi enumerat 7. effectus, qui reſultant ex iudicis præſentia & tradit idem Dom. Iaſ. in l. ſiue apud acta, in 1. not. C. de tranſact. & in l. ſi conuenerit, in tertia columna, in 2. fall. ff de iuriſ. om. iud. & unum ponit *Bal.* ſing. in capitulo primo in princi pio in ſecunda columna, uerſiculo & ego addo. qui ſeu dare poſſunt, de quo ſcripſi ſuprà in uerbo Decretum maioris iudicis, iunctis his quæ ſcribit *Bald.* idem conſilio 447. contrahentes acceſſerunt, in primo lib. Et ideo alibi *Bal.* in l. ſecunda in prima oppo. C. quomodo, & quando iud. dicebat, quòd præſentia iudicis auget mandatum, etiam ſi hoc fiat à nuntio, eo tamen præſen te, quod dicit bene notandum. & eſt ſing. pro extenſio ne illius l. ſecundum And. Sicu. in repe. rub. extrà de fi de inſtrum. col. 3. uerſicu. facit notab. & eſt uerum, teſte D. Felin. in capitulo conſuluit, col. 6. uerſic. ampl. extrà

 de offi.

de offi.deleg.ubi etiam Dec.col.10.qui alios refert, & defendit ab impugnatione Andr.Sicul.ibi. Quartũ no. effectum ponit sing Bart.in l.frater à fratre, colum.5. uersi.3.quæro,ff.de condi.inde. ut cõtractus factus præsente iudice dicatur factus palam,& bona fide, quod ꝑ singu.& memoria digno citat Do.Ias.in l.singularia,in 7.col.uersi.pulchrum,ff.si cert.peta.& in repe.d.l.frater à fratre,in 24.colum in princ.quod est notandum, pro intellectu l.non existimo, cum simil.ff.de administrat. tuto.iunctis his quæ latius circa hoc dictum Bar.scripsi infrà in uerbo,Palàm.

Quintum notab.effectum ponit Bal.in rub.de off.de leg.circa fi.dum concludit, ꝙ licet non credatur assertioni alicuius de meritis,ut dicit g.in l.unica, C. de his qui à principe uacat,acce.lib.10.& tradit Alex. consil. 101.uisis,col.4.lib.1.tamen secus est in iudicis assertione,& sequitur,& commendat Ias.in l.si donatione,col. ult.C.de collat.& consi.101.col.5.lib.4.& est notab. secundum Alex.in l.1.in prin.in 3.col.uer. sed iuxta hoc, ff.de off.eius,quia sæpè notarii uel iudices ex causa impedimenti possunt subrogare alium, ut eorũ assertioni de impedimẽto credatur,& sequitur Fel.in c.pastora.in prin.in 2.col.de off.dele.Et nota ꝙ licet multũ ꝑsumat pro iudice,ut patet ex supradictis, & est tex.sing.in l.2. C.de off.ciuil.iud.qui est ad hoc singu. & melior de iure,teste And.Sicul.in tract.de præsta Card.in 1.q.primæ partis, in 6.colu.& in pulchra quęstione consuluit D.Alex.consi.65.habita super contentis,col.3.uersi.& subdit,lib.1.& tradunt Can. in cap.dilectus filius, el 1. ubi Do.Feli.circa prin.de rescrip.& maximè quando seruat debitum ordinem in procedendo,secundum Bal.in l.sancimus,col.ult.in 13.q.C.de iud.ubi ita declarat d. l.2.Et propterea dicunt Doct. ꝙ spoliatus à iudice non est ante omnia restituendus:licet aliàs sic,ut latè cõcludit Do.Bel.post alios in c.cum causa, in 1.colu. de off. deleg.& Dec.consi.191.col.pen.uersi.5.hęc,tamẽ plus etiam præsumitur pro teste. ita sing. per illum tex.not.

Bal.

Bal in c.in nostra,circa princ.extrà de procur. quod dictum pro sing.citat D.Ias.ubi dicit,ꝙ non reperit tactũ in l.sciendum in 9.col.uer.ultra scribentes,ff.de uerbo. oblig.& est multũ sing.ad totam materiam testiũ, quãuis in contrarium possent multa adduci. Et inter alia facere uidetur,ꝙ licet plures testes dicentes se falsum deposuisse,corrupti pecunia nõ præiudicent parti ex quo sunt priuati c.sicut de testib.ubi Do.Fel.in 1.not.& latius idem D.Feli.in capitulo cum in tua,col.2.& 3.eo. tit.tamen secus est in duobus iudicibus,qui simul interrogati,dicerent se falsum iudicasse,quid præiudicarent parti:& sic eis in hoc plus creditur,ita sing. Ang.in l.errore,circa fi.C. de testa.quod pro sing.refert, & sequitur Do.Ias.in l.iusiurandum, quod ex conuentione, §. procurator, in 8.col.uersic.prædicta,ff. de iureiurando ubi dicit,ꝙ non reperit hoc dictum ab aliquo relatum. Cogita si possumus pro concordia dicere, ꝙ licet plus credatur iudici,tamen magis præsumitur pro testibus, ex quo eorum repetitio non præiudicat, & ratio diuersitatis potest assignari:quia duos iudices deponunt de eodem actu iudicij,quia simul iudicarunt:duo autem testes deponunt in eorum repetitionibus de diuersis actibus,quia separatim testimonium deposuerunt:& sic nõ possunt ita cõtestari in suis reprobationibus, prout duo iudices. Quid autem si testes,& notarius sibi inuicem cõtradicerent?est alia quæst.quã tangit D.Alex.ubi dicit neutri credendum,in consi.70.uiso processu inquisitionis,col.1.uer.2.respondeo,& col.3.uer.nec ẽt põt in 1.lib.& consi.74.uiso testamento Ioannis, in pen.colu. uer.fortificantur prædicta,in eo.lib.& alibi sæpe.

Iudici conuenit totis uiribus ueritatem etiam ex officio indagare secundũ Bal.in l.2.col.1.C.de eden.& ideò secundũ eũ,põt testes iuratos post lapsum terminũ interrogare,& sequitur Alex.in l.1.col.pen.C. quæ desi.adu. Sed an publicato processu posit iudex à se ipso testes interrogare,& eorũ dicta recipere,Bal.in l.ampliorem, in prin.in ulti.col.C.de appell.tenet ꝙ sic, qñ pars est

absens: ut latè retuli in uerbo Testes regulariter post dedicita, & firmat Socin. regu. 403. in 29. & ultima fallentia.

Iuramenti religio multa operatur. Primò ualidat cõfessionẽ propriam, quæ alias non ualeret, & ideo sing. decidit Bal. in præl ud. feud. in tertia diuisione, quod si prælatus cum toto capitulo confiteatur, in inuestitura feudum esse antiquum, & postea iurat omnia contenta in instrumento esse uera, ualet talis confessio, quæ tamen absque iuraméto nihil operatur. & hoc dictũ Bal. pro sing. refert, & sequitur Do. Ias. in lectura. l. frater à fratre, col. 21. uersiculo circa istam secundam fall. ff. de cond. indeb. & in l. si donatione, in penul. columna, post medium C. de collatio. licet eum latè reprobet in præludis feudo. in 27. columna, uersiculo iuxta prædicta. Secundo operatur notab. effectum, quem tradit singul. Bal. in capitulo ex rescripto, in prima columna, ad finẽ extra de iureiurando, de quo late Ias. in l. decem colum na 6. de uerbo. obliga. ubi de eius uenit. & scripsi suprà in uerbo Fideiussor indénitatis: Tertio operatur ꝙ si iudex admisit aliquem ad actum aliàs prohibitum, puta ad probandum per testes post conclusionem in causa, sub conditione, si iurauerit nõ habuisse eorum notitiã: subintelligitur alia cõditio, uidelicet si uerũ sit, & ideo si postea ꝓbaretur ꝙ habuit eorum notitiam, actus est nullus. ita sing. Paul. de Castro. in l. si cum patruo, C. communia utr. iud. & pro singul. commendat ad multa D. Fely. in capitulo 2. col. 4. uersiculo clausula si preces, &c. extra de rescrip. Quartum singu. & notab. effectum posuit Bald. in capitulo querelam, in uer. nota ꝙ ꝓpter duas, extrà de iureiurando de quo scripsi supra in uerb. Emphyteota, & tradit Cur. Sen. in l. si quis maior, col. 2. C. de transact. Quintò operatur, ꝙ ubi alias generalis consensus non sufficit, tamen si in uno ex talib. casibus quis generaliter consentiat, & iuret, talis consensus ualidatur: quia iuramentum habet uim expensi. ita singula. Bald. in l. prima in secunda columna, uersiculo

Iuramentum habet uim expreßit.

2. quæ

2.quæritur C.commod.quod dictum pro sing. citat D. Ias.in l.sub prætextu, secunda in prima columna, uersi.adde quod idem C.de transact.in l.certum est,col.1. ff.si cer.pet.& in l. si conuenerit columna tertia de iurisdicti.omn.iud.& ante eum.Aret.in l. qui superstitis, columna.5.uersi.utrum autem, ff.de acquirenda hæreditate ubi ponit de ueritate, & approbat D. Fel. in cap. cum super,col.penultima in prin. extrà de off.deleg. & sequitur Aret.consi.33.consultatio.columna pen. Sextus singularis effectus est, quòd si uenditor iurauit defendere emptorem in casu euictionis,& sciat postea litem motam,non requiritur ꝙ sibi fiat aliqua denunciatio,quæ alias requireretur.ita sing.D.Alex in l.2.§.ultimo.in penultima columna,in quarta fall.ff. solu.matrimonio,de cuius ueritate scripsi suprà in uerbo, Emptor.Septimus sing.effectus est,ꝙ iuramentum in secũdo testamento appositum,habeat uim specialis clausulæ derogatoriæ,ad testamentum præcedens. ita singul. Bal.in l.sancimus,in ultima columna,.uer.quærunt hic doct.C.de testa.quod pro singu.commendat late Paul. & scrib.ibi.& D.Ias.in l.si mihi,& tibi.§.in legatis. in 2.col.ad fin.& seq.ff.de legatis primo,in prior.scriptis, ubi dicit ꝙ est utilis in practica,& indistinctè approbatus per Mod.cum similibus,de quibus per D. Ias.in d.l. si conuenerit,in 2.& 3.col.de iur.om.iud.Octauus notab.effectus,quia ad iuramentum quis præsumitur magis deliberatè accessisse,ita eleg.D.Ant.in c. si diligenti,col.5.uersi.fallit etiam quando de for.cõpet.& reassumit D. Alex.consi.42.super promisso themate.col.5. uersi.& idem not.Ant.& col.pen.in 1.lib. Et propterea Bal.notab.in l.1.in fin.C.de reb.cred. refert se consuluisse,ꝙ cum minor in quodam cõtractu cũ iuramento renunciaret beneficio restitutionis in integrum, quòd nõ requiratur alia certificatio, & dicit fuisse approbatum per collegium iudicum Mediol. & eius dict. reassumit & sequitur latè D.Alexan.consi.222. uisa facti narratione.col.2.lib.2.& tradit Bald.in l.sciendum.

col.2.de uerb. obl.ubi etiam dicit Barth se consuluisse. & communiter tenetur secundum Imol. relatum per Alex.consi.8.uisis.ad fi.lib.5.Nonus not effectus, quia iuramentum obligat præcisè ad factum, ubi alias quis liberaretur,præstando interesse per gl.ad hoc communiter approbatam.& quæ reputatur sing in l.si pecuniã. in prin.in gl.parua.in uerb.necesse.ff. de cond. ob caus. cum multis concor.ibi per Mod.adductis, maximè per D.Ias.in 7.col.& seq.& per Alex in l.stipulat.non diuiduntur.col.15.& seq. de uerb. oblig.ultra quem dicebat D.Maria.Soc.per d.gl.in consi.7. nunc quæsitorũ. col.ul.lib.1.quod iuramentum debet impleri in forma specifica. Tres alios notab. effectus ponit Mathes. unũ uidelicet notab.suo 36.nota nouã.de pacto nudo.quod iuram.uestitur, & etiam iure ciuili actionem producit. de quo tradit D.Fel.in c.1.col.2.de pact. Alium notab. suo 50.nota magnum periculum. de uenditore qui liberatur a periculo euictionis, si emptor non soluit precium in termino: quando in uenditione iuratum fuit per emptoré.& sequitur Ias.in l.si quis maior.in 4. nota. C.de transact.sed aliter ibi Rim.Parp. & nouissime D. Alciat.licet Curt.Sen.in 1.col.approbet dictum Math. qui etiã dicit quæ habet pro uoto nõ contrahere sine iuraméto.Et tertium not.54. nota ꝙ iuramentum. qđ compensatio non admittitur contra promissionem iuratam.de quo Alex.consi.91.uisis.col.2.lib.2. Ias.consil. 134.col.1.lib.4.Soc.in l.Iul.col.pe.& ul.de cód.& dem. ubi declarat, nisi debitũ ex post subuenisset, & ideo dispositio generalis non extenditur ad contractũ iuratũ. ut per Lud.sing.8.quod dispositio emanans.Posset etiã his annecti, an iuramentũ suppleat pro solénitatib. requisitis ex forma statuti,in contract.mulierũ. Item, an donationem sine insinuatione ualidã reddat. sed hæc requirerent altioré indaginé, & late cõsuluit ex facto Corn.consi.35.semper mihi.& consi.seq.in 3.lib.& D. Ias.in auth.sacramenta puberum.in 11.col.& seq. C.si aduer.uend.& Soc.consi.77.in præsenti consultatione.

col.

col.5.& seq.lib.1.ubi egregie consuluit post Alex. cõs. 157.uiso instrum.ad fi.lib.2.& Feder.de Sen.conf. 271. casus talis est statututo cauet,ubi dicunt uerã,& cõem opinionem esse,ꝙ sic.& alias latè & subtiliter disputauit D.Christof.de Castel.in sua disputat.quæ incip.statuto ciuitatis.quæ nota ad statuta.de solennit.instrum. & ita ex facto iudicatũ fuit in collegio nostro : & talis sententia successiuè in causa appellationis confirmata fuit,& excellentiss.senatus Mediola.permisit obseruari: licet pars condemnata reclamauerit. Et ex his omnib. generaliter notandum est,ꝙ iuramentum affert medelã omnibus contractib.alias laborantib.& infirmis.& ideo dicunt doctores.in c.quãuis.de pact.libr.6. & c.cũ contingat.extrà de iur.iur.& in d.auth.sacraméta.& in alijs locis uul.ꝙ semper iuram.ualidat cõtractũ labentem,dũmodo non sit contra salutis æternæ dispendiũ. & hanc regulã oẽs ubiq; reassumũt. & inter alios Cor. consi.252.ꝙ contractus huiusmodi.in 1.col. in ult.l b. & Soc.eleg.in d.consi.77.col.6.& seq.lib.1.& D. Alex. in l.si is qui hæres.ad fin.princ.ff.de acq.hær. & in compromisso iurato dicit Bart.Veron.caut.79.secundo modo. Et ideo in prouerbium iam abijt,iuramentũ esse simile herbæ betonicæ quæ omnib.malis esse bona dr̃, ut ẽt refert Curt.Iun.cõs.65.super præmissa.in ult.col. in princ. Hinc inoleuit apud tabel.consuetudo, ut passim iuramentũ in omnib.instruméntis apponant. & hoc modo etiam minores ligant,iuxta auth.sacramenta puberum.C.si aduer.uend.quæ tamen consuetudo est animæ eorum perniciosa, quia multorum patrimonio cõsumuntur.ut etiam dicit Cyn.in d.auth.sacramenta. in 1.quæstio.quem retuli infra in uerb.Statuta Italiæ.

Et ulterius põt ẽt poni extremũ de quo dubitabatur superior.dieb.an iuram.ualidet pactũ,ꝙ debitor nõ possit cedere bonis.nã sine iuramento clarũ est,nõ ualere,q̃a quis tacite obligaretur carcerib.ut latè firmant Bar. & scrib.in l.alia. §.eleg. ff.sol.matr. Sed cum iuramento maius dubiũ est,& reperio aliquos tenuisse per regu.de

quas.

quaſ.ꝙ ualeat. quos retuli infra in uerbo, Solui. Imò etiam in ult.uoluntatibus, & teſtamentis bonum eſt iuramentum adhiberi, per ea quæ dixi ſuprà in 8. effectu maximè ſtante aliqua confeſsione teſtatoris: ut patet ex his quæ tradit Aret.in tracta.de teſta. colum.102.in glo.in uerbo,item reliquit.L.Titio centum.in uerſi. & prædicta maximè, cum alijs ſuperius relatis in uerbo. Apices.Prædicta tamen debent declarari, ubi non ageretur de præiudicio tertij principaliter: quia ſi uerteretur præiudicium tertio, iuramentum nihil releuaret. ut in pulchra quæſt.conſuluit Bar.ut ipſe refert in l.Titia Seio.§.imperator.in ult.q.ff.de lega.2. & ſequitur Do. Alexan.in conſi.55.conſideratis uerbis dicti ſtatuti.in ult.col.in princ.in 1.libr.& tradit idem Alex.conſ.38. col.3.lib.3.Fel.in c.ſi diligenti.colum.9.de foro.comp. per c.quamuis,de pact.in 6.Hoc etiam addo, quod iuramentum eſt tantæ uirtutis, ut præiudicet futuro iuramento:& ideo ſi mulier iuraſſet, nunquam conſentire alienationi bonorum ſibi hypothecatorum, & poſtea cõſentiret & iuraret, debet audiri mulier cõtrauenicns ſecundo iuramento non attento: ſecundum Hoſt.& Ioan.And.in c.licet mulieres.de iureiu.lib.6.quod eſt æterna nota dignum, ſecundum Ferrarium in forma libelli ſuper petit.reſtit.in integrum.col.2. Addo & ſecũdo,ꝙ iuramentum ſupplet,etiam ſi plures defectus cõcurrunt.ut per Dec.conſi.414.uiſo.ad finem.

Iuramentum in præiudicium tertij nihil operatur

Iurandi facultas mihi competens,ad hoc ut tranſeat ad hæredem meum, requiritur quòd ſit informatus de ueritate,ne anceps iuramentum ſubeat. ita ſingul. declarat Bald. in cap.1.colu. 1.poſt princ. in titu.ſi de inueſtitura inter do.& uaſallis oriatur,& hoc dict.pro ſingu.commen.D.Iaſ.in l.ſi quando.colum.penul.uerſicu. lim.tamen.C.unde ui.imo notab. Bal.in l.in bonæ fid. colum.pen. C.de reb. cred.ampliat hoc proc. etiam ſi iuramentum principali delatum eſſet, ſed per eum non dum præſtitum. & ſequitur Socyn. conſi.42. colum.2. lib.2.tradunt Alexan.& alij in l.penul.§. hoc iudicium

ubi

ubi gl.fingu.ff.ne quis eum qui. & Iason in repet.l.admonendi colum.1 17.uersicu.secūdus casus, de iureiur. & dicit Ludo.consi.290.in casu.in 2.colum. quod con sanguineo hæredi deferri potest, quia præsumitur infor matus.

Iuramentum necessarium quod defertur in supplementum probationis, non habet locum, quando ad episcopum recurrimus, propter defectum iustitiæ iudicis secularis.ita sing.Bal.in cap.1.§.si quis per triginta. in ult.col.in penult.q.si de feud.fue.contro. intendo.& ag.pro sing.approbat D.Ias.in l.admonendi.col.antep. circa me.ff.de iust. & iur. in lect. & in rep. colum.111. uersic.30.

Iuramentum in supplementum an possit deferri post aperturam testium, Bald.notab.in l.in bon.fid.colu.pen. uersi.sed hic dubitatur.C.de reb.cred.decidit quòd sic. & etiam usque ad conclusionem in caus. quia non timetur in seipso subornatio, imò etiam post conclusionem in causa aliquando ad declarationem retro actita torū, per not.in c.cum Io.heremita.de fid.instrum. qd putat Bal.bene not.& latis.examinat Ias. in repet.l.admonendi.col.124.uersi 3.principaliter.& uersic.præterea. de iur.iur.& consuluit Bald.consi.345.lib.2.& nota quod in tali actu requiritur partis citatio uel præsentia, ut instruit nos Ange.in l.in bonæ fidei. in 2. not. p illum tex.C.de reb.cred.quem sequitur Alexan.consil. 122.uiso processu.colu.pen.in fi.lib.2.& quando actor à princ.petiit sibi iustitiam ministrari, tunc iudex pōt deferre iuramentū in supp.absque alia pet.ita not.Abb. in cap.fi.in fi.de iur.iur.sequitur Alex.consil.91.in causa.col.1.lib.5.& Dec.consi.252.agitur causa. colum.1. uersi.restat.coll sequentibus.

Iuramentum est personale, ex parte iurantis:& ideo finitur cum persona:ita elegan. Bald.in l.ult.col.4.uersi. sed hic incidenter.C.de pactis.post Inno. in c.ueritatis. extrà de iureiur.& Barto.in l.generaliter.in princ.C.de reb.cred.& Feder.consi.281.casus talis est, statuto cauetur

uetur.& declarat Paul.de Cast.in l.qui superstitis, col. 1.circa med.ff.de acquir.hære.& ideo inferunt Docto. in l.si quis maior.C.de transactio.ꝙ licet pœnæ illius l.transeant in hæredes, contrauenientes transactioni iuratæ,tamen per hoc hæres non incurrit periurium, ut ibi latè per rep.& firmat Bald.in l.generaliter, in princ. in 1.col.& sequitur Felin.in capitulo cum sit generale, col.6.in 6.lim.de foro comp.& facit,ꝙ not. Bal.in l.si quãdo,§ 1.C.de inoffi.testam.ubi citat Innoc.ubi sup. & dicit Socyn.consi.4.columna secunda uersic. pretere a,lib.3.quod licet iuramentum non transeat in successorem,respectu reatus,tamen transit uirtus, & uinculum iuramenti,nam hæres tenetur seruare iuramẽtum defuncti,ut not.Bart.in l.cum quis decedens.§.codicillis,ad fin.de leg.3.

Hæres an teneatur seruare iuramẽtũ defuncti.

Iuramentum est quid indiuiduum,& ideo testis ĩ uno periurus,in aliis nihil probat. ita eleganter Bal.in l.ul. in 4.oppo.in 5.colum.C.de edic.diui Adr. toll. & communiter tenetur secundum D.Alex. consi.133.uiso ꝓcessu causæ,colum.5.uersiculo & tamen est probatum, lib.primo,& consi.27.in causa,& lite,colum.2.uersicu. alia ratione,lib.2.& 44.uiso,& discusso,in 3.colum.in fin.& sequen.in eo.lib.& latius in consi. seq.col.2.uer. modo si dictum,& idem D.Alex.& Dom.Ias.post alios in l.penul.in ulti.uerbis,C.de transact.cum his quę retuli infrà in uerbo,Testis fides. & reassumit etiam De. ubi dicit esse communem oppo. consil.105.colum.3.& pen.post Alex.consil.134.col.pen.lib.2.& Bald. in d.l. penul.ad fin.cum quo transit Lanfr.in repe.cap.quoniã contra falsam,col.27.uersi.item quæro nunquid si aliqua etiam,de proba.

Quod tamen limita,nisi fuisset ad concordiam reductus,quia tunc probat Aret.subtiliter cõsi.13.col.5.circa med.Itẽ lim.ut per Alex.consil.88.quoniam omne, col.4.ad fi.& seq.lib.ult. ubi dicit, ꝙ cõmuniter cõcluditur,ꝙ testis deponens falsum circa extrinseca, nõ redditur in totũ falsus, ut ibi latius ꝑ eũ intelligẽdo tamẽ

nisi,

nisi iurasset super omnibus, super quibus fuisset interrogatus, secundum Bald. in rub. de controu. inuest. col. 2. Aret. consi. 71. diligenter. col. 2. Felin. in cap. fraternitatis, col. ult. de hæredi. & prædicta ampliantur proc. etiã in quocunque dicto iurato Alex. consi. 114. in causa & lite. colum. 2. uersi. 4. ratio. lib. 4. & Dec. consil. 83. uiso processu colum. penul. uersi. 7. Iusiurandum speciem trãsactionis continet, maioremque habet auctoritatem q̃ res iudicata. uerba sunt Paul. in l. 2. ff. de iure iur. super quorum expositione torquentur gloss. & scrib. addocendum, quomodo posit esse species transactionis. Et propterea alio modo declarari potest, ut intelligamus speciem, id est similitudinem, uel instar, ut etiam accepit Vlp. in l. eleg. §. 1. ff. de dolo, & ita etiam in publica disputatione audiui declarari illum tex. & suadetur, quia uerba Iureconsultor. debent intelligi secundum consuetudinem loquendi eorum. tex. est. in l. quod uulgo. ff. de contratab. quem ad hoc allegat Andr. Sic. in repe. rub. extrà de fid. instrum. colu. 12. uersi. 3. facit. & de uerbis statuti tradit Petr. de Ancha. consi. 44. ista D. Ioanna. circa med. & in notab. casu Mediol. statuti concludit Dec consi. 11. quoniam iudicantium responsa. in 4. colum. Præterea quando extarent integra Iureconsf. monumenta, & alibi hoc obseruari non posset, nihilominus ex uno actu etiam quis dicitur solitus. ita Bart. in l. mella. §. 1. per illum tex. ff. de ali. & cib. lega. & in pulchra quæstio. consuluit Dec. consilio 4. pro tenui. columna 2. Sed tamen hoc etiam sæpè alibi potest adnotari, ut apud Vlpia. in l. uoluptariæ. ff. de impensis. & Paul. in l. Nesennius. de neg. gest. & in l. impensæ necessariæ. de uerb. significa. & apud Ciceronem in ea oratione, qua populo gratias egit de reditu suo circa princip. & talis modus loquendi etiam Liuio, & Cornelio Tacito, & aliis receptis auctoribus familiaris fuit, ut etiam tradit doctissimus Erasmus, per initia Sileni Alcibiadis.

Locus Vlp. Species qd.

Solitus etiam ex unico actu.

Iuramentum probat difficultatem præstationis, puta,

puta, quòd quis putat non inuenire fideiussores. ita sin gul. Bal. in l. 1. §. 1. per illum tex. C. de assert. toll. & pro sing. citat D. Ias. in authent. cui relictum. in ultim. colu. uersic. nota istam. C. de indic. uid. tollen. ubi dicit, quòd hoc dict. Bald. est contra text. in d. §. 1. per quem Bald. motus est, sed in hoc parcius loquutus est Dom. Alex. in sua ad Bald. paraphrasi, in d. §. 1. qui solu. dix. quòd hoc dictum Bald. uiolat illum text. Sed ego puto hoc dict. Bal. non esse ita sing. ut asseritur, quia ista fuit opi nio gloss. in l. 1. ff. qui satisd. cog. ubi Doct. approbant: maxime D. Alexan. in 2. colu. qui limitat, nisi iudex ha beat præsumptiones uel indicia, quòd ille potest satisd. & illam glo. dicit communiter approbatam per Socyn. consi. 29. cum in præsenti, colum. 2. uersi. 3. confirmat. lib. 2. Et quamuis nullus respondeat ad d. §. primum. Possumus tamen pro glo. Baldo & sequacibus dicere, quòd cum hoc sit modici præiudicii, ex quo uerè ille est pauper, quamuis tex. requirat, quòd hoc manifestè iudici ostendatur: tamen non expressit magis per probationes, quàm alia uia, quo casu dicemus, quòd suf ficit per iuramentum ostendi, per ea quæ tradit D. Feli. in rub. extrà de probationibus, in 3. col. uersiculo secũdò limita. item quia per præsumptiones, uel alias similes probationes iuris, dicitur quis liquidò probare, ut not. Bal. per illum tex. cum gl. in l. si tut. pet. C. de peric. tutor. cum his quæ latè cumulant Doct. in locis communibus, & And. Sic. in commento l. cum accutiss. in 7. & 8. colum. de fideicom. & ita in similibus terminis respondet etiam Do. Felin. in cap. prudentia. §. 6. in penul. colum. uersic. non obstat uerbum legitimè. de offic. del. Item ratione subiectæ materiæ, iuramentum dicitur le gitima probatio, ut concludit Dec. consil. 18. uiso puncto, in 1. colum. & cum hęc cõsistant in animo, quæ ali ter probari regulariter non possunt, ut eleganter declarat Bart. in l. inter omnes. §. rectè. uersi. quæro circa uo luntatem. ff. de furt. & Alexand. consi. 133. uiso process. col. 2. uersi facit ad hoc. li. 1. & in pulchra quæst. cõclu
dit

dit D.Ias.in l.pen.in prin.in ult.not.ff.de iurisd.om.iudi.& consuluit Corn.consil.1.in hac consultatione, in pen.colum.lib.1.& idem dicit Zabar.in consi.37.super infrascrip.dubiis,in 2.colum.& idem de scriptura amissa,ut eius amissio probetur iuramento,firmat latè Do. Alexan.in l.publicati.in ult.not.C.de testam.nisi essemus in casu posito per Bartol.Veronens.cautel.222.regula est.

Et idem de ignorantia alicuius rei, quæ iuramento probatur,quia ab animo pendet,dicit gl.reputata singula.in c.proposuisti.in uerb.non probatur,post med.82. distinct. de qua scribit Do. Ias. in l non erit. §. dato. quam legit cum l.3.§.iurari.in 3.not.& in repet.l.admonendi.col.116.post princip.ubi etiam Roman.colu. 8.ff.de iureiurand.& consuluit Do.Alexand.consil 71. uideretur prima consid.in.ult. col.in 1.lib. Et idem de suspicione contra iudicem, quæ etiam iuramento probatur,dicit glos.quam ibi Doct.notant in specie Bald. in ult.col.in 3 quæstio.in l.apertiss.C.de iudiciis, & sequitur Lanfran.de Oria.in commento c.quoniam contra falsam col.15.uersi.ex qua colligitur.de probatio.

Et ideo in casibus, in quibus iuramentum habetur pro sufficienti probatione, appellatione probationis uenit iuramentum,etiam in statutis, ut latè concludit Dec.in d.rub.de prob.in 16.col.& seq.licet regulariter non dicatur legitima,nec liquida probatio.at concludit D.Ias.in l.si quando.in 2.not.C.unde ui.& can in d.rub.de probation.Et hoc dictum Bald.ita declaratũ, potest esse utile ad statutum Mediolan.de fideiuss.exonerand.nam quòd non possit,uel non credat se inuenire alium fideiussorem,stari poterit suo iuramento.ut ex prædictis patet.Item potest conferre ad illam cautelam Bartol.Veronens.in caut.33.ne quis inuitus. quam retuli suprà in uerb.Connexorum.& ad cautelam eiusdẽ numero 124.usufructuarius.Et potest confirmari ex eis quæ scribit D.Felin.in cap.1.in 2.colum.de exceptio. ubi refert se pridie consuluisse. Nam clarum est, quod

sacerdos

ſacerdos reuelans confeſsionem alicuius, puniendus eſt.iuxta c.omnis utriuſque ſexus.in fi.de pœn. remiſſ. niſi de licentia illius qui confeſſus eſt.iux.c.Matthæus. ubi Abb.in 1.not.de ſimo.ſed in hoc an habuerit licẽtiam à confitente, ſtatur iuramento ſacerdotis, etiam ad ſui utilitatem,ut concludit Lapſus allegat.94.quidã presbyt.audiuit,&c. Proinde bis ſtantibus, conſuluit D.Felin.quod cũ quidam ſacerdos diceret ſe abſoluiſſe excommunicatum publicum,& ideo illum ſepeliſſe in eccleſia,quòd ſtari debet eius iurameneo ad euitandam pœnam.de qua in Cle.1.de ſepulturis,quod eſt memoria dignum,ad d.Cle.quæ tamen hoc modo multum re ſtringitur,licet Mod.ibi ſimpliciter per tranſeant. Imò uidetur hodie eius remedium deriſorium, cum homines ſint ualde proni ad deierandum,ut in pulch. quæſt. dicit Ange.in l.1.§.ſtipula ff.de præt.ſtipu.ubi putat uanum & nihil eſſe remedium, quod datur uenditori, quando ſibi ab emptore ſubmiſſus eſt ligator, ne emptor cogatur precium ſoluere: eo caſu quo uenditor non poteſt fideiubere de euictione.nam dicebant Docto.remedium contra fraudem emptoris fore, ut deferatur emptori iuramentum de calumnia.quod dicit Ange.parum ualere, quia homines faciliter hodie periurant:& reaſſumit Bar.Veronenſ.caut.52.aliquis emit. Et circa principalem materiam nota,quòd non ſufficit iuratoria cautio ad hoc,ut quis liberetur à præſtando fideiuſſore:ſed etiam requiritur,quòd iuret ſe facturum quod ei incumbit.ita elegant.Bal.in authent. generaliter col.1.circa med.C.de coiſcopis & cleri.ubi dicit bene notandum,& ſunt memoria digna, ad declar.ſtatuti de ſatiſdat præſtanda.per non ſuppoſitum, de quo in ſpecie habes ſingula.dictum Ang.in l.cum non facile.ff. ſi cui ſiplusquam per l.Falc.ubi etiam Imo.& tãgit Alexan conſi.57.ponderatis uerb.ante fi.lib.3.

Iuramentum interpoſitum per debitorem, quòd ſoluet in feſto paſchatis, an intelligatur repetitum in prorogatione termini ſibi facta ad menſem poſt paſcha,ita

quòd

ꝙ lapso ultimo termino sit periurus? quilibet diceret, ꝙ non: quia hoc uidetur uelle tex. in c. pe. extrà de iureiu. ubi si clericus iurauit seruare statuta edita in ecclesia sua, & post pręstitum iuramentum promisit per idem iuramentum seruare statuta, quæ postea ederentur, quòd tamen non seruando statuta noua non est periurus, & ille tex. est sing. in iure, & per D. Ias. in l. Gallus. §. idem credendũ, col. 3. ff. de lib. & posth. in prioribus scriptis, de cuius intellectu tradunt Bar. & alii in l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, ad fi ff. de uerb. obl. de forma enim iuramenti est, quòd quis expressè iuret: & ideo non sufficit relatio, ad aliud iuramentum, secundum D. Abb. & Mod. in d. c. pe. per illum tex. Tamen in proposita q. Bal. sing. decidit, quòd est periurus: & consequẽter quod iuramentum intelligatur repetitum in c. uenerabilem, col. pe. uer. pone prælatus, extra de elect. quod pro sing. commendat D. Ias. in l. lecta, in 5. not. ff. si cer. peta. ubi dubitat: quia similia, per quæ mouetur Bal. non inferunt concludenter intentionem suam, & in cõtrarium facere uidetur, quod eleganter decidit D. Maria. consi. 24. col. 8. uer. nec obst. lib. 1. quòd non sufficit iurare in omnibus, & per omnia, iuxta formam statutorum: sed quod specificè, & formaliter iurandum est: licet plures (incautè tamen) in iuramentis quæ in cessionibus, uel in conditionibus, quæ fiunt bonis, quæ uenduntur iuxta formam cridarum, ita seruent. Sed si opponatur tales actus non ualent. & ego super iuramento simili iudicaui, cessionem non ualuisse: & ita seruatum fuit. postea reperi, quòd idem tenet Bal. consi. 110. decreto domini cauetur, quod quãdocunq; in 1. lib. & ita etiam pluries uidi iudicari in collegio nostro Mediolan.

Iurari non potest per relationem ad aliud iuramentum.

Iuramentũ promissoriũ de futuro, licet regulariter de iure ciuili nõ producat actionẽ, tñ fallit qñ est reciprocũ, & ambo iurarunt: quia cẽsetur contractus innominatus, iuro ut iures; ex quo oritur actio præscriptis uerbis ta sing. Bal. in c. 1. §. item sacramenta, in ult. col. in prin. de pace iura. fir. & pro sing. multum notat Do. Ias. in au-

thentic.sacramenta puberum.in 3.colum.uersi. & ratio diuersitatis. C. si aduersus uendi. & ante eum hoc dictum pro sing.commendauit Francis.Crem.not. 119.ex iuramento.

Iuramentum calumniæ non præstitum in contestatione litis, debet præstari postea, quandocunque placuerit iudici.c.1. in princ. de iuramento calum. lib.6. & clarè Bald.in l.2.§.sed quia ueremur.C.de iura.calum.& nolens iurare habetur pro confesso.l.si non fuerit.ff.de iureiuran.& hoc in tantum est uerum, ut non ualeat consuetudo, uel statutum disponens quòd non iuretur de calumnia: imo eo petito & omisso, etiam in causis summariis processus ipso iure redditur nullus. ita concludit Mathes.not.65.nota quod statutum.& latius Ludo. Rom.sing.425.tu habes, per casum expressum in c. cæterum.extrà de iura. calum. quo text. tamen spreto, contrarium statutum est Mediolani. Sed hæc omnia, quæ dixi, singulariter limitantur, nisi nolens iurare iam perfectè probasset.ita singula.Bald.in c. 2.in 2.colum.uersic. item in isto.extrà de proba.per illum tex. singu.ad hoc. & hanc limit.pro sing.commendat D.Ias.in rep.l.admonendi, col.41.uersi.condescendo nunc.ff.de iureiurand. & dicit dimirandum esse, quòd nullus canonistarum faciat mentionem.& idem D.Ias. in l.iusiurandum. & ad pecunias.§.qui iusiurandum.in 1.not.eo tit.ubi aliqualiter dubitat. Sed pro ista limitatione Bald. bene facit, quia ubicunque quis habet intentionem suam fundatam, puta publicatis testibus, uel instrumentis productis, licet aduersarius faciat positiones, non tenetur respondere: secundum glos.& omnes in l.2.§.quòd obseruari.C.de iura. calum. Vnde succedit pulchra reg. quod cui denegatur potentia probandi, denegatur etiam potentia ponendi. quam tradit Ange.in l.sed & si restituatur.§.1.ff.de iudic.& Do.Fran.de Curt in tract. posit.in 17.breuiloquio. Præterea non est mirandum, quòd canonistæ non faciant mentionem de hoc dicto Bald. quia reiecta eius auctoritate, erat etiam res clara, nam iuramentum


mentum calumniæ requiritur à partibus, ut timore sacramenti litium ambages compescerentur. ita ad literam dicit tex. in l. 1. in prin. C. de iur. cal. & ibi expressè ponderat Bal. in 1. col. inferens ad tria, ut per eum. quæ ratio cessat, ubi quis plenè probauit intentionem suam: argumen. tex. sing. in c. 2, ubi latè Mod. extrà de proba. Secundò limita, quando pars nollet iurare, nisi tale iuramentum à iudice sibi præstaretur, quia per hoc non uitiatur processus, ita sing. Bal. in rep. l. 2. col. 28. uersicu. sed quid si iudex. de iureiuran. ubi dicit, sic cum ex facto incidisset, se respondisse: de cuius tamen ueritate multum dubitauit Curt. in d. l. 2. in princ. in prima col. ad fin. & seq. C. de iur. cal. ubi dicit esse ęterna memoria dignum, si uerum.

Iuramentum in litem non defertur ex dolo præsumpto, ne duo specialia cōcurrant eodem loco, quòd actori credatur in propria causa, contra l. nullus idoneus. ff. de testib. item quòd præsumatur dolus, còntra l. merito. ff. pro socio. cum uulg. ita in specie, & quidem singul. dixit Bart. in l. tutor qui repertorium. in pen. col. uersi. uenio ad tertiam. ff. de administ. tut. & idem concludit Corn. licet de Bart. mentionem non faciat, in consi. 81. quanquam in hac. in 3. col. fi. & seq. in ult. lib. & licet nō audeat affirmare, quia sibi non expediebat: tamen sapit maximam æquitatem. Et hoc maximè uerum esset eo casu, quo dolus præsumptus præsumptiuè probaretur. iuxta ea, quæ scribit D. Fel. in c. si autem. in 1. col. extrà de rescript. quo casu concurrerent tres specialitates, quod si uellemus dicere, esset absurdum. & hoc bene not. quia habui in facto, & conferunt ad declarationem eorum, quæ scribunt Bar. & Doct. in l. 1. actionibus. ff. de in lit. iur. ubi dicunt, requiri dolum ad deferendum hoc iuramentum in litem actori, neque declarant, quo modo debeat probari talis dolus.

Quomodo autē cognoscamus dolum uerum à præsumpto, declarat eleganter Barto. in l. quod Nerua. in 4. quæst. ff. depos. & Ang. in l. ex consensu. §. ult. ff. de ap-

pel.& Do.Alex.consi. 103.uidetur prima consideratione.col.7.uersic.& licet aduersus.lib.1.D. Fel.in c.si autem in 1.col.extrà de rescript. & hæc bene nota ad ea quæ subtiliter tradit Bal.in l.si constante;.§. si maritus. ad fin.ff.sol.matr. Cui autem, & contra quos possit deferri tale iuramentum, lege Afflict. decis.169.in dicta causa . ubi refert nouam decisionem, ut scilicet possit deferri successori in beneficio ecclesiastico, de actitatis tempore sui præcessoris. Ex quibus inferebam, superioribus diebus, tale iuramentum posse dari curatori dato ad litem contra tutorem motam : eo maximè, quia Bar.in l.in actionib.col.3.de in litem iur.voluit, admitti posse dominum litis, uel etiam quasi dominum, ad tale iuramentum.

DE IVRISPERITIS.



IVRIS ciuilis scientiam plurimi & magni uiri professi sunt, inter quos eorum qui maximæ auctoritatis apud P.R.fuere, mentio habetur per Pomp. in l.2.§. Iuris ciuilis. ff. de orig.iur.& retulimus in aliis Memoralibus in dictione Iuris. verùm quoniam ipse nobis solum referre potuit illos, qui ad eius usque tempora claruerunt : reliquum est, ut nos quoque sigillatim referamus, qui post eum usque ad ætatem nostram, in eodem iure, & etiam in pontificio nomen meruerunt. non tamen quoscunque, nam dies hic nobis satis non faceret : si tamen prius ex archetypis Florentinis, & ex Iustiniani in Pandectas præfatione, Politianoque recensuerimus aliquos Iureconsul.& numeros librorum, quibus quinquaginta Digestorum libri consarcinantur. Inter quos antiquissimus omnium traditur Q.Mutius Scæuola, P. F. Pontifex Max.qui ut in 8.scribit Valer. Maix. clarissimus legum vates, & certissimus extitit. hic quotienscunque de iure prętorio consulebatur, ad Furium, & Casellium quia huic scientiæ dediti erant) cōsultores reiiciebat

Q. Mutius Scæuola. Furius, & Casellius.

quo

quo quidem facto moderationem suam magis commen dabat, quàm auctoritatem minuebat: ab his negotium aptius explicari posse confitendo, qui quotidiano eius vsu cellabant. Sapientissimi igitur artis suæ professores sunt, à quibus & ꝓpria studia uerecundè, & aliena Callidè extimantur. De Scæuola meminit etiam Cicero Epist. famil. lib. 7. ad Trebatium: & Aul. Gellius Noctium Atticarum, lib. 7. cap. 15. Huius extant infinita responsa, memoria digna: Furii autem pauciora. De Casellio grata habetur mentio per Pompo. & Valerium Maximum in septimo libro. de quo Horat.

Rectè concedi, consultus iuris & actor
Causarum mediocris abest uirtute diserti
Messallæ, nescit quantum Casellius Aulus.

Scæuolæ meminit & Pompo. eiusq; in Pandectis accersitur unus tantum liber diffinitionum. Fugiens, in uestibulo ædis Vestæ occisus est, unà cum cæteris nobilibus, qui Romæ inuenti fuere à L. Damascio prætore, ex uoluntate C. Marii consulis: ut apud Liuium legimus lib. 86. Epitomatum. *Scæuolæ mors.*

Gallus deinde Aquilius, qui Ciceronem oratorem iudex audiuit, & quem familiarem suum Cicero idem in Topicis appellat. huius prudentiam populus Rom. in cauendo, non in decipiendo, perspexit, ut qui iuris ciuilis rationem nunquã ab æquitate seiunxerit: quique ita iustus & bonus uir fuerit, ut natura, non disciplina consultus fuisse uideatur. eius tantum responsis irrigantur Digesta. *Gallus Aquilus.*

Seruius quoque Sulpitius, cuius grata mentio per Pomp. multa scripsit: de quo etiam Tullius, Philippica nona: Nec uero silebitur admirabilis quædam, & incredibilis, & penè diuina eius in legib. interpretãdis æquitas, explicandis scientia. omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, si vnum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non sunt comparandi. Neque enim ille magis iuris consultus, quàm iustitiæ fuit: eaque quæ proficiscebantur à legibus, *Seruius Sulpitius.*

& à iure ciuili, ſemper ad facilitatem æquitatemq; referebat. Neque conſtituere litium actiones malebat, quam controuerſias tollere. Cui ſi ætatis noſtræ Iure conſulti ſimiles ſe præſtarent, melius nobiſcum actum eſſet: neque numeroſa hæc librorum bibliotheca adeo expetenda uideretur. Poſtea Labeonis Antiſtii huc aſciſcuntur libri octo Pythanon, id eſt credibilium ſeu ueri ſimilium, & item poſteriorum decem. Hos æquiparat Petronius Arbiter illo carmine.

Labeo Antiſtius.

Atque eſto quidquid Seruius & Labeo.

Fuit autem Labeo, quem uocat Horatius inſanum, hic ut in Noctib. Atticis ſcribit Gellius, auris ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentib. de iure publicè reſponſitauit. Cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit: & in grammaticam ſe ſe atque dialecticam, literasque antiquiores altioresque penetrauit: Latinarumque uocum origines rationesque percalluerat, atque ea præcipuè ſcientia ad enucleandos pleroſque iuris laqueos utebatur. Sunt ideo libri poſt mortem eius editi, qui Poſteriores inſcribuntur: quorum tres continui, trigeſimus octauus, trigeſimus nonus, & quadrageſimus, pleni ſunt id genus rerum ad enarrandam & illuſtrandam Latinam linguam conducentium.

Trebatius. Teſta.

Poſt hos Trebatius, cuius in Pandectis plurima mētio: hic Teſta appellatus eſt: Ciceronis, Iulii Cæſaris, & Auguſti familiariſſimus: ad quem ſæpiuſculæ idem Cicero in ſeptimo lib. Epiſtolarum ſcribit, qui tribunatus officium ſibi à Cæſare oblatum ſpreuit.

Maſurius Sabinus.

Maſurius uero Sabinus, qui primus publicè ſcripſit: de quo meminit Athæneus, & apud nos Perſius ſatyr. quinta, illo uerſu.

Excepto ſi quid Maſuri rubrica uetauit.

Saluius Iulianus. Mediolanenſis.

Saluii quoque Iuliani Digeſtorum nonaginta libri, de ambiguitatib. unus, ad Minutium ſex, ad Vrſeium quatuor. Floruit hic Adriani temporibus, & iudicanti fuit in conſilio, magnæ uir auctoritatis: bis conſul. &

præfectus

præfectus urbi: quem amicum & uirum clarissimum appellabant Diui fratres, ut refertur à Iureconsul. in l. diui fratres. ff. de iure patrona. Auus etiam fuit Didij Iuliani, Mediolanensis deinde principis, ut scribit Spartian. & Merula, circa principium suæ historiæ. Refertur etiam à scriptoribus alius eiusdē nominis, Didii auunculus uir nobilis, & iure peritissimus: quem quidam cum superiori confundunt. Aduocantur etiam Neratii Prisci regularum quindecim, membranarum septem, responsionum tres. Hunc sibi putatur Traianus amicorum consensu successorem destinasse, sicut ei dixerit aliquando: Commendo tibi prouincias, si quid mihi fatale contigerit: ut apud Dionem, & Spartianum legimus. Eundemque mox Adrianus Imperator habuit in consilio Lucius quoque Volusius, Iureconsult. est habitus celeberrimus, quo multum est usus Adrianus idē, quique docuit M. Antonium principem cognomento Philosophum, ut in uita M. Antonii scribit Capitolin. Veniunt eodem igitur illius quoque libri, fideicommissorum sedecim, publicorum quatuordecim. Sed Metiani nomen in Martianum deprauatur à librariis. Fuit enim Aelius Martianus ipse quoque iuris auctor à Didio Iuliano principe occidi iussus, qui libros huc contulit institutorum sedecim, regularum quinque, de appellationibus duos, publicorum duos, itē singulares quos Græci μονοβίβλους, his titulis, de delatoribus, hypothecariæ, ad S.C. Turpil. Iulius quoque Celsus Adriano fuit in consilio, qui Digestorum libros unde quadraginta cō posuit. Sed & Valens, qui Fideicommissorum septem. Marcellus quoque, qui Digestorum scripsit unum & triginta, responsorum unum, sed ad leges.

Neratius Priscus. *Lucius Volusius.* *Martianus* *Iul. Celsus.* *Valens.* *Marcellus.*

Item Iabolenus, cuius acciti huc libri sunt: ex Cassio quinque, epistolarum quatuordecim, ad Plautium quinque, his duobus usus est Antonius Pius.

Iabolenus.

Claruit his temporib. etiam Serbidius Scæuola, cui Marcus Antonius philosophus operam dedit. ac deinde factus Imperator, multum illo est usus. hic & Seuerum,

Serbidius Scæuola.

docuit, illum qui sibi post Pertinacem magna uirtute imperium parauit. Docuit, & Papinianum, de quo mox dicemus. Sed Scæuolæ huius libri deducuntur in Iustiniani Pandectas, Digestorum quadraginta, quæstionum uiginti, responsorum sex, regularum quatuor, de quæstione familiæ unus, quæstionum publicè tractaturum unus. Huius auditor (ut diximus) Papinianus, libros ad Pandectas affert, quæstionum triginta septem, responsionum unumdeuiginti, diffinitionum duos, de adulteriis unum, Aedilicium unum. hic habitus est omnium acutissimus, cumque iuris asylum uocat Aelius Spartianus in Seuero doctrinçque legalis thesaurum, sicut ab illo studiosi legum qui profecissent, appellari Papinianistæ quandoque fuerint; ut etiam testis est Iustinianus princeps in præfatione Digestorum. amicus, & Seuero principi, sed à condiscipulatu: neque non affinis, per secundam uxorem: successor eidem quoque in administratione fisci, denique moriens Seuerus, filios suos non alii magis quàm Papiniano commendauit. erat autem præfectus urbi Papinianus, ac plus potens in aula quàm uolebat. Itaque sæpè deponere nocituram potentiam frustra conatus, tandem ab Antonino Caracalla Seueri filio militum gladiis obiectus, & securi percussus est, quòd Getæ fratris Antonini partes fouisset, uel ꝙ excusare parricidium noluisset: ut scribit Spartian. eiusq́ue urna ætate Mariani Socyni argentanea Romæ reperta est à quodam rustico, in qua uerba hæc legebantur: Aemilii Papiniani Iureconsulti. & præfecti prætorio equiescunt hic ossa, cui infelix pater, & mater sacrum fecerunt, mortuo anno suæ ætatis 38. uel aliter, ut in antiquis marmoribus legitur: Aemilio Paulo Papiniano præfecto prætorio Iureconsulto, qui uixit annos 36. diebus decem, mensibus tres Papinianus Hostilius, Eugenia Gracilis, turbato ordine in senio heu parentes fecerunt filio optimo. aliter tamen, & minus rectè tempora, & mortem Papiniani refert Cornel.

Papinianus. *Papinianistæ.* *Papiniani urna.* *Papiniani epitaphiũ.*

post

post Paul. Castrensem, in l. ultim. colum. 2. C. de instit. & substit. Huius assessores in præfactura, Iulius Paulus, & Domitius Vlpianus: quos nonnulli Græco vocabulo coryphæos appellant: quoniam quasi uerticem legitimæ disciplinæ cum Papiniano tenuerunt. Feruntur & Vlpiani libri ad edictum tres & octauaginta: ad Sabinum uerò unus & quinquaginta, ad leges uiginti, pro tribunali decem, de officio proconsulis decem, regularum septem, fideicommissorum sex, opinionum sex, de adulteriis quinque, de appellationibus quatuor, de officio consulis tres, institutorum duo, de censibus, sex responsorum duo. tum singulares hi: Regularum rursus, de sponsalibus, de officio præfecti urbi, de officio præfecti uigilum, de officio curatoris Reipublic. de officio prætoris tutelaris, de officio quæstoris. Eloquentissimus, etiam Iustiniano teste, natus Phœnices (quæ vrbs Syriæ est) & nobilis appellatur à Iureconsulto in l. secunda. ad fin. de excusat. tutor. & nobilissimus etiam dicitur in l. diximus. eodem titulo, & sapientissimus, ab Imperatore in §. ultim. in authentic. de æqualitate dotis. præfectus prætorio Alexan. ut testatur Alexan. lex. ex diui Pii. C. locati. ubi eum parentem suum appellat. eius etiam consiliarius, & scrinii magister fuit: & apud eum in maximo fuit honoræ, ut in uita Alexandri Seueri scribit Lampridius. Sed quamuis tam multa scripserit Vlpianus, tamen Paulus multò plura edidit. eius enim numerantur hi libri: Ad edictum octoginta, quæstionum uiginti sex, responsorum uiginti tres, breuium uiginti tres: ad Plautium duodeuiginti, ad Sabinum sedecim, ad leges decem, regularum septem, sententiarum uel factorum sex, sententiarum iterum quinque, ad Vitellium quatuor, ad Neratium quatuor, fideicommissorum tres, decretorum tres, de adulteriis tres, manualium tres, institutorum duo, de officio proconsulis duo, ad legem Iuliam (uel ut aliter lego) ad legem Aeliam duo, item ad legem Aeliam Sentiam tres, de iure fisci duo, regularum

Paulus. *Vlpianus.*

gularum autem unicus. rurſus regularum ſecundò, mox tertiò, de pœnis paganorum, de pœnis militum, de pœnis omnium legum, de uſuris, de gradibus & affinibus, de iure codicillorum, de excuſa. tutelarum, ad regulam Catonianam, ad S.C. Orficianum, ad S.C. Tertyl. ad S.C. Syllanianum, ad S.C. Velleianum, ad S.C. Libonianum, ſeu Claudianum, de officio præfecti uigilum, de officio præfecti urbi, de officio prætoris tutelaris, de extraordinariis criminibus, hypothecaria ad municipalem, de publicis iud. de inofficioſo teſtamento, de ſeptemuiralibus iudiciis, de iure ſingulari, de ſecundis tabulis, ad orationem diui Seueri, ad orationem diui Marci ad l. Velleiam, ad l. Cinciam, ad l. Falcidiam, de taci to fideicommiſſo, de portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur, de iuris & facti ignorantia, de adulteriis, de inſtructo & inſtrumento, de appellationibus, de iure libellorum, de teſtamentis, de iure patronatus, de iure patronatus quod ex l. Iulia & Papia venit, de actionib. de concurrentibus actionibus, de interceſſionibus fœminarum, de donationibus inter uirum & uxor. de legibus, de legitimis hęreditatibus, de libertatib. dandis, ſenatuſconſultis. Hic Patauinus fuit, eiusque ſtatua etiam hodie in patria uideri poteſt. Fuere autem Paulus, & Vlpianus præfecti ambo: ſed quidem factos ab Alexandro Seuero dicunt, quidam uerò ab Heliogabalo: qui tamen Vlpianum remouit, ut uirum bonum Cæterum Alexander utrunque magno in honore habuit, maximè autem Vlpianum, qui conſiliarius ei quoque fuit, & ſcrinii magiſter. nec unquam ad eum ſolus admiſſus, quiſquam eſt, niſi præfectus, atque Vlpianus tum ſi quando alter adhibitus, ſemper tamen Vlpianus rogari iubebatur: ut apud Lāmpridium in uita Alexandri Seueri legitur. Proinde non immeritò uertices legum appellati ſunt à Modeſtino in l. ſcire oportet. §. aliud autem. ff. de excuſat. tuto. ut etiam iure optimo dicit Baldus in l. omnes populi. de iuſt. & iur. Iureconſultos habuiſſe intellectum tranſcendentem. ut de ingenio

adepto

adepto Aristotelis scribit Auerrois. Sabinus autem ille ad quem libros Vlpianus scribit, puto etiam ad quem Paulus, & Pomponius, uir fuit insignis, & consularis, ab Heliogabalo iussus occidi: cuius filius etiã Fabius Sabinus Alexandro fuit gratissimus, & Cato sui temporis dictus est. Illud dubium est, an hic filius idem sit Sabinus qui consularis ac præfectus urbi per tumultum fuste percussus in populo, & occisus, atque in publico derelictus fuerit. De illo quoque ambigitur, uter ne de iure scripserit, filius, an pater. Scripsit uerò iuris ciuilis tres, ex Proculi singularé, sed epistolarem libros octo. Pomponii quoque collati sunt eodem libri, scilicet ad Qu. Mutium lectionum unum de quadraginta, ad Sabinum quinque, & triginta, epistolarum uiginti, uariarum lectionum quindecim, ad Plautium septem, fideicommissorum quinque, senatuscõsultorum quinque, regularũ unus, enchiridii duo. Caium verò citat & Boetius in Ciceronis Topicon commentariis. huius huc adhibiti sunt, ad edictum prouinciale libri duo & triginta, ad leges quindecim, ad edictum publicum quindecim, qui soli tamen reperti fuerunt: aureorum septem, do decadelti (hoc est, duodecim tabularum) sex, institutionum tres, de manumissionibus tres, fideicommissorum duo, de casibus unus, regularum unus, dotalitiorum unus, hypothecariæ unus. Sumpserunt haustus, qui Tribunianum iuuerunt, ex Venulei quoque stipulationum libris undeuiginti, actionum decem, de officio proconsulis quatuor, de pœnis paganorum uno, publicorum tribus, de interdictis sex. item ex Mauritiani ad leges sex, ex Terentii Clemẽtis ad leges uiginti, ex Aphricani quæstionum nouem ex Florentini institutorum duodecim. ex Tertulliani de castrensi peculio uno, ex Iusti constitutionum uiginti, ex Tryphoniam disputationũ libris uno & uiginti, ex Callistrati de cognitionibus sex edictorum monitoriorum sex, de iure fisci quatuor, institutorum tribus, quæstionum tribus, ex Menandri militarium quatuor. Ex Modestini responsorum undeuiginti,

Aristotelis ingenium. *Sabinus* *Fabius Sabinus.* *Pomponius* *Caius* *Venuleius.* *Mauritianus.* *Terentius.* *Clemens.* *Aphricanus.* *Florẽtinus.* *Tertullianus.* *Tryphonianus.* *Callistratus* *Menander.* *Modestinus.*

ti,

ti, Pãdectæ 12. regularũ decem, differentiarum nouẽ, excusationum sex, de pœnis quatuor. Item ex eiusdem unicũ de præscriptionibus, de inofficioso testaméto, de manumissionibus, de legatis, & fideicommissis, de testa mẽtis, de eurematicis, de enucleatis casibus, de dñia do tis, de ritu nuptiarũ. Ex Tarrũtii paterni militariũ qua tuor ex Macri militariũ duobus, publicorũ duobus, de officio præsidis duobus: icoston, seu uerius icaston, duo bus de appellationibus duobus. Ex Archadii de testib. uno ex Ruffini regularũ duodecim: ex Anthi, siue Publii Furii, Anthiani patris, edicti quinque libris. ex Maximi ad legẽ Falcidiã, ex Hermogeniani epitomarum sex libris. Hęc est denique tã iuris conditorum, qui symbolã dederũt, q̃ librorũ quoque & titulorũ, quibus nostræ Pandectæ se habẽt, exactior nomenclatura. nã cæteri non intexunt, sed tm̃ citant. quidã tñ in codicibus deprauatis, quamuis omnino immunes, munificibus tñ adnumerantur: tituli prçterea nõnulli, sicuti de excusa. tuto. penè integri Græcè sunt editi. quos indoctus aliquis (ut apparet) in Latinũ transtulit. Post hos Iurecõ sultorũ nomina monumentaq; desiderant, ꝑꝑ barbarorũ aduentũ in Italiã, qui fana ꝓfanis miscẽtes, totũ Latium igni ferroq; deuastarunt: utq; Romanum nomẽ deleret in ꝑpetuum, librarias ẽt bibliothecas diripuere. ꝑpea ius nostrum (ut alia liberalia studia) ꝑ aliqđ tp̄s tacuit, paulatimq; antiquę leges uetustate atq; incuria abolueruntur. quarum etsi iã modicus sit usus, notitia tñ necessaria vr̃. Nouæ autẽ leges à Cõstãtino Cæsare cœperunt, & reliquis succedẽtibus, erãtq; permixtę & inornatæ. Postea verò Theodosius minor Augustus, ad similitudinẽ Gregoriani, & Hermogeniani codicẽ factũ cõstitutionum à Cõstãtini tp̄ibus, sub ꝓprio cuiuscunq; Imꝑatoris tit. disposuit: quẽ à suo noĩe Theodosianum uocauit. Demum successit Iustinianus Iustini filius adoptiuus, & nepos ex sorore 17. Constantinopolitanus Imperator. Hic (ut scribit Suidas) in primis orthodoxus, idest rectæ fidei, literarum uerò omnium expers fuit: atque

Tarruntius paternus. Macer. Archadius. Ruffinus. Furius. Amianus. Maximus. Hermogenianus.

Iustinianus.

atq; etiam (quod aiunt) Analphabetus, id est qui ne elementa quidem literarum nouit. & tamen tanquam legem quandam animatam Deus eum misit hominibus, ut ipse testatur in §. ult. in auth. de consulibus. Is itaque gloriæ cupidus, operam dedit ut Iurecnsultorũ non responsa, sed oracula, in quinquaginta Digestorum libros redigerentur. quibus epigramma hoc adscripsit Græcũ. *Analphabetus.*

Βίβλον ἰȣςινίανος ἄναξ τεχνήσατο τήνδε,
Τὴν ῥὰ τριβωνίανος μεγάλῳ κάμε ταμ-
βασιλῆϊ,
οἷά τις ὑρακλῆϊ παναίολον ἀσπίδα, τεύξας,
ἣ ἐπὶ μαρμαίρȣσιν ἀγάλματα πάντα θε-
μιςῶν.
ἄντροποι δ' ἀσίνςε, δορυκτή τȣτε λιβύης,
εὐρόπηςε πίθονται, ὅλȣ συμάντορι κόσμȣ.

Quod in Latinum vertit Andreas Alciatus Græcè Latineque doctissimus:

Iustinianus opus princeps hoc edidit, omnis
Quod Tribunianus rectori condidit orbis,
Tanquam aliquis uarium componens aspida magno
Alcidæ: namque hic fulgent mira omnia legum.
Ast Asiæ, Europæque homines, Libycique subacti,
Omnis signifero mundi haud parere recusant.

Codicem etiam edidit, nouellasque constitutiones, & institutionum lib. quatuor: usus doctrina Theophili, Dorothei, & aliorum, maximeque Tribuniani: qui, teste Suida natione Græcus, quamlibet religionẽ contempsit, & maximè Christianam. assentator & fraudulentus extitit. persuasit Iustiniano: ne mortem timeret: quippe qui in cœlum cum carne assumendus esse: Quæstor fuit Iustiniani, ingenio, doctrinaque nemini ætatis suæ secundus: sed auaritiã ĩ tm̃ coluit, ut lucri gr̃a ius sp uenale habuerit: legesque prout amici res postulabat, & latas reuocauit, & nouas tulit. Fuit sermõe blãdus & sua- *Tribunianus.*

uis

uis, auaritiæque morbum doctrinæ præstantia facilè obumbrare potuisset. Persuasit itaque Iustiniano, ut legum prolixitatem amputare: & ob id multorum Iureconsultorum nomen deletum est. Edictum quoque proposuit, ne quis nouas leges interpretaretur, quod etiam hodie legitur in l. 1. §. nostram autem, C. de uete. iur. enuc. Huius exemplo Gratianus, S. Proculi monachus, patria Ethruscus, regnante Conrado Sueuo X. Romanorum Imperatore, Decretorum uolumen accuratissimè collegit, Anno Domini 1105. ut ipse innuit in c. appellatione interposita. in §. forma, secunda quæstione 6. licet glossator ibi dicat, compilatum anno 1150. de quo latè Cald. in proœ. Decretalium, in 3. col. & Card. Alexan. in præfatione decreti, in primis uerbis. Huius tamen opiniones non semper recipiuntur: & reprobatur in multis, ut latè etiam testatur Card. Alex. in præfatione decreti, in prima col. & D. Felin. in cap. 2. colum. 24. de rescript. de auctoritate decreti etiam tractans, Bononiæ floruit.

Gratianus. *Decretorũ liber.*

Post quem non multo tempore medio Obertus de Orto Mediolanensis, magni nominis Iureconsul. Feudales consuetudines digessit. Deinde Palea Gratiani discipulus, quædam ad præceptoris monumenta addere studuit. Hic etiam rubricas, imò potius summaria (ut ita dicam) ad eundem librum composuit: præter primã quæ compilatori totius decreti adscribitur, ut etiam testis est Io. And. in sua ad Spec. paraphrasi, in titulo de disput. & alleg. ad fi. & latè reassumit Ioan. de Imo. post Salic. in rub. ff. de uerborum obliga. in secunda, & tertia colum. Primus autem qui Iustiniani edictum cõtempserit, traditur Hirnerius, quem aliqui Guarẽrium uocãt. Iste omnium primus leges ciuiles aperuit, glossasque composuit: & propterea iuris lucerna appellatus est: sed falsò, cum eo legũ tenebræ potius initium sumpserint. Huius enim auctoritatem eo tempore maximam sequuti sunt alii: nobis usque ad trecenta librorum uolumina relicta sunt. Sed tamen hoc potius Iustiniano adscribendum

Obertus de Orto. *Feudorum liber.* *Palea.* *Hirnerius primus glossator.*

dum est, quod profectò dolendum est, pulcherrimam illam,& tot librorum admirabilem bibliothecam, quot à sanctissimis legum conditoribus scripti erãt, deperisse opera illius,qui ne elemẽta quidem nouerat. Putasti ne te(Iustinianum alloquor) posteritati cõsulere, dum perdidisti tot illustrium scriptorum congestos labores, tot libros propè diuinos,& tantam elegantiam, doctrinamq́ue,quam quanti nunc emeremus, exprimere nequeõ. Existimasti fortassis,plurimum conducere utilitati studentium (ut in tua in Pandectas præfatione asseueras)si quod antea multitudine tractatuum tardius efficerẽt,coangustatis postea libris citius assequi possent? sed non animaduertebas, quòd dum lucem tenebris attulisse te putas, luci tenebras iniecisti. Videmus enim ineptos sæpissimè,uariosq́ue intellectus, contrariasq́ue sententias;quotq; legentium articuli (ut ita dicam) tot penè interpretationum uolumina, quibus etiam in dies magis magisq́ue oneramur. Et propterea in tanta scribendi licentia,ne unus inter tot operi intentissimos desidiosus uidear,dolium, exemplo Diogenis, ego quoque uoluere, & in syluam ligna ferre institui. Sed ad Hirnerium,unde digressi sumus redeamus:qui Iustiniani etiam principis nouellas constitutiones in breuiarium redegit, & post leges Imperatorum digessit: non tamen per hoc legis condendæ potestatem esse assequutus,imo in multis reprehenditur: ut etiam testis est D. Alex.in l.2.§.1.in 3.col.ff.soluto matrimonio. Deinde Bononiæ etiam claruerunt Bulgarus patria Pisanus: Pileus, & Hugo, regnante Federico XI.Rom.Imperatore,qui cognomento Barba rossa dictus est:Quorum duo primi glossas in feudorum librum conscripserunt. licet eorum opus postea consumauerit Iacob. Columbi de Rhegio, cuius glossis hodie utimur. Eodem tempore extitit Roglerius Odofredi Beneuentani præceptor, qui Placentiæ per aliquod tempus primas partes sibi meritò uendicauit. Hic etiam primus paratitla conscripsit, id est rerum summas titulatim appositas, quòd à Iusti-

Contra Iustinianus.

Scribendi licentia.

Diogenis dolium.

Bulgarus

Pileus.

Hugo.

Iacobus Columbi Rogerius.

Iustiniano promissum fuerat: ut legitur in præallegata
Locus apud Iustinianũ. l. 1. §. ult. C. de uet. iur. enuc. ubi mendosè piraticia, pro paratitla scriptum est. Hic in opere riualem habuit
Placentinus. Placentinum, Ioan. Bosianum Cremonensem, & Bosiani di
Io. Bosianus scipulum Azonem Bononiensem, qui electionis uas ue
Azo. lut alter Paulus) & legum fons à Baldo appellatus est. Claruerunt regnante Henrico 20. Germanorum Imperatore, anno 1200. Quo tempore etiam nomen meruit
Martianus Martianus Bosianus Cremonens. Lotarius, & Odofre-
Lotarius. dus Beneuentanus. Per huius temporis curricula Gre-
Odofredus. gorius 9. qui Tibaldus antea dicebatur, Decretales epi
Gregorius nonus. stolas in quinque libros digessit, usus opera Raymondi Barchionens. uiri doctissimi. His successit Accursius
Decretales epistolæ. Florentinus, quem uberrimum fontem iuris ciuilis appellat Bald. in capitulo circa medium de maioritate, &
Accursius. obedien. hic quadragenarius cœpit Bononiæ huic scientiæ operam dare, adeoque profecit, ut Odofredum, præcellentem tunc doctorem longè superaret. fuit Azonis auditor, Pandectarumque uolumina, & Cæsarum constitutiones interpretari contra Iustiniani edictum ueritus non est, ut ipsemet dicit in prçallegato. §. ult. in uerbo, Commentarios. Florebant anno 1227. imperii Federici sexto, ut ipse testis est in l. pen. C. de accusat. quo anno Bononiæ codicem Iustiniani interpretatus est: licet iam per annos septem ante scripsisset super authenticorum lib. ut colligitur ex his, quæ dicit in authentico ut præpon. no. imper. circa princ. in uerbo, Indictionis.
Cyprianus. Et cum post Cyprianum antiquum enarratorem, essent Bononiæ duæ tunc eius artis factiones, qui Bulgarum,
Martinus Mesia. & qui Martinum Gesiam sequerentur: eos omnis ipse scientię fama ad suas scholas conuertit. Decessit anno uitę 78. Salutis 1229. sepultus Bononiæ apud ædem Minorum, loco celebri. Post Accursium duabus Olim-
Iacob. Bal. piadibus mediis clarueruͤt, Iacobus Balduini, qui etiam iuri publicè professus est, ut scribit Felinus in capitulo Rodulphus, columna quarta, de rescriptis. Innocentius quartus, patria Genuensis, familia Flisca, qui Synebal-
dus

dus antea uocabatur, Pontifex Romanus, creatus uiuente etiam Federico XI. Hic maximam auctoritatem in iure diuino assecutus est, & fuit pater, & organum ueritatis, secundum Archidiaconum in capitulo pia, de exceptionibus. in 6. refert Domin. Felin. ubi permultum laudat in capitulo secundo, columna 25. de rescriptis. & inter cætera doctrinæ suæ monumenta, Commentarios super Decretali celeberrimos conscripsit. uita functus Neapoli, ibique requiescit in æde diui Laurentii. Huius exemplo, & diligentia excitatus Bernardus Compostellanus eius familiaris, & sacerdos, anno 1245. librum in primo Decretalium confecit. Post hunc indictione una media leges nostras illustrauit Odofredus, alter à superiore: qui super ff. & C. libros, interpretationes duplicauit. *Bernar. Compostellanus* *Odofredus.*

Hos subsecuti sunt Henricus Cardin. Hostien. & eius discipulus Gulielmus Durandi. horum prior uir humani, diuiniq́ue iuris peritissimus, Alexandro Pontifice suadente scripsit super Decretalibus, & summam etiam composuit. Alter uero qui magister practicæ appellatur, prouincialis, & ordinis prędicatorum, iuris speculum composuit, & alia plura, anno 1270. Non multo post uixerunt Iacobus de Beluisio, qui inter cætera super authenticorum libro, & feudis diligentissimè scripsit, licet forte inferiori ætate rectius adtribueretur: unà cum Iacobo Butrig. qui (si Bald. credimus consilio 140. hæc quæstio fuit in quarto libro, & consil. 9. ad euidentiam. in tertio libro) floruerunt anno 1300. Bertolomæus Brixiensis, iuris canonici doctor clariss. qui decreti glossas auxit, & digessit. hic Vincentium audiuit, ut ipse refert in capitulo iurauit, de probationibus. qui Mediolanensis fuit, ex antiqua, & nobilissima Castellionum familia, ut quidam referunt, ualentissimus canonista, ut Panormitani uerbis utar, in capitulo, si quis contra. in 5. colum. de foro competenti. & in capitulo cum contingat, in secunda columna. de iureiurand. Guido de Baipho, Bonon. Archidiacon. ut etiam *Henricus.* *Gulielmus Durandi.* *Iacobus de Beluisio.* *Bertolo. Brixien.* *Vincetius.* *Guido,*

refert Bartolus in l. semper. §. quibusdam. ff. de iure im
Garsias. munit. & Garsias Hispanus pontificii iuris interpretes,
anno 1285. qua tempestate, duobus tamen lustris me-
Bonifac. 8. diis Bonifacius octauus patria Anaginus, qui Benedi-
Sextus lib. ctus Gaietanus antea uocabatur, sextum Decretalium
Decretalium. librum publicauit, suo iussu à tribus doctissimis uiris
Ricar Car- compilatum: & maximè opera Ricardi de Petronibus
din. Senen. sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardin. Vicecancella-
rii, cuius auctoritas eo tempore fuit maxima. Quibus
Iacobus de duabus olympiadibus intermediis successerunt: Iaco-
Rauani. bus de Rauani: hic ut etiam testis est Cynus, ea quæ
simplici sensu maiores nobis tradiderunt, ad dialecti-
Petr. de Bel cum arguendi modum deduxit. Petrus de Bella perti-
la per. ca Aureliensis, doctor consummatissimus, qui tàm su-
per Pandectis, quàm super C. & institutionibus inter-
pretationes edidit. Composuit etiam centum disputa-
tiones. Huius domus etiam hodie ostenditur in patria,
Dynus. ibique sepultus quiescit. Et Dynus Mugelanus: qui
cum plures annos Bononiæ docuisset, uocatus à Boni-
facio octauo, componendo sexto decretalium libro præ
Nicola. de cipuam impendit operam: deinde muneribus tantum
Neapo. quibusdam donatus, Bononiam rediens mœstus animo,
Martin. Sy quod spe honoris maximi ac cardinalatus, qua uenerat,
limani. frustratum se uidisset, in itinere subitum incidit in mor
Iacobus de bum, quo periit. Huius contemporanei fuerunt, Nico-
Harena. laus de Neapoli magnus textualis: Martinus Sylimani,
Franc. Ac- Ioan. Andr. præceptor in legibus. Iacobus de Harena
cursii filius Parmen. cuius opiniones, ut etiam testatur Bartol. sem-
Albertus. per de mente iuris ueniunt. Franciscus Accursii filius,
Guil. de Cu. qui paternis glossis aliquid addere studuit: & Albertus
Ricar. Ma Odofredi discipulus. Post hos claruit Gulielmus de
lumb. Cuneo Gallus. Ricardus Malumbræ Cremon. ætatis
Io. 22. Cle- suæ doctissimus, qui hæreticus iudicatus fuit: & hoc
mentinæ qõ tempore Ioannes 22. qui Iacobus Cartucensis antè uo-
nes. cabatur, Clementis 5. constitutiones, quas ipse auctor
Labertinus in Vienensi concilio ediderat, iterum publicauit, an-
de Rampo. no 1314. His successit Labertinus de Ramponibus,
Berto-

Bertolomæus Butrigarii, tempora uerò sua illustrauit Ioannes Andreæ, patre Andrea presbytero, & matre concubina natus, apud Mugelium agri Florentini oppidum iuris scientia, uirtutibusque aliis natalium pudorem contexit. nam domi apud patrem primò edoctus literarum rudimenta, Bononiam admodum adolescens uenit, ubi ob paupertatem pædagogum gessit, Scarpe-ctam filium Mainardi Vbaldini erudiendo, cuius sanè fretus ope, atque amicitia, iuri pontificio ociosè uacauit, breuique effecit, ut in ea facultate facile princeps haberetur, atque in eodem loco annos prope 45. profiteretur. Tanta alioquin uitæ abstinentia, ut annos 20. pelle tectus ursina, citra lecti delicias noctibus cubitaret, & frequentibus ieiuniis, suppliciisque inuigilans, ætatis suæ extitit consummatissimus, proinde à Baldo iure optimi canonici iuris fons, & tuba appellatur, in consilio 226. reperitur, in primo libro. Nouellas super decretali edidit celeberrimas, & in sextum librum iuuenis adhuc commentarios composuit, quos postea retractauit, deinde Clementis constitutiones accuratè glossauit. Conscripsit etiam opus suum Mercuriale, & ad Speculum paraphrasim eorum, quæ sibi ad eius operis perfectionem deesse uidebantur. Senex uita functus est Bononiæ ex peste, anno 1348. sepultus in æde diui Dominici. Cuius uitæ cursum, & personæ qualitatem, cum mecum sæpiusculè mente reuoluo, statim ueniunt in mentem uerba diui Ambrosii præsulis nostri sanctissimi, quæ nobis melius conueniunt: quid nos uentris animalia unquam tale faciemus? quos si secunda hora uigilantes offenderit, oscitamus, & manibus faciem defricamus. Ioann. Andreæ sententiam plurimi ante nos etiam commendarunt, ex quibus nonnullos refert Franciscus de Curt. consilio 1. columna 4. Hac etiam tempestate floruerunt, Cynus Pistoriensis, ex nobili Symbaldorum familia: Oldradus Laudens. Consistorialis aduocatus, qui (si Paulo Castrensi credimus) tempore suo pater legum nuncupabatur, ut etiam

Bertol. Butrigarij.

Io. And. F.

Cynus.

Oldra. Laudens.

testatur Socin.consil. 119. in primo libro. Fuere ambo Dini auditores, & Ioannis Andreæ familiarissimi. Nicolaus Mutinensis, nulli ex coætaneis inferior, Ioannes Monaci Cardinalis, sexti libri glossator. Ioannes Calderini Bononiensis Ioannes Andreæ præcipuus filius, & discipulus, uir magnæ uirtutis, & scientiæ: ut testatur Baldus consilio 221. reperitur, in primo libro. cuius uigiliæ in iure diuino extant. Florebant etiam anno 1350. Federicus Petrucius Senensis, Raynerius Foroliuiensis nomine, insignis Bartoli præceptor, Ioannes Fabri, ultramontanus, doctor magni ingenii, qui compositissima breuitate codicis libros, institutionesque uenustauit. & Iacobus Butrigarii, alius Bartoli præceptor: Simon de Bursiano Cardinalis Mediolanensis, & Paulus de Eleazariis, Ioannis Andreæ auditor Decretorum eximius: qui scripserunt super Clementinis. Hi omnes simul claruere usque ad annum 1355. Raynerius uita functus est anno 1358. post hos Lapus sancti Miniati Abbas, quæ scripsit super sexto, & Clementinis. Ioannes Palatensis de Senis, Baldi præceptor, & magnus textualis. à quo Baldus multa mutuatus est. Andreas de Isernia, quem iure optimo summum feudistam appellat Dominus Iason in l. Gallus. §. etiam si parente, in sexta columna. de liberis, & posthumis. & in commento. l. si is qui pro emptore, columna 50. de usucapionibus. & Bartolus Saxoferatus, qui meritò magister, & princeps Academiæ legalis nuncupatur. Hic, teste Baldo in l. prima, in nona columna, qui accusare non possunt, fuit homo multum inhærens practicæ: & primò fuit assessor Tuberti, postea Pisis, ubi deinde legere cœpit. Mox Perusium profectus est, unde legendo optimus euasit iureconsultus. Huius auctoritas quanta sit, nemo est qui nesciat. Audiuit Petrum de Bellapertica, Cynum, Raynerium, & Iacobum Butrigarii. uita functus est anno 1355. ætatis suæ 46. de cuius studiis ipsemet dixit in l. quidam cum filium, ff. de uerborum obligationibus. qui (si Roma.

Nicol. Mutinensis. *Ioan. Monaci.* *Ioan. Calderini.* *Federic. Petrucius.* *Rayner. Foroliuiensis.* *Io. Fabri.* *Iacobus Butrigarij.* *Simõ de Bursiano.* *Paulus de Eleazaris.* *Lapus.* *Abbas.* *Ioan. Palatensis.* *And. de Isernia.* *Bartolus.*

ma.credimus in singula.724. quęro à te) comedebat ad pondus, ut haberet ingenium pariter dispositum, & nunquam alteratum: ut eius uerbis utar. Eadem tempestate cum Bartolo claruit Frãciscus Tigrini Pisanus, cuius uita ac mores doctrinam eius maximè ornauerũt. Hic rerum singularium magnam copiam habuit, & fuit doctor Baldi, ut Baldus attestatur in capitulo uasallus. el secundo. si de feud. fuer. contro. inter dominum, & agna. Nicolaus Alexandrinus, Bartoli gener, qui inter alia repetiit §. si initium. in l. si quis ex argentariis. ff. de edend. licet illa repetitio falsò Bartolo ascribatur, ut etiam testatur Andr. Barba. post Ioanuem de Platea in repetit. rub. de fide instrumentorum, colum. penultima. & Cacialupus in tractatu de modo stud. & Alexander, licet non clarè exprimat in l. iuregentium. §. quod ferè. ff. de pactis. qui & etiam idem sentit, si rectè eius uerba corrigantur, in dicto §. si initium, in prima col. Franciscus Albergotus Aretinus, Bartoli familiarissimus. Albericus Rosatius Bergomensis, Doctor magnæ practicæ, cuius scripta (studio tamen priuato composita) extant laudatissima: & Signorolus Homodeus Mediolanens. quem laudabilis, & egregiæ memoriæ uirum uocat Baldus in c. clerici. circa medium, de iudiciis. & in consil. 264. statuto cauetur, in primo libro. & profundum, famosumque dicit Iacobus Aluarotus in capitulo primo, in principio. in 5. colum. quis dicatur Dux, uel Marchio.

Francis. Tigrini.

Nicol. Alexandrinus. rep. § si initium. cuius sit.

Franc. Albergotus.

Albericus.

Signorolus.

Bartoli nomen excepit Baldus de Vbaldis Perusinus eius discipulus, qui unà cum Angelo, & Petro fratribus tempora sua illustrauit. Horum monumenta extant laudatissima. Baldus tres habuit præceptores, Ioannem Pogliarensem, Frãciscum Tigrinum, & Bartolum: qui multum contulit ingenio suo, ut ipsemet Baldus scribit in dicto capitulo uasallus. el secundo. ubi dicit, se hos tres longo tempore audisse, & rarò ab eis se discendi studio separasse. Is præter ingenii monumenta, quæ de se prædicant, & Bartoli scriptis pares fuerunt

Baldus.

Angelus.

Petrus.

gressus, in uita etiam tantus fuit, ut facilè omnes alios iuuenis adhuc superauerit: ideo iure optimo præceptor meus Dominus Iason (de quo etiam infrà dicemus) sæpissimè admiratione quadam motus dicebat, Bal. nihil unquam ignorasse. Hocque ego ausim etiam sub religionis iuramento affirmare, eum qui Baldi scripta diligenter præ manibus habuerit, quamlibet difficilem quæstionem facilè diiudicaturum præceptor fuit Gregorii 11. ante eius pontificatum, obque famam postea à Ioã. Galeazio Mediolanen. duce, & Virtutum comite, Papiam ascitus, hic diem obiit ann. Domini 1400. 4. Cal. Maii requiescit in basilica diui Francisci, hoc epitaphio honestatus:

Vita, labor, studium, diuini cultus amoris,
Artes naturæ, regis fulgentia dicta,
Legales normæ, pastorum cœlica iura,
Ornant Baldi animum: quem pandit dogmate claro
Quisquis, nunc liquit mortalis pondera carnis
Dulcia iam gustans auctoris pascua summi.
Clauditur hic Baldus Francisci tegmine fultus,
Doctorum princeps, Perusinaque editus arce.

Eodem etiam anno Florentiæ decessit Angelus quem uenerandum, & excellentissimum fratrem suum appellat Bal. consi. 264. in 1. lib.

Petrus iuri diuino operam dedit, & tulit auxilium, eiusque plurima mentio inter Baldi, Ange. & aliorum ætatis suæ consilia. Eodem tempore claruerunt, Ricardus, & Bertolomæus de Saliceto, Bononienses, huius commentarii perutiles circunferuntur. Benedictus de Plombino, qui scripsit super aliquibus titulis ff. noui, & fecit nonnullas repetitiones quæ extant. hic fuit Baldi auditor, & subtilis ingenii, ut testatur Domin. Alex. in l. si ex toto, §. ultimo de legatis primo, claruit, & Frãciscus Baldi filius, cuius inter patris consilia plurima mentio. Non multò post in lucem uenerunt, Ioannes de Legnano, quem canonũ, & legum, & philosophiæ summum, & illustrem capitaneum appellat And. Siculus in

Ricar. de Salice. & Bertolomeus.
Benedictus de Plombi.
Franc. Bal. filius.
Ioan. de Legnano.

tract. de præst. Card. in 1. q. primæ partis hic bigamus fuit, & ideo in Cardinalem eligi non potuit, ut dixit Baldus in c. at si clerici, in pen. col. extrà de iud. & propterea sunt, qui putent, eum superioribus potius adnumerandum, quibus assentio, quia inuenio eum Bononiæ legisse anno 1360. Lapus de Castello Florentinus, alter à superiore: cuius auctoritas est magna. fuit aduocatus consistorialis, ut etiam refertur à Ludouico Romano singu. 41. conscripsit allegationes memoria dignas, & hunc quidam cum priori confundunt; & quidem imprudenter, ut colligi licet ex his quæ ipse scribit allegatione 101. in ciuitate Florentiæ. Floruerunt etiam cũ istis, Ioannes de Fantuciis, Gaspar Calderini, Laurentius de Rodulphis Florentinus: Petrus de Anchara. qui audiuit Baldum: Antonius de Butrio, Ancharani discipulus: omnes Bononienses: hic legatus missus est à Gregorio 12. ad regem Franciæ, propter schisma Benedicti: eoque anno mortuus, optatum finem illius schismatis non uidit, ut dicunt Dominicus, & Do. Felin. in procœmi. Gregor. florebat anno 1400. Franciscus Zabarella Patauinus Cardinalis, ac præsul Florentinus, in cuius funere Poggius orauit (quamuis sint qui hunc putent floruisse superiori ætate, circa annos Domini 1370.) audiuit Laurentium de Pini, & Ioannem de Legnano, ut ipse testis est in præfat. Clem. & Ioannes Petrus Ferrarius Papiens. qui iudicialem practicam composuit, usque ad annum 1410.

Lapus Florentinus. *Ioã. de Fantuciis.* *Gaspar Calderini.* *Pet. de Ancha.* *Ant. de Butrio.* *Franciscus Zabarella.* *Ioã. Petrus Ferrarius.*

His successerunt, Christophorus Castellioneus Mediolanens. subtilitatum princeps: cui iure optimo conueniunt uersus illi poetæ Carmelitani, secundę Parthenices lib. 1. in hanc sententiam:

Christophorus Castellioneus.

Atque uoluminibus legum stipate duarum,
Abstrusos animo sensus uoluebas, ut acris
Ingenii uegetas acies figebas in omne
Quod tenebris ænigma latet, mysteria miris
Inuoluta modis uisu penetrabas acuto.

Et duo fulmina iuris, Raphael Comensis, uidelicet,

Comensis

Fulgosius. & Fulgosius Placentinus: qui Castellione ĩ præceptoris scripta furto subtracta inter se diuiserunt, & Patauii publicarunt, anno 1420. ut etiam innuit D. Ias. in l. 1. ff. de

Francisc. de Ramponib. pactis. Deinde Franciscus de Ramponibus, Imolç præceptor, Petrus Maurocenus Venetus, S. R. Eccle. Cardinalis,

Io. Imolen. Ioannes Imolensis, qui uita functus est 1436. 12. Ca

Pau. de Castro. lend. Martii. Paulus de Castro, doctor aureus: qui Paduæ decessit, ubi profitebatur anno çtatis suæ 57. ut alii

Geminian. qui uolunt. Dominicus de S. Geminiano, & Matthæus

Mathesilanus. Mathesilanus Bononiens. ambo Antonii de Butrio auditores. Matthæus scripsit super aliquibus libris Digestorum, maximè de appel. notabilia quædam dicta collegit. Composuit & aliquos tractatus: alii integra edide

Lud. Roma. runt commentaria. Eadem ætas tullit Ludouicum Romanum ingenio, & memoria illustrem: quem tamen alii scribunt admodum ineptum in dicendo extitisse.

Portius. Adscribitur etiam ei nota aliqua, quod mendax fuerit:

Nicolaus. quippe qui cum aliquod somnium conabatur affirmare

Abb. Pan. falsos auctores citare non uerebatur: & præsertim iuua

Aluarotus. batur auctoritate antiquarum decisionum Rotæ, cum

Pet. Matesillan. sit difficile illas quottas inuenire, quæ adeò usque in illum diem excreuerant, ut cum difficultate perlegi pos-

Florian. sent. & ob hçc dicebat Do. Alex. in l. si cum dotem. §. eo

Io. de Ania. autem tempore. in tertia col. ff. solut. matrimo. quod parum Romano credebat. Tulit etiam Christophorũ Por

Besutius. tium, Raphaelis Com. auditorem Nicolaum de Tudi-

Ang. de Perigl. sco Cataniensem, Siculum Abbatem, & Archiepiscopũ Panormitanum, ordine, & claritudine laudatissimum.

Io. Petrut. florebat Senis anno 1430. Iacobum Aluarotum feudi

Ang. Aret. stam, Petrum Matesilanum: Florianum de S. Petro, eius

Io. de Plat. discipulum, & Io. de Ana. Bonon. Archidiaconũ, diuini

Cacialup. iuris interpretẽ eximium, & theologum eruditũ, uerita

Ant. de Alexan. tis sectatorem hic obiit anno 1455. Hoc tẽpore floruerunt Petrus Besutius Mediola. Doctor insignis. Ang. de

Mart. Lauden. Periglis: Io. Petrutii: Ang. de Aretio: Io. de Platea Ioãnes Baptista Cacialupus, aduocatus consistorialis: An-

Iacob. Put. tonius de Alexandro: Martinus Laudensis: & Iacobus

Puteus

Puteus.hi interpretationes scripserunt. Quibus succes sit Alexander Imola, à quo (ut de Tibullo cecinit Ouid. (ceu fonte perenni. *Alexan.*

Vatum Pieriis ora rogantur aquis.

Hic quasi canon fuit posterioribus, legum præcepta pe tentibus ab eo velut à lege quadam: & inter eum optimo unà cum Bart. & Baldo aliis præponimus legit Bononiæ, Paduæ, & Ferrariæ. florebat autem anno. 1460. & 1470. audiuit Florianum. & uerè dicit D. Felin. in c. 2. col. 16. de rescript. quod est lucerna ardens cathedris iuris ciuilis. Marianus quoque Socynus Senensis, quem celeberrimum Iureconsultum fuisse testatur Alex. con sil. 4. in 1. lib. & doctorem immortalem appellat Do. Feli. in proœmi. Gregor. in 8. col. Bartolomæus Cæpola Veron. Alexandri concurrens in Gymnasio Patauino qui obiit anno 1477. Angelus de Castro, Pauli filius, qui Paduæ floruit anno 1470. Benedictus Capra, Ioan nes Bertachinus Firmianus, aduocatus cōsistoralis, qui ob copiā auctoritatem laudem sibi comparauit: Laurentius Calcaneus: Baldus Bertolinus, alter à superiore: Itidem Perusinus, iureconsultissimus. & Frāciscus Aretinus. de quo id dici iure optimo potest, quod de Epicuro dicit Lucretius, uerbis tamen paululum immutatis: *Maria. Socin.* *Cæpola.* *Capra.* *Firmianus.* *Calcanens.* *Bal. Nouel.* *Fran. Are.*

Hic genus humanum ingenio superauit, & omnes
Restrinxit stellas, exortus vt ęthereus sol.

Nam præter iura, cæteras etiam liberales artes est adeptus; & princeps sæculi sui habitus. huic enim legum an guli clarius patuere. vixit in cœlibatu, opibus tamen inhians, quas cumulatissimas cognatis demum coactus reliquit, cum tamen maximè cuperet collegium funda re: cumque celeberrimum Iureconsultum dicit D. Alexand. consil. 4. lib. 1.

Eadem etiam tempestate Bononiæ claruit Andræas Siculus, quem uulgus Barbatium appellat. audiuit Ioannem Imol. ut ipse testatur in repetit. rubric. de fid. instrumento. columna trigesimaquarta. multa scri psit, quæ tamen non sunt in communi omnium usu stu- *And. Barb.*

dio

dio enim impugnandi communes opiniones, sæpissimè delirauit: ut dicit Do.Fel.in cap.cæterum col.8.de

Bellencinus rescriptis. Hic riualem habuit Bertolomæum Bellencinum Mutinensem, quem postea audiuit Felin. eumque mirificè commendat in c.2.col. 16. de rescrip. Floruerunt nō multo pòst,

Corneus. Petrus Philippus Corneus Perusinus: qui Florentiæ, Ferrariæ, & in patria annos pro

Bertolomæ. Socynus. pè quinquaginta professus, decessit ætatis tertium supra septuagesimum agens annum. Bertolomæus Socynus Senensis, Doctor celebratissimus, Mariani F. & Alexandri discipulus, qui Patri Paduæ, & Bononiæ docens, iam fessus uiuendo linguæ instrumento priuatus per triennium, Senis demum mortuus est circa annnm

Rimiraldus. 1057. Ioannes Maria Riminaldus Ferrariensis, quem acutissimnm discipulum suum, & postea clarissimum I.V. doctorem appellat D.Alexand.cons.127.viso testa

Franciscus de Curte. mento.in primis verbis.in 1. libro. Franciscus de Curte, qui uita functus est 3.Calendas Augusti 1495. Lan

Lancellotus Decius. cellotus Decius Mediolanens. uir integerrimus, Alexandri discipulus: obiit Papiæ pridie nonas Februarii 1500. Hi omnes in iure Cæsareo scriptitarunt. In ponti

Felinus. ficio uero, Felinus Sandeus, Antonii filius, Lucēsis episcopus, & Rotæ Romanæ auditor: cuius scripta hodie post Abbatem Siculum multum frequentantur. Audiuit Aretinum, licet scribendi genus diuersum à præceptoris stylo affectauerit: natus in oppido Felinæ, agri Regiensis.ut testatur ipsemet in c.Rodulfus.de rescrip. ubi etiam de parentum suorum origine posuit.hic Pisis floruit. Claruit & Ioan. Antonius de sancto Georgio Mediolanens.ex collegio iudicum, postea ob multiplicem doctrinam diui Ambrosii, in urbe nostra præposi-

Card. Alexandri. tus sanctissimus, Alexandriæ episcopus, & S.S. R.ecclesiæ Card.dignissimus. obiit superioribus diebus Romæ 6.Calend.Aprilis 1509. annum septuagesimum agens, cum ingenti totius Italiæ desiderio, & præsertim inclitæ patriæ, cui se ciuem optimum præstiterat. Seculum uerum nostrum & Ticinensem Academiam exornant &

excolunt

excolunt duo superioribus haud aliqua parte cedentes, Iason Maynus, & Phil. Decius Mediolanens. praeceptores mei. Hi leges & iura canonica supra omnes maximè illustrarunt. & tanto maiores caeteris sunt, quanto Mediolanensis ciuitas alias excellit, ut de Vergilio & Hesiodo, & de Mantua & Ascra dicunt historici, quorum laudes recensere, in tanta omnium noticia superfluum duco. & praesertim, cum singuli propriis uigiliis sint clarissimi. Ex eorum Academia, ut etiam ex equo illo Troiano, multi consummatissimi doctissimique Iurisconsulti in lucem prodierunt; quos sigillatim non referam, ne sim in praesenti opere, quàm par est diffusior. eos quilibet pro uoluntate poterit adnotare. Alciatum tamen omittere piaculum esset, qui Iureconsultorum consultissimus sine controuersia appellari potest. Is legum commentaria ad Latinam linguam restituit. Plura scripsit, ex quibus quantum legali scientiae praestiterit, quilibet iudicare potest. Cui optimè conuenit illud quod Pytius Apollo apud Ennium dixisse fertur: Eum se esse, unde reges & populi, & omnes sui ciues consilium expetant, suarum rerum incerti Maynus diem extremum clausit 12. Calend. Maii, 1519. annum agens 84. Decius uero obiit anno 1535. iam annorum nonaginta.

Iason Maynus. *Phil. Deci.* *Alciatus.*

Iureconsultorum tractatu explicato, superest nunc vt aliquas offendiculas in eodem loco Pomp. abstergamus, uidelicet in l. 2. ff. de orig. iur. Tulerunt, inquit, & sequentes leges. Codex antiquus aliter: Tulerunt & sequentes reges. tamen utraque lectio bona. Item dum legitur, Superbus Demarathi Corinthii filius. hoc annalibus Romanis contradicit: quia Superbus Tarquinius non fuit filius Demarathi, sed eius nepos ex Tarquinio Prisco, qui Lucumo antèa appellabatur. Quidam libri habent, Superbus Demarathi Corinthii Tarquinii filius: quòd quamuis historiae magis adhaerere videatur, tamen obscurissimum esset, & locutio a stylo Pomponii multũ inimica. & ideo sunt qui putent, rectius legi, si hoc

Pomp. lex corrigitur. *Tarquinius Superbus.*

ſi hoc modo uerba conciperentur. Superbus Demarathi Corinthii filius. Mihi antiqua & communis lectio magis placet, neque eſſet quod hiſtoriarum ſcriptores timeremus, ſi Corn. nepotis auctoritas in hoc ſatisfaceret: qui in libello de Viris illuſtrib. c. 7. eundem appellat Tarquinium Superbum, quem & Tarquinium Priſcum. verba eius adſcripſi: Seruius Tullus filiam alteram ferocem, mitem alteram habens, cum Tarquinii Superbi filios pari animo videret, ut omnium mentes morum diuerſitate leniret, ferocem miti, militè feroci in matrimonium dedit.

Tamen quia Liuius Romanæ hiſtoriæ pater ab Vrbe condita libro primo refert, Tarquinium Superbum primum cognominatum fuiſſe, eum qui Seruium ſocerum ſuum regno priuauit, huncque Tarquinii Priſci regis filium, aut (ut quidam malunt) nepotem fuiſſe. quod quidem ſi uerum eſt, caſtiganda eſſent tam uerba Pomponii, quàm Corn. Nepotis.

Locus ex de critis. De Tarquinio Priſco ſuperbi Tarquinii patre, meminit Plini. in 34. Demarathum (inquiens) Tarquinii Priſci Romani regis patrem. & Strabo in quinto, ubi de Tarquinio Priſco loquẽs inquit: Huius filius Tarquin. 2. extitit cognomento Superbus: qui regum extremus. eiectus eſt de regno. Proinde caſtigatius loquutus eſt Auguſtinus in ſecundo de ciuitate Dei, relatus in c. propoſito. §. 1. 32. quæſt. 5. dum Lucretiæ matronæ nobilis pudicitiam magnis effert laudibus: cuius corpore cum uiolentus Tarquini. regis filius libidinosè potitus eſſet, ſcelus ipſum marito Collatino, & propinquo Bruto indicaſſe refert. In verſic. poſtea cùm Appius, Ennius (inquit) Flauius ſcriba eius, libertini filius. Caſtiga, Cn. Flauius: ex antiquis codicibus, & Valeri.

Cn. Flauius Max. qui in ſecundo libro ſcribit: ius ciuile per multa ſecula inter ſacra ceremoniaſque deorum immortalium abditum, ſoliſque pontificibus notum, Cn. Flauius patre libertino genitus, & ſcriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus edilis curulis, uulgauit,

gauit, ac fastos penè toto foro exposuit: qui cum ad uisendum ægrum collegam suum ueniret, neque à nobilibus, quorum frequentia cubiculum completum, sedendi loco reciperetur, sellam curulem afferri iussit, & in ea honoris pariter atque contemptus sui uindex consedit. Item in uersiculo, nouissimè. dum legitur nouissimè sicut ad pauciores, uiros iuris constituendi via transisse ipsis rebus dictantibus uidebatur: uetusti codices habent, nouissimè sicut ad pauciores iuris constituendi uia transisse ipsis rebus dictantib. uidebatur. In §. Hisdem temporib. dum inquit, Velut quia tribuni suffragio creabantur: scribendum est, Vel quia tribuum suffragio, In versic. initium. ibi, Virginis quidam uera lectio est, Virginius quidam: ex Cicer. 2. de Finibus libro, Liuio lib. 3. Corn. Nepote, & cæteris. & ut res clarior sit, de Virginio Centurione talis à Corn. Nepote traditur historia. Populus Romanus cum seditiosos magistratus ferre non posset, Decemuiros legibus scribendis creauit: qui eas ex libris Solonis trāslatas duodecim tabulis exposuerunt. Sed cum pacto dominationis magistratum sibi prorogarent, unus ex ipsis Appius Claudius Virginiam L. Virginii Centurionis filiam, in Algido militantis, adamauit: quam cùm corrumpere non posset, clientem subornauit, qui eam in seruitutem deposceret: facile uicturus, cum ipse esset accusator, & iudex. Pater re cognita, cum ipse dies iudicii superuenisset, & filiam iam addictam uideret, ultimo alloquio eius impetrato, cum eam in secretum adduxisset, occidit: & corpus eius humero gerens, ad exercitum profugit, & milites ad uindicandum facinus accendit: qui creatis decem tribunis, Auentinum occupauerunt, decemuiros abdicare se magistratu præceperunt, eosque omnes, aut morte, aut exilio punierunt. Appius Claudius in carcere necatus est. Quo autem nomine singuli hi decemuiri uocati sint refert Liuius ab Vrbe cond. lib. 3. & tex. in cap. Moyses. & in cap. sequen. 7. dist. & retuli in prioribus Memoralibus, in di-

Virginius Centurio.

Virginia Lucij Virginij filia.

Appij Claudij mors.

ctione

ctione leges diuinas. In eodem §. initium. uindicias (inquit) filiæ suæ à se abdicasse: aliqui codices abdixisse: sunt & qui abiudicasse, quod est iudicio abstulisse. Vindicias autem concedi dicebant antiqui, ut apud Liu. ab Vrbe cond. lib. 3. & hoc loco Iureconf. si permissum fuisset puellæ, de cuius statu agebatur, donec causa uentilebatur, ut ipsa in possessione suæ libertatis remaneret: quod non permiserat Appius. Possumus etiam dicere, uindicias Romanos dixisse, quando iudex constituebat alicui tempus ad defendendum, uel uendicandum res suas. Et dum subdit Pomponius, Brutum uindicias secundum libertatem dixisse in persona Vindicis Vitelliorum serui: codex antiquus Vindicii, non uindicis, quæ lectio uerior est, ex Liuio in 2. lib. ab Vrb. cond. circa princ. Vindicio (inquiens) ipsi nomen fuisse. & Plutarch. in uita Publicolæ, ubi latius refert historiam hanc Bruti. In eo. §. initium. ibi, populique consensu partim in carcere necari, & reliqua. super hoc sæpius dubitaui. nam dictio Partim geminatè semper profertur, ut apud Caium in l. 3. ff. fam. hercisc. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & apud conditores institut. in §. quod si partim. de rerum diuisi. Tullius Epistolarum famil. primo, ad Lentulum: in his uerò ulciscendis quos tibi partim inimicos esse intelligis, partim inuidere. & ad Valerium Iureconsultum, Partim te superbum esse dicunt, quòd nihil respondeas: partim contumeliosum. Præterea Liuius etiã refert, ex decemuiris Appium, & Oppium in uincula coniectos, spontanea morte iudicium præuenisse, eorũ autem collegas exilii causa solum uertisse. Et ideo sunt qui putent, in hoc loco uerba hæc desiderari: Populiq; consensu partim in exilium acti, partim in carcere necati, quod etiam colligi potest ex historia Corn. nepotis, quam suprà eodem capite retulimus. Non eo tamen inficias, partim etiam absque geminatione posse obseruari, ut apud Iustin. institu. de testamen. circa princi. & apud Gell. in 10. c. 12. lib. & Censorin. quem retuli suprà in dict. Dies, nisi Censorini uerba sint defectiua.

Vindicias concedi.

Partim.

In §.deinde cum esset, dum glossator dubitat de uera lectione, circa uerbum Hastæ, dic hoc clarum esse apud oratores. Ideo Sueton. in Augusto: Centurialem hastam (inquit) quam quæstura functi consueuerunt cogere, decem uiri cogerent. Valer. Maxi. lib. 7. Notæ insanię Tutidanus testamento filium instituit hæredem, quod Titus Longus sanguine ei proximus, hastæ iudicio subuertere frustra conatus est. *Hasta Centumuiralis.*

In eo. §. ibi, decemuiri in litibus iudicandis dictio In, superfluò addita est. sunt tamen qui legant, Centum uiri, à quibus Centumuirale iudicium. Nam cum essent Romæ 35. tribus, quæ etiam curiæ appellatæ sunt, tres ex unaquaque curia electi fuerunt ad iudicandum, hi Centumuiri appellati sunt, numero perfectiori, quamuis quinque ultra centum superessent, ut etiam scribit Pompeius. Lectio tamen antiqua potest teneri, ut intelligamus, quòd ex Centumuiris decem specialiter constituti essent ad lites tantummodo iudicandas. Et dum paulo infrà subdit, Quinque uiri constituti sunt cis Tyberim, & ultra Tyberim, legendum, citra Tyberim, & ultra Tyberim.

In §. quoties autem. Ergo ex his, inquit, omnibus decem Tribuni Pleb. cōsules verò duodecim, & octo prætores, & reliqua, scribe, consules verò duo, decem: & octo prætores. hocque clarum est ex his quæ superius Iurecon. enumerauit. Item in §. iuris ciuilis. Post hunc (inquit) Appius Claudius eiusdem generis maximā scientiam habuit, hic Centinianus appellatus est. scribe, Centimanus. de quo Corn. Nepos ita scripsit. Appius Claudius Cæcus, in censura libertinos quoque in senatum legit. hic uiam usque Brundusium lapidibus strauit, unde illa Appia dicta est, aquam Anienem in urbem induxit, censuram solus omni quinquennio obtinuit. Cum de pace Pyrrhi ageretur, & gratia potentum per lęgatum Cyneam precio quæreretur, senex, & cæcus lectica in senatum latus, turpissimas conditiones magnifica oratione discussit. Valer. quoque Max. lib. 8. tit. de *App. Claudius Cæcus.* *Via Appia*

tit.de senectute, refert Appium Claudium fessum iam uiuendo, lectica se in curiam deferri iussisse, ut cũ Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. quod etiam testantur Liuius, Cicero, & alii. Et ex istorum testimonio corrige mendam apud Vlpian. in l. 1. §. casum. ff. de postulando. ubi interpres quædam puerilia retulit, quę tanto viro minimè conueniebant. In eodem. §. Gaius Scipio Nasica: scribendum est, Caius Scipio Nasica. parum quidem interest, sed, quoad fieri potest, uindicanda semper est ueritas, etiam sine aliqua precij spe. Caius enim per C. scribitur, sed per G pronuntiatur, teste Seruio: sicut & Cn. Pōpeius, & Amurca, de quib. scripsi infra in dict. Penoris legato. quod etiam in antiquissimis marmorib. obseruabimus. † Valeri. Mar. in libro suo de prænominibus, scribat antiquos usos G loco C, Hic, ut referunt historici, uir optimus iudicatus, matrem deum hospitio recepit. is cum aduersum auspicia consulem se à Graccho nominatum comperiisset, magistratu se abdicauit: censor statuas, quas sibi quisque in foro per ambitionem ponebat, sustulit: Consul Delminum urbē Dalmatarum expugnauit: Imperatoris nomen à militibus, & ab senatu triumphum recusauit oblatum. Eloquentia primus, iuris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus: unde uulgò Corculum dixerunt. In §. Seruium autem. dum inquit, Ab Albo Lucilio: exemplaria antiqua legunt, Balbo Lucilio. Sed Pomponius Lætus in libello de Romanorum magistratibus, à Lucilio Balbo, mutato ordine. In §. ad hoc plurimi. dum Iureconsul. hic enumerat plures iuris peritos, eos aliter Pōponius Lætus hoc modo. Alphænus Varus, C. Flauius, A. Ofilius, T. Celsus, Aufidius Cura, Aufidius Mamusa, Flauius Priscus, C. Atteius, Antistius Labeo Paternus, P. Cellus. Sunt tamen quib. neque Paternus, neque Pater cina placeat, sed pater Cæcina legendũ putét: cuius meminit Cicero in epistolis, & Seneca tertio naturaliũ quæstionũ, Facũdus, inquiens, hercle vir Cæcina, si habuisset aliquãdo

Vlp. locus.

Caius quomodo scribatur.

† Fortè legendum: Val. probus Scipionis Nasica laus.

Corculum.

in eloquentia nomen,& nisi Ciceronis eum præcessisset umbra. De Cæcinna filio, Plinius in 10. lib. c. de hirudinib. In §. post hos quoque Tubero, ibi, & ut obitum sciamus; Castiga, & ut obiter sciamus. ex uetustis codicibus. In §. vlti. Fuit, inquit, eo tempore & Nerua filius, Pomponius Lætus legebat, Nerua alius. tamen antiqua lectio magis placet, & de Nerua filio meminit etiam Vlpia. in l. 1. §. 1. ff de postula. *Cacinna.*

Multa alia omitto, quæ mendosa in eadem leguntur lege, ex quibus nonnulla correximus suprà in priori libello Memoral. in dictione Iuris ciuilis. sequuti Pomponium Lętum, antiquitatis optimum conseruatorem.

Iurisdictio ordinaria non intelligitur data, nisi de ea appareat per instrumentum publicum. ita sing. Bald. in l. prohibitum, col. pen. circa medium. C. de iur. fisci. lib. 10. & pro sing. not. Do. Ias. in l. more. in 8. col. uers. item aduerte. ff. de iurisd. om. iud. & ante eum commendauit And. Sicul. in tract. de præst. Card. in 1. q. 2. partis. in 3. col. in 6. arg. & est casus memoria dignus ad glo. sing. in c. 1. §. postquam autem. in uerb. in scriptis. de cēsib. lib. 6. quæ enumerat plures casus in quib. necessariò requiritur publica scriptura. & illa gl. ad hoc est melior de iure, secundum D. Alex. in l. pactum quod bona fide. C. de pactis. Et ideo alibi singul. idem Bal. in c. 1. §. ad hoc. in 2. colum. uersic. quæro nunquid possit. in tit. de pace iur. firm. decidit, quòd gratia facta super iurisdictione sine sacris apicibus non potest probari. per l. unicam. C. de mandatis principum. quæ solum loquitur de iurisdictione ordinaria, secundum Barb. in dicto tract. de præst. Card. in prima quæst. ultim. partis. in 4. col. sed tamen quòd d. l. unica. loquatur etiam in iurisdictione delegata, inuenio alibi tenuisse Bald. in l. aliquando. in 4. quæst. ff. de offic. procon. & leg. vbi sing. declarauit prædicta procedere, quando princeps de facili consuli non posset: quia hoc casu non potest probari iurisdictio per testes. Secus, si esset vicinus. per tex. singu. in l. mutus. §. is qui. ff. de procu. *Scriptura publica quibus casibus requiratur.*

per quam l.dicebat ibi Ange.ualde sing. circa princip. limitari omnia iura dicentia, quòd quando dubium est de mandato, admitti debet procur.cum cautione de rato.ut l. 1.C.de procur.l.non solum.§. qui alieno cum similib.ff.eod. nam hæc iura procedunt, quando dominus est absens.Secus, si præsens.quod putat Angel.ęterna memoria dignum, & pro sing. approbat Lud. Rom. sing. 114.duodecimò uolo.

7 *Iurisdictione* super aliquo castro concessa, non uenit merum imperium, etiam si in concessione dictum sit,

Omnis. Concedo omnem iurisdictionem:quia uniuersalis Omnis, non prædicatur de pluribus differentibus specie, sed numero. ita singula.Bal.in c.quanto. in 1.col. uers. item si in uendicatione.extrà de iudic.& hanc decisionem dicit perpetuò notandam, & memoria dignam, Domi.Ias.in l. imperium . columna quinta, uersiculo quartò moueor.ff.de iurisdictio. om. iudic. & sequitur Domin.Fel.in c.quod sedes.col.2.in fin. & sequent. de offic.ordina.

Ius accrescendi licet non habeat locum in feudis, tamen fallit, quando princeps in concessione diceret. Cō

Cuilibet. cedo tale castrum uobis Petro & Ioanni, & cuilibet uestrum.ita singu. Bal.in c. 1. §. filia uero.ad fin.de succ. feud. quod dictum pro singu.& ualde signando latè refert Do.Ias.in commento l.re coniuncti.col.50. uersic. suprascripta singul.limita.ff.de leg. 3. & sequitur Dec. consil. 108.ista uidetur quædam societas.ad fi.& consil. 326.in casu proposito.col.1.post Alexand.in l. si mihi, & Titio.col.antepenul. uers. quod si dicatur. de uerb. obl.& cons.30.col.3.uers.3.considero. lib. 1.Secundo fallit, quando concessio proueniret ab ipso Imperatore, uel aliquo rege.secundum Bal.in c.1.de duob. fratr. à c.inues.ubi dicit, esse hoc in illis speciale, argum.text. sing.in l.unica.C.si socius imperia.liber.lib.10.& idem etiam repetit in alijs locis, ut tradit Alex .d . cons. 30. col.3.& cons.24.col.3.uers.& attento, lib.5. Ias. in l. re coniuncti, columna 48.uersic. 3. limi. de leg. 3. ubi latiss.

tiss.disputat de ueritate, & retuli etiam suprà in uerb. Feudum.

Ius dicendi nullum nondum agnitum, transmittitur ad quousque per filium præteritum ex potentia suitatis. ita singu. Bald. in c. sciscitatus. in ult. col. uersic. porrò extrà de rescript. quòd est sing. dictum, à nemine legistarum tactum, secundum D. Ias. in l. si infanti. in 7. col. uersi. quid subiicio. C. de iure delib. ubi tamen eum reprobat, tum quia lege non probatur, tum etiam quia ratio per quam mouentur Bar. & Docto. ibi ad tenendũ quòd hæreditas patris ab intestato non adita, transmittitur ex potentia suitatis, est, quia lex facit filium ab intestato suum hæredem, & necessarium. & ideo dominium dicitur continuari à patre in filium, l. in suis. de libe. & posthu. Sed ista ratio non potest habere locum in filio præterito, qui antequàm ab intestato succedat, oportet quòd dicat testamentum nullum. unde dicit præceptor meus D. Iason, se non uidere quomodo ex potentia suitatis possit transmittere ius dicendi nullum. eodem fundamento etiam reprobat hoc dictum, sing. Bald. Item D. Ias. ubi dicit, quod nemo de eo facit mentionẽ. in l. si à primo in 1. not. ad fi. de lib. & posth. Sed animaduertendum est, quia huic fundamento potest de facili responderi: neque uerum est quòd præteritio sola faciat cessare suitatem, & continuitatem dominii, sed requiritur exhæredatio. ita expresse declarat Bar. in d. l. in suis. uers. quæro, quæ est ratio, quòd filius, &c. & ibi communiter doct. sequuntur. Si ergo remanet dominus, ut dicit Bart. ergo transmittet: ergo eadem ratio militat etiam in præterito. Propterea subdit D. Ias. in d. l. à primo. quòd est tutum recedere ab opinione Baldi, imò idem D. Ias. in l. cum mota. in 3. col. uersic. sed audi nouum dubium. C. de transactio. tenuit dictum Baldi uerum esse, quoad hæredes suos, sed non quoad extraneos. Tamen etiam quoad extraneos hæredes, puto ueram opinionem Bal. tenendo communem doctorum conclusionẽ, quòd hæreditas patris non *Pro Baldo.*

adita tranſmittatur à filio in poteſtate ad quoſcunque. cum in hoc non ſit differentia inter filium inſtitutum & præteritum, quos lex facit hæredes neceſſarios. & licet præteritus habeat neceſſe dicere teſtamentum nullum, hoc fit ad declarandum eum hæredem, non quòd ex eo fiat hæres de nouo, cum ſit: & aliud eſt de nouo inducere, aliud inductum declarare, iuribus in uulgaribus. & declarat Paul. in l. hæredes palàm. §. ſicut. col. 2. ff. de teſtam. & reaſſumit Dec. in l. 1. col. 1. C. de impu. & al. ſub. Hæc dixi, non ut præceptori contradicam, ſed propter affectionem quam habeo ad Bald. monumenta, qui ſententiam noſtram deciſionib. opulentam reddidit: ut firmiter credam nullum dubium ex facto incidere poſſe, quod ex Bal. lectionibus clarũ reddi nõ poſſit.

Baldi opulentia.

Iuri præſtandi cautionem præſcribitur *ſpacio* 30. *vel* 40. annorum, ſecundum Bald. ſing. in c. cum non liceat. in 1. col. extrà de præſcript. da quo ſcripſi infrà in uerbo Legatarius.

Iuri adeundi uel immiſcendi regulariter præſcribatur ſpacio 30. annorum, iuxta l. ſicut. & l. omnes. C. de reſcrip. 30. ann. tamen eſt ſing. cautela, ut etiam uſque an. 60. quis non excludatur. Puta, defertur hæreditas filiæ ex teſtamẽto matris, cui etiam ab inteſtato poterat ſuccedere, nam ſi ſtetit per 30. an. & poſtea petat infra alios 30. an. ab inteſtato debet admitti. iſtam ſing. cautelã tradit Bal. in l. licet. col. ul. uerſ. 4. quæritur. C. de iure del. ubi refert, ex facto conſultum per Bar. in conſ. 129. quidam habuit uxorem. in ſimili quæſt. uidelicet quod licet filia excluſa ſit ſpacio 30. ann. a capite unde liberi, tamen habet alios 39. ann ex generali capite unde legitimi. arg. l. 1. §. ſed uidendum. ff. de ſucceſſ. edict.

Cautela ſingul.

Et hęc dicit Bal. memorię commendanda, quia utilia filiis in ſucceſſione parentum. ex quibus ſing. infert, idem fore in tẽpore quod datur filiis ad deliberandum, per l. cum antiquioribus. C. de iu. delib. quia hoc modo duplicabitur. & hęc dicta Baldi pro ſing. commendat Do. Alex. ibidem, & defenſatur ab impugnatione

Sal.

Sal.& sequuntur alii Mod.estque aurea cautela. & pro singul.& peregrina latè reassumit D.Alexand. in l.3.in 2.3.& 4.col.ff.de acq.hære.ubi dicit bis pro ea consuluisse.& ibi etiam alii posteriores,& idem D. Alex.consil.89.uiso puncto.col.2.& consi.seq.col.1. ad fi. & seq. lib.2.& pro singu.etiam simpliciter citat D. Ias. in l. 1. col.pen.uersi.& pro ista.C.qui admit.& in l.3. ad fi. C. de iur.& facti ignor.ubi refert illa duo consilia, ad quæ se retulit D.Alex.in loco præallegato.& idem Ias.consil.84.puto quòd.col.antepen.& pen. lib.1. *Cautela.*

L



ABRA apud antiquos in balneis, fossæ lapideę dicebantur,ut scribit Vitruuius. Labra etiam crateres lapideos significant, quibus aqua saliens ex siphunculis concipitur. & de his intellexit Vlp. in l.funes. ff. de act. empt. quem retuli supra in aliis Memoralibus, in dictione Aedibus: licet aliqui aliter,& satis extra propositum. *Vlp.locus.*

Laicus qui post delictum commissum ingressus est religionem,uel factus est clericus, an pro hoc euitabit forum seculare? Certum est quòd non, si constat factum in fraudem, puta quia iam erat formata inquisitio: ut concludunt Bar.& Scrib.in l.1.ff.de pœnis.& in aliis locis communibus.& tradit Bartho.Veron. caut.9. si quis commisit.Sed hoc limitari debet, quando aliquis bona fide emisisset uotum intrandi religionem,& postea delictum aliquod perpetrasset, deinde uotum perfecerit,& sic religionem esset ingressus: nam tali casu bene euitabit iudicium seculare.ita sing.Bal.in l.1.ad fi. C.an ser. ex suo facto. quia cum istius status esset implicitus, & obligatus tempore delicti,de eo iudicandum est, ut de clerico secundum Bal.quod dicit tenēdum fixum menti. & eius dict. pro singul.commendat, & sequitur Do. *Voti effectus.*

Iaſ.in l.pen. in prin.in ult.no.ff.de iuriſd.om. iud.& eſt memoria dignum,pro euitando foro ciuili : licet de ea non fuerit memor Cepolla in loco ſup.relato.& pręſertim quia in hoc,an emiſerit uotum ante delictum, uel post,ſtandum eſſet ſuo iuramento, ut etiam concludit D.Iaſ.in d.l.pe.poſt Bart.in l.Celſus.col. 1.ad fi.uerſi. etſi dicatur.ff.de uſucapio.nam in iudicio animæ cuilibet eſt credendum,ut dicit gl. not. iuncto text. in c. ſignificaſti.el 2.in uerbo, Credendum.& ibi Do.Abb.ad hoc not.de homicid. & per illam gl. in pulchro caſu ita concludit Matheſ.not.57.nota mirabilem doctrinam: quia non eſt ueriſimile,quod quis ſit immemor ſuæ ſalutis,ut dicit Imperator in l.ult.C.ad l. Iuliam repet. cuius lex hodie canonizata eſt in c.ſancimus.in q.7. & ad hoc illam l.citat Alexand. conſ. 92. perſpectis his. col.penu.uerſ.& præſertim lib. 1. Sicut etiam dicimus in ſimili.nam quando quis propter paupertatem nō poteſt inuenire fideiuſſores, tunc admitti debet iuratoria cautio iuxta ea quæ ſcripſi ſuprà in uerbo.Cautio.poſt ſing.dictum Bal. in authen.cui relictum.in 2.col. uerſi. attende hic. C. de indic. uid. tol. certè iſto caſu quòd quis non reperiat fideiuſſorem, de hoc ſtabitur eius iuramento.ita ſing.Bal.in l. 1.§. 1.per illum text.C. de aſſer.tollend.de quo ſcripſi ſuprà in uerbo,Iuramentum. Et iuxta prædicta annecti poteſt ſing.deciſio Arch.in c. præſul.2.quæſt.5.ubi quæſiuit,an priuilegia ibi enumerata,ut contra Cardinalem,non ſufficiant minus quàm 72.teſtes,ſi ſit epiſcop.uel 54.ſi eſt presbyter:uel ſi diaconus Cardinalis 27.an hæc priuilegia competant Cardinali, contra quem agitur crimine commiſſo antequā in Card.conſecraretur. & decidit ibi ſing. Arch. quòd non.per.d.l.1.ff.de pœnis,tamen in hoc cōtrariū cōcludit latè Andr.Sicul.in tract.de præſt.Card.in 11.q.primæ partis,ubi late diſputat. & eſt qō memoria digna, ad limitationē d.l.1.& eorū,quę ibi per doctores tradūtur.ff.de pœnis.& pro extenſione d.c.pręſul.quod duobus modis declarat Lud. ſing. 207.ad idē dicit ſtatutū.

Iuramentū probat uotum.

Lamina

Lamina, an lamma, legendum℥ fit apud Vlpia. in l. Qu. Mutius. ad fin. ff. de aur. & arg. leg. quæri solet, dum inquit: Argentum factum rectè quis ita definierit, quòd neque in massa, neque in lamina, neque in signato, neque in suppellectili, neque in mundo, nec in ornamentis sit. Ego antiquę lectioni inhæreo, & puto laminam posse appellari auream, argenteam, electream, aurichalcheam, æream, ferream, plumbeam, stanneam, ligneam, & corneam, siue ex quauis alia materia Plin. lib. 16. de cornea. Vrorum cornibus barbari Septentrionales potant, & mox apud nos in laminas secta translucent. Idem de ferrea: Decussi, inquit, fragmenti paululum, quòd in lamina ferrea teratur, efficacissimum experimétum excusant mangones gemmarum. Ouid. Metamorph. lib. 9. Ipse cruor gelido ceu quondam lamina candens. Qu. Curt. lib. 8. de gestis Alexandri: Itaque necubi uinceretur, cum cæteris præstaret, scutis argenteas lammas addidit. Differt autem à bractea (ut etiam docet Laurent. Valla) quia lamina crassior est: bractea uerò tenuis, & sua sponte plicabilis, proprieque ex auro, argento, & electro conficitur: cum lamina ex quacunque materia constet, ut dixi. Ex lamina armatura conficitur. hac in causa olim homines torquebantur, ut testatur Leonida seruus apud Plautum in Asinaria. quod etiam tempestate nostra factitatum esse à barbaris, non est in obscuro. Hęc non crepitat, ut in bractea, præ tenuitate, apud Vergi. Aeneid. 6. legimus, dum inquit,

Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea uento.

Veruntamen ita tenuis nonnunquam bractea est, ut crepitare non possit. ut illa ex qua fit aureatura, & argentatura. bracteis enim antiqui inaurare simulachra solebant, ut scribit Valer. Max. sed unguibus plerunque auferebantur. & ideo dixit Martial.

An magis astuti derasa est cute magister,
Bractea. & ob id (ut refert Sueton. Tranquillus) damnatus est quidam seruus, quia bracteam deraserat. Diuus

Vlp. locus.

Bractea.

tamen Hieronymus ad Fabiolum, innuit bracteam, & laminam idem esse, cum inquit: Auri laminæ, id est bracteæ, mira tenuitate tunduntur.

Lanæ appellatione, an ueniat lana, quæ neta est, ut puta stamen, & substamen, quæsiuit Vlpianus in l. si cui lana. de legat. 3. apud quem uerba hæc uariæ reperiuntur in uetustis codicibus. Quidam habent substamen, ut dixi, quasi non omnino stamen. & ita facit natura huius dictionis sub, ut subdubito, subrideo. Vergil. Aeneid. 1. ex Iouis persona ad Venerem,

Stamē quid *Sub.*

Olli subridens hominum sator, atque deorum.

Stamen autem dicitur à stando, quòd eo stet in tela omne uelamentum, eo quòd firme stat dum texitur. non id quod hinc inde trahitur. Propertius,

Nam modò purpureo fallebam stamine somnum.

Et Iuuenal. Satyra secunda,

Post tenui prægnantem stamina fusum.

Subtegmen quid. *Trama.*

Alii codices legunt, subtegmen. & est id quod subsit stamini, quod Persius Tramam dixit: Mihi trama figuræ Sit reliqua. Hieron. ex quibus facta fiala torquentur, cùm subtegmine trium colorum. idem in Exod. Inciditque bracteas aureas. & extenuauit in fila, ut possent torqueri cum priorum colorum subtegmine. & idem Vlpia. ad calcem l. præallegatæ: Purpuræ appellatione (inquit) omnis generis purpuram, & subtegmen factum contineri, nemo dubitat.

Vlp. locus.

Latomiæ apud antiquos locus dicebatur, ubi lapides cædebantur. T. Liu. in 8. lib. belli Punici, Comprehensa postea priuata ædificia, comprehēsæ latomiæ, forumq; piscarium. Meminit & apud nos Callistratus in l. succurritur. titulo, ex quibus causis maior. licet in uulgatis codicibus Latumiis mendosè scriptum sit. Ad has latomias damnari solebant hi, qui in opus metalli condemnabantur. Plautus Tindarus in latomias ab Egione dānatur. idem in Pœnulo, Ita me dii, inquit, ament, in latomiis, uel in pristino mauelim agere ætatem. Erat etiā locus in urbe prope Tullianum, qui latomia dicebāt. T. Liuius

Locus Callistrati.

Liuius lib. 2. belli Macedonici: Triumuiri, inquit, carceris latomiarum intentiorem custodiam habere iussi, & in 5. lib. Macedonici belli, de principibus Aetolorum loquens: Romam, inquit, deducti, & in latomias coniecti sunt. Latomiæ præter hæc etiam dicebatur carcer quidã Syracusis, lingua Siculorum, in quas (teste Tullio) si qui publicè custodiendi erant, ex omnibus oppidis Siciliç detrudebantur. Hoc exemplum ætate nostra renouatum esse dicitur à Florentinis, qui captiuos Pisanos in latomias, ad opus ubi lapides cædebantur, condemnarunt, & de his clarè sensit Iureconsul. ut etiam apparet ex illis uerbis: quia nihil interfit, parietibus an cõpedibus teneatur. Et eodem modo castiganda sunt uerba Vlp. in l. 1. ad fin. ff. de aleç usu, & aleatoribus. *Vlp. locus.*

Legalitas unius ex testibus supplet defectum alterius ideo signanter dicit Bald. in l. si quis ex argentariis §. 1. per illum tex. ff de edē. quòd si unus testium sit infamis infamia facti, alter uerò multum fide dignus, quòd ambo faciunt plenã probationem: quasi integra fides unius alterius maculam cooperiat, quod est bene notandum, secundum eum, & hanc decisionem commendat Dom. Alex. in commento. l. sæpè, in 33. col. uer. sed uidend. ff. de re iud. & in cons. 24. animaduersis. in 6. col. uersi. nec prædictis. in 2. lib. & consi. 56. uiso processu, col. ultima eo. libro, & Dec. consilio 133. uiso, col. 3. post prin. cum similibus, ut per D. Felin. in capitulo tertio loco, ad finem, de probat. & in capitulo testimonium, in 2. not de testi. & in capitulo nobis. in 1. not. de simon. & in capitulo 1. col. 3. & 4. de præscr. & D. Ias. in l. si constante. in prin. super 2. q. glo. ff. sol. matr. & in auth. si uero contigerit. circa med. & in authentica *iubemus*. in penultima & ultim. colum. C. de iudic. ubi multa similia collegit, concludentia, quòd sæpe propter magnam legalitatem personæ recedimus à reg. iur. communis. quæ etiam latè refert Felin. in c. super his. col. si de accus. Inter alia nota illustre dictum Hostien. in c. finem litib. in penul. col. de dolo, & contuma. ubi dicit, quod bonus uir, & integræ

Fides consideratur. tegrę opinionis,etiam iustè succumbens,non præsumitur calumniosè litigasse: & ideo excusatur ab expensis, quod dictum pro singu.refert,& sequitur Barb.in repe. rub.extrà de fide instrumentorum,colum.38.in prin. & in cons.3.infrà allegando,in 16.col.post prin. D.Ias.in repet.l.admonendi.col.74.in fi.& seq.ff.de iureiurand. ubi aliqua addit,& in l.properandum. §.sinautem alterutra.in 3.col.ad fi.& sequenti, C.de iudic. & in l. 1.in prin. col.2. in fin.& seq. ff.de eo per quem factum erit. Accedat tex.ualdè nota.& sing.in l.si quis stipulatus sit Stichum.§.ult.& ibi latè Do.Ias.in 1.& 2.not. ff.de uerbo.obliga.ubi legalitas ita consistit in fide, sicut in diuitiis.adeò quòd persona honesta excusatur à satisdatione,ubi aliàs requireretur.de hoc est gl. singul. in l. 1.§. meritò.in uerbo,qualitatem. ff.de ripa muniend. quam pro sing.citat,& commendat Bal. in pluribus locis relatis per D.Ias.in l.1.col.pen.uer.5.facit. ff.qui satis.cog. & in l.diuortio,§.pen.in 3.col.in 5.simili. ff.solu.matr. & in d.l.si quis stipulatus.§.ultim.in 1.nota. And.Sicu. consilio 3.clementissimi Dei.colum.16.uersiculo,& dixit.libro 2.

Et propterea decidit nota. Angel.in repet.l.falsus. in 1.col.uer.sed tu tene. C.de furt. quòd licet procurator constitutus ad exigendum, non possit solutionem recipere; tamen fallit in homine magnæ fidei, qui posset solutionem recipere à uolente. & hanc decisionem approbat D.Alex.in l.3.in 2.not.ff.solut.mat. Hinc etiam dixit signanter Speculator,in tit.de iudice deleg. §.superest uidere,uersicu.quid si non est consanguineus,quòd licet iudex affinis aduersarij mei, possit recusari à me: tamen fallit ratione qualitatis personæ, ut si esset monachus Cartusiensis secundum eum,& hanc decisionem pro sing. citat, & sequitur D.Alex. in l.qui iurisdictioni.in 6.fall.ff.de iur.om.iud.& ibidem D. Ias.in 13. limita. ubi tamen pungit in contrarium: & sequitur Do. Ias.in auth.iubemus.in pen.col.uer.2.facit. C. de iudi. & D.Felin.in capitulo,causam quæ,in uer. 6.fallen. de *Personæ qualitas inspicitur.*

offic.

offic.deleg.ubi tamen Dec. in 4.not. per illum textum eam reprobat. sed eum sequitur Ias consi. 12. colum.4. uers.4.lib.1. Et istis possunt annecti, quę scripsi infrà in uerbo, Nobilitas, & etiam unum singularissimum dictũ D. Card. in consi. 142. punctus quæstionis seu dubii. in ult. colum. ubi tenuit, rescriptum secundum derogans priori non ualuisse: quia in priori rescripto dicebatur, q͞d propter scientiã sacræ paginæ, quæ resplendebat in impetrante, Papa fuit pro eo inclinatus, & de hac qualitate, in secundo rescripto non erat facta mentio, prout erat necessarium: quia causa facti magis est inquirenda, quàm factum, ut dicit gl. in c. occidit. in uerbo, & ad causam. 23. q ult. & hoc dictum pro singularissimo commendat, & sequitur D. Fel. in c. dilectus filius. el 1. col. pen. uer. tene menti. extrà de rescrip.

Legatum rei alienæ, quam testator putabat suam, non ualet §. non solum inst. de leg. consuluit Bal. consil. 84. testamentum dictæ Florutiæ. in 2. lib. & Corn. cons. 32. licet prima facie. in primo lib. Sed limitatur, nisi esset legatum factum filio pro legitima sua: quia ne testamentum rumpatur, debetur sibi extimatio. ita singu. Bal. in l. pen. in prin. columna 2. uersiculo extrà quærit Guil. C. de inofficio. test. & pro singu. commendat Do. Ias. in l. cum alienam. col. 3. in 5. fall. C. de legatis. ubi pungit in contrarium.

Legatum factum à testatore, qui postea superuiuens soluit, potest reuocari unà cum fructibus perceptis à legatario. ita sing. uidetur uelle Bal. in l. 1. in ulti. colum. uersi. unum scias. C. si quis omissa causa testam.. iunctis his quæ scribit in l. ult. C. de usuris, & fruct. leg. & hæc dicta Bal. ita declarata pro sing. commendat Crem. no. 15. si legatum, & ex facto ego obtinui in causa propria, contra uenerabilem fabricam templi maioris Mediolani. Et bene facit nota. regula, q͞d titulus reuocabilis facto testatoris non parat acquisitionem fructuum. ita singu. no. Ange. Do. Alex. & Mod. in l. cum quis. per illum textum. ff. de cond. ob cau. Neque huic declarationi ob-

stat

ſtat gl.ſing.quæ ſolet in contrarium allegari, in l.generaliter dicimus,§.plane,in uerbo,ex aliqua cauſa, ff.de fideicom.lib.quæ dicit, ꝙ fructus non reuocantur cum donatione:quia loquitur in donatione inter uiuos,in il lis caſibus,in quibus poteſt reuocari : ſed in donatione cauſa mortis.ſecus eſt, ut dicit textus in l. cum quis. & conſuluit Bald.conſilio 294.donatio.in 3.libro ; & tali donationi æquiparatur hoc legatum, propter traditionem ſecundum Bal.in locis præalle. Et ideo alibi idem Bal.in l. ſecunda,col.ſecunda,uerſi. ſed iuxta prædicta, C.de iure dot. decidit multum notabiliter , quòd ſi teſtator legauit mihi fundum , & poſtea ſuperuiuens ſimpliciter illum mihi donauit, non facta mẽtione mortis: quòd,tum non intelligitur uoluiſſe donare inter uiuos, ſed potius præuenire legati præſtationem,quod eſt memoria dignum ad l.Lucius,la j ff.de leg.ſecundo,& ante Bal.hoc expreſsè decidit Bar.in l. legatum,la picola, circa finem, de legatis ſecundo. Et ex his redditur dubium illud , quod conſuluit Paulus de Caſtro conſilio 236.dubitatio uertitur de bonis , in ſecunda colum. in primo dubio in antiquis , ubi concludit, quòd legatum ſolutum per teſtatorem , dicitur haberi inter uiuos , & amittit naturam ultimæ uoluntatis,niſi fauore ſuſtinendi teſtamenti,& idem Pau.conſilio 2.ſubſtitutio quę facta fuit,colum.prima,circa finem in antiquis , ubi ſimiliter conſuluit,quòd quando quis conſequitur legatum in uita teſtatoris,uidetur habere ex cauſa donationis,niſi à teſtatore expreſſum ſit,quòd in cauſam legati ſoluebat.& idem Pau. in d.l.Lucius,colum.prima, uerſiculo,ſed quid ſi teſtator.Quid autem econtra,ſi teſtator rem legatam uendidit,uel pignorauit,uel creditum legatum exegit : latè & notabiliter declarat Bald. poſt Cyn.in l.tertia,C.de legatis , & conſuluit Domi. Alexand.conſilio 168.& ſequen.libro ſexto,& Aret.conſi. 46.uiſo teſtamento,in ultima columna.Corne.conſilio 26.libro ſecundo,Angel.de Aret. in §. ſi rem . inſtitutio.de legatis.ubi reaſſumit dicta per Bald.in d.l.tertia.
& eſt

& est tex.in l.si ex toto in principio, & in l. si sic, legatum.§.si mihi,de leg. 1.& in l.fideicom.§.si rem, de lega. 3.& ex facto sępissime incidit.

Legatum factum Titio de possessionibus in gaudimentum,an comprehendat proprietatem, & an transeat ad eius hæredes,Bal.singu.in l.si habitatio,§. primo ff. de usu,& habit.tenet ꝙ sic,& pro sing.commendat Crem. not.33.lego uxori,& D.Ias.in l.cum hi,§.si uni.uer.circa primum nunquid,ff.de trans.& latius in l.ult.in 2.nota.C.de leg.ubi ponit de ueritate.

Legatum ꝙ uxor uidua uestiretur,an præstatur semel tantum iuxta regu.l.boues §.hoc sermone ff.de uerborum significatio.desiit dubitari,quia Bal.singu.decidit, quod non,imo dicit,omni anno reiterari.in l.prima.in prima colu.uersiculo pone quod testator.C.de fideicō. quod est memoria dignum, & quotidie accidit, secundum D.Alex.in l.diuortio §.1.in pen. col.uer.2.limit. ff.soluto matrimonio,& in l.legatum, in prima addi.ff. de annu.leg post Lud.sing.294 legauit,sequitur etiam D.Fel.in capitulo 2. col.3. in 2. fall. de treug. & pace. D.Ias.in l.duobus,§.si ei qui.in secunda,col. in 8. simili.ff.de iureiu.Et licet dicat quod D. Alex.in loco pręallegato reprobat Bal.tamen Alex. in lectura mea cum sequitur,ut etiam expresse dicit D. Ias.in d. l.diuortio, in §.quod in anno,in pen.col.in 11. simili.

Legatarius tenetur cauere hæredi de parendo cōditioni uel modo si à testatore iniuncto:aliàs hęres non tenetur sibi legatum pręstare, casus est in l. si tibi legatum,de leg.3.cum si.Sed an possit per hęredē pręscribi contra legatarium iuri præstandę cautionis, nulli dubium quod sic per spacium 30. uel 40. annorum, propter singula.dictum Bal.in cap.cum nō liceat,in 1.col. extra de pręscrip.ubi refert,quæstionem fuisse de facto cum una ecclesia,cui erat factum legatum modale. & in pulchra quæstione Bald.consilio 342.super eo quod quæritur,in 1.lib.& consil.137.quædam uidua,& cons. 168.proponitur,quòd quędam,in ult.libro, & illud dictum.

ctum Bal.in dicto capitulo cum non liceat pro singu. ci tat, & sequitur Dom.Ias.in l.huiusmodi,in princ.in 1. not.circa fi.ff.de leg. 1.quod bene nota,ad aliud sing.di ctum Bal.in l.2.C.si quis omis.causa test.de quo scripsi suprà in verbo,Conditio potestatiua.

Legatus mandata sibi iurisdictione iudicis,dandi ius, non habet secundum Paul.in l.legatus.ff.de off.procō-sul.& leg. Inuenio tamē,qđ Politianus uir doctissimus in suis Miscellaneis,centuria prima,cap.78.refert in ar chetypis Pisanis negatiuam Nō minimè legi, maleque hic secundum eum additam esse,& hoc etiam sensit eo-dem loco glossator noster.quod ad multa conferre uide tur:& maximè,quia euadimus difficile contrarium l. à iudice.C.de iud & l.pretor,circa prin.eo.tit.in Pande-ctis,cum quibus iuribus hoc modo concordabitur, & istam lectionem etiam approbat Lud. Bologninus.

Legere aliquid contingit tribus modis,aut oculo mē tali tantum, absque aliquo extrinseco actu,aut oculo corporali tantum,iuxta illud uulgatum, Aliud est lege re,aliud intelligere,aut mixtim corporali, & mentali, ut etiam uidetur considerasse in pulchra quæstione An dreas Sicu,in repe.l.cum acutissimi.col.76.C.de fidei-com.Proinde in proposito decidit sing.Bal.in capitulo, constitutis.el ij.circa finem de testa.quod qui casu for-tuito legit transcursoriè attestationes,non dicitur didi-cisse testificata,& pro sing.commendat Do.Felin. super prima glo.Decretalium.in pen.col.uers.adde primo,& alibi etiam eleganter decidit Gem.in capitulo cum per sonæ.ad fi.principii,per glo.ibi,de priuileg.in 6. qđ nō dicitur informatus,nec dicta testium perscrutasse,ut ex cludi debeat à noua productione,qui simpliciter,& trā scursoriè processum legisset. quem refert, & aliis simi-libus comprobat Decius cō silio 82.uiso processu. in 2. col.ubi etiam citat Bal.in l.2.§.inspectio ff.quemad.te sta.aper.dicentem per illum textū,quod nō uidetur in-spexisse dicta testium,qui ea non legit ad intellectum, & Dec.ubi eàdem reassumit,consilio 214. in 3. dub. Et ideo

ideo opportunè dicebat Salyc.in l. si ex cautione.in ultima col.C.de non nume.pec. Sileant qui scripta tantũ discurrunt,& propter frigiditatem stomachi in eis contenta non digerunt : quod dictum reassumit etiam Do. Alex.in l.si ita stpulatus,§.Chrysogonus.col.17.circa medium.ff.de verb.oblig.& Do.Ias.insti.de actio.in rubrica in 2.col,& in l.non dubium.in primo not.C.de legibus,& alibi sæpè.Sunt enim multi, ut etiam testatur Innoc.in præfatione Decretalium,qui multa legũt,sed uacui recedunt: qui mente quidem intellectum percipiunt,sed in cordis desiderio seruanda nõ ponunt: similes illis qui (ut dicit Hieremias) uenerunt ad hauriendam aquam, sed uasa sua uacua reportauerunt, & ideo tex.multum sing.in c.omnes.38.distin. disponit, quòd Metropolitanus diligenter inquirat, an episcopus cõsecrandus habeat legem in promptu scrutabiliter,& non transitoriè.& est sing. tex.in hoc secundum And. Sicul. in trac.de præsta. Card.in 10.q.primæ partis. in prima col.Et per supradicta ab aliquibus Mod. reprobari solet notabile dictum D.Antonii, in capitulo fraternitatis.de testibus.ubi dicebat,quod etiam qui mẽte solum legit dicta testium,nõ potest alios testes producere. tamen iudicio meo,diuersum est transcursorie legere, & legere mentaliter:quia primo casu non ita præsumitur bene intellexisse,sicut in 2.Et hoc dictum Do.Antonii in specie commendat And.Sicul.in commento d.l.cum acutissimi.col.7.circa med.& colum.75.C. de fideicommiss.& secundum hoc dictum Do.Antonii debet intelligi,quod alibi notat Baldus in l.non est ferẽdus. per illum textum in 1.not.ff.de transac. quod ille qui uidit testamentum,præsumitur habere notitiam totius testamenti.quem sequitur D.Alex.consi.102.uisis & ponderatis his.col.2.uer.& istud sufficit.lib.1.

Legitimati nõ sunt naturaliter legitimi,sed ex priuilegio principis,& sic ex fictione.Et ideo si aliquis acceperit emphyteosim pro se & filiis suis legitimis,non uenirent legitimati.ita sing.Bal.in l.ulti. per illum textum.

C.de

C.de his,qui ueniam ætatis impetrauerunt.& pro singu.commendat D.Ias ubi late examinat, an legitimatus sit uerè legitimus, in l filio quem pater in princ.in 3.colum.uer.hinc est.ff.de lib. & posthu.& in l.si is qui pro emptore.col.66.uersi. tertio principaliter.ff.de usu cap.& in l.generaliter.§. 1.colum pen.ad finem,& seq. C.de institu.& substitu.Est articulus uulgatus,sed multum notabil.& quotidie reuoluitur in practica : quem latissimè examinat And.Sicu.in commento l. cum acutissimi,in tribus ultimis chartis,C. de fideicomm.& de hoc dicto Bald.in specie etiam meminit, eum approbans,& ita consulens Do. Alex.consil. 128.consideratis uerbis.col.ult.libro primo,& in cons.60.uisa legitimatione,colum.secunda,uersiculo pro quo etiam libro.2. & consi.2.colum. 1.circa med.libro primo quod est repetitum in consilio 87.in 2.lib. Vlterius generaliter nota,quòd si pater in testam. nominat filium, nec adiecit naturalem,uidetur eum legitimare. ita eleganter consuluit Bald.consi. 195.in hac causa de qua quæritur.in 3.lib.per casum expressum in auth.item si quis liberos, C.de natur.lib.& firm.Pet.de Ancha.in consi. 153.pro fratribus defuncti,col. 1.uersicu.quoad primum,& latè D.Ant. Rosellus in trac.legitimat.in 1.li.in 9.char.ubi etiam habes,quid si talis nominatio fieret in testamento,quod postea irritũ fieret, & an ex tali nominatione detur beneficium contratabulandi,quæ bene no.Et prædicta etiam declara,ut per Bar.& Scrib.in l.gallus.§.& quid si tantum,de libe.& posthu.iunctis his quæ retuli suprà in uerb.Hæres suus.per Do.Ias in l.tale pactum. §.ult.colum.pen.uersiculo pondera etiam in prædictis, ff.de pactis post D. Alex.in repe.l.sæpe.colum. 21.uers. alium insuper casum,ff.de re iud.& ultra ea latè declarat Bart.Veronen.caut. 338.legitimatio fieri potest,ubi etiam ponit,quid econtra si mater nominauerit filium suum naturalem in testamento,sine illa qualitate naturalitatis,an præsumatur eum legitimare. & ante eum fuit quæst.Angel. in dicta authentica item si quis. ubi sing.

sing. decidit q nō: quia non est uerisimile, q amasius uelit matrimonio amasiæ consentire: sicut econtra, & hãc decisionem Ang. pro sing. not. Francis. Crem. not. 161. si. pater naturalis.

Legitimatus simpliciter ad feuda, non tamen censetur legitimatus ad feudum dignitatis. Bal. singula. in l. eam quam, col. 10. uersiculo quæro utrum. C. de fideicom. neque etiam ad feuda, quæ habent magnam iurisdictioné secundum Anch. consi. 308. prima facie, circa finem, ubi Bal. sequitur, & D. Ancha. non fuit memor Cur. in trac. feud. in tertia parte. in 17. quæstione. Et ratio potest esse, quia in similibus feudis Imperator præstat se difficiliorem, & est memoria dignum, quia ex hoc plures legitimationes redderētur inutiles, & uidi pluries in facto. Est uerum, q Mart. Laudens. in §. naturales, si de feud. fue. contro. intellexit dictum Bal. præallegatum in maximis dignitatibus, & sequitur Cur. Iun. consi. 157. col. quarta, sed tamen idem Cur. in tract. feud. in 8. quæstione primę partis, in prima columna concludit secundum Bald. & Aluar. ibi relatos, quòd feudum Marchionatus uel Comitatus, dicitur feudum dignitatis: quando ab Imperatore, uel alio principe conceditur, capitulo primo de feud. mar.

Legitimatus excludit substitutum, secundum communem opinionem: teste Alex. consilio secundo, uisis codicillis. in primo libro Cur. consilio 17. columna secunda Dec. consilio 155. in secundo dubio, ubi tamen loquitur in legitimato per subsequens matrimonium, & consilio 284. uiso puncto, columna quinta, & sequen. ubi dicit communem, & declarat, ut ibi per eum: post Barba. consilio 27. libro primo, & tetigi suprà in uerbo Commater. dummodo in legitimatione substitutus citatus sit, secundum Francis. de Rampon. & Socyn. relatos infrà in uerbo Legitimari non potest. Sed quid in dispensato? uidetur prima facie dicendum, secus esse. quia dispensatio est stricti iuris, secundum Corn. consilio 9. ad finem lib. 4. tamen contrarium latè, & singulariter consuluit

Paul.de Castro consi.221.super puncto isto, & sic uidetur, quòd legitimatio, & dispensatio à pari procedant. de quo lege Deci.consi.52.col.2.& ulti.& cõs.264.col. 6.& ult.& est memoria dignum ad plura, & ex facto incidit, & fuit seruatum: quod licet statutum excludat mulierem nuptam extra iurisdictionem Mediolanens. à successione, tamen admittitur quo ad legitimam, quę per statutum non potest tolli, ut latè concludit Socyn. consi.30 col.1.& seq.lib.1.& habetur in locis quę nota sunt.& propterea filia naturalis dispensata per patrẽ ad portionem sibi relinquendam, admittetur ad legitimã, perinde ac si esset legitimata.

Legitimatus per oblationem curiæ non potest plus habere in hæreditate patris, quàm quilibet alius legitimus habeat, cui minus quàm aliis relictum sit. casus est singula.in §.& quoniam uariè.in authentica quibus mo.nat.ef.sui.dum inquit:ita tamen ut non amplius habeat uno horum qui ab initio sunt legitimi, inter omnes minus habente, & ibi illum text.ad hoc not. Ange. & reputat singu.& pro sing. etiam citat Crem.not.51.filius.ubi dubitat de ratione:quia hoc modo legitimatus erit peioris conditionis quàm extraneus. Sed non erat qđ dubitaret:quia tum Imperator cõcesserit hoc priuilegium legitimatis, ut succederent cum legitimis, uoluit tamen limitare ne nimia patris affectio, quæ ostenditur ex filiis naturalis legitimatione, in hoc euagari posset in maximum legitimorum præiudicium. quæ ratio cessat in extraneo, quia lex non præsumit, quòd pater eum propriis filiis anteponeret: & ideo non prouidit circa hoc.

Sed ante eos illum tex.pro singu.not.Bald.in capitulo per tuas.circa med.de maior. & obed. ubi per illum textũ sing. infert, quod stãte statuto qđ extantibus masculis fœmina non succedat, nisi in uncia, non poterit legitimatus hoc casu habere nisi unam unciam, sicut filia:& sic statutum declarat portionem legitimari, & hoc dictum Bal.commendat Dom. Alexan.in l. necessariis,

col.

colum.pen.uersi.unde.ff.de acqui. hæred. & pro singul. refert,& seq.idem D. Alex.in l.sed si hac.§. patronum, ante fin.ff.de in ius uocan.& D.Ias. in commento l. si is qui pro emptore.col.70.uersi.pro ista magis communi. ff.de usuc.& in l.unica.col.12.quando nō pepert. & hęc sunt memoria digna. Quamuis fortè in patria nostra locum sibi vindicare non possent:propter statutum quo cauetur,quod ascēdens nō possit meliorare stirpem descē dentis,quin in partes sint æquales.

Item quando in legitimantis priuilegio adesset clausula, sine tamen præiudicio legitimorum hæredum uenientium ab intestato:ut in pulchro casu consuluit Cor. consi.3.D.Bal.in 1.lib.post Bal.ibi latè per eum relatū. Tertiò,quando adhibita esset cautela,quam dicit se uidisse practicari in ciuitate nostra Mediolanensi, Areti. in l.qui superstitis.col.5.in prin.ff.de acqui.hære. scilicet si pater ab initiò petijsset filium legitimari. ita tamen,quòd non succederet æqualiter cum filiis legitimis, sed in certa quotta minori; quia secundum eum hoc ualet non in uirtute pacti:sed in uirtute superioris, limitantis effectum legitimationis. Vlterius etiam memoria dignum est,quòd Bald.in d.c.per tuas.addit,scilicet,qđ legitimatus efficitur hæres necessarius, neque habet beneficium abstinendi.& cum sequuntur Ange.& Rom.relati per Socyn.consi. 143.in causa.in penul.col. in 2.lib.& latè tradit Ias.in l.unica. col. 12. C. quando non pet.part.ubi limit.non proc.in legitimato per subsequens matrimonium.

Legitimatio quæ fit per subsequens matrimonium an extendatur etiam ad nepotes natos ex naturali filio iā præmortuo,ita quod tales nepotes succedant auo ab intestato,tanquam nati ex legitimo patre? Dic quod non ita notabiliter determinat Bald. post Guil. de Cuneo, & Alb.in l.benignius.ff.de legibus. quia inhabilitas extremi impedit,cum ista fictio requirat personam filii.& hanc decisionem pro notab.approbat Fran.Crem.nota. 32.ecce habebatur. & communiter tenetur., ut lątè per

Do.Iaſ.in commento l.ſi is qui pro emptore.colum.36. uerſi.iſta concluſio Bartol.&c. ff.de uſucap.quamuis de ea dubitauerit Socyn.in l.gallus. §. ſi eius. in 2. colum. uerſiculo ſecundo aduerte.ff.de libe.& poſthu. Et idem etiam dicendum eſt de legitimatione ſpurii, facta ſine iuſta,& rationabili cauſa,prout not.Dom.Abb. poſt D. Ant.in c.per uenerabilem,in 3. not.per illum textum §.1.in uerbo,diuerſis cauſis inſpectis .extrà qui fil. ſint leg.& commendat Anto. Roſellus in tract.legitimationis.in 2.lib.in rubri.de cauſa materiali, uel ſubiectiuas ubi dicit,qđ per hoc poteris deſtruere multas legitimationes factas per comites Palatinos:cum concord. traditis per Do.Iaſ.in l. filiusfami.§.diui.colum.1.uerſic.ſimiliter legitimatio.de lega. 1. in poſterioribus ſcriptis. ubi refert ſingu.limitationem Do.Alex. circa hoc.iunctis his quæ ſcribit Corne.conſilio 1. in præſenti arduâ conſultatione. col.2.lib. 3. & poteſt confirmari ex his quæ in notab.quæſt.ſingulariter ſcribit Bald. in l. eam qnam,col 9.uerſi.ſed pone, quidam erat ex adulterio, &c.C.de fideicom.ubi inter alia dicit, quod ſi clauſula non obſt.quæ in legitimatione ponitur,eſſet in nube poſita: & ille qui legitimatur, eſſet plurium odioſus, ut quia ex ſacrilegio,uel monachatu:talia uerba generalia non ſufficerent,quia tam odibiles nō comprehendunt, & hanc deciſionem Bal.pro ſingu.ſequitur, & declarat Alex.conſi.65.uiſa legitimatione.colum.ulti. circa fin. libro ſecundo,& ſequitur idem Alex.conſi.37.in cauſa mota per Angelum.in ult.col.in primo libro, ubi confirmat per ea quæ alibi concludunt Doc.qđ ſedes apoſtolica non facile diſpenſat cum genitis ex religioſo adultero, uel coitu inceſtuoſo, & hoc conſilium reperio inculcatum per impreſſores,in conſilio 87.in tertio uolumine,& idem etiam concludit Do.Alex. conſi.61. aſſumam in conſultatione colum.3, uerſiculo his conſona,in primo libro,quod eſt repetitum conſilio 195.lib. ſecundo, & hoc dictum Bald. cum multis ſimilibus, & quinque fall.ornat Domin.Feli.in capitulo poſtulaſti,

col.

col.4.uersic. seruit etiam, extrà de rescript. & ante Bal. idem singu. etiam consuluit Oldradus in consilio 257. factum tale est. quidam Rex. ubi eleganter consuluit, nõ ualere legitimationem factam de eo, qui narrauit se spurium. Et non dixit, quòd erat spurius ex adulterio geminato, puta ex coniugato, & coniugata, de quo consilio plura scribit Feli. in loco præallegato, colum.4. uer. cæterum. post D. Alex. in dicto consilio 62. colum. secunda, uersiculo, & hoc primo, & in aliis locis, ibi per Do. Felin. adductis, & de illo consilio Oldrad. etiam meminit Felin. in capitulo, nonnulli. in princ. col.6. in prima ampl. de rescrip. & Dec. consi.55. colum. secunda, uersi. sed prædictis.

Legitimatio reuocari potest per patrem propter filij ingratitudinem. ita singu. Bald. in c.1.§. filij nati. in ult. uerbis. si de feu. fue. contr. inter do. & ag. de quo scripsi suprà in uerb. Ingratitudo.

Legitimatio facta per Imperatorem de subdito Ducis Mediol. non ualet, quia fit præiudicium duci, qui utilis dominii dominus est. ita singul. consuluit Salyce. ut refert Alex. cons.60. colum. 1. lib.2. & in dispu. Sigismondus, in 4. dubio, col.2. Ludo. Sard. in tracta. legitimat. in 2. parte, in 12. q.7. quæstio. principalis, & idem in effectu tenet Do. Ias. consi. 70. col.3. lib.3. ubi citat Curt. Sen. qui idem concludit cons.73. col.29. uer.5. principaliter, & idem Cur. cons.65. super præmissa, col. 14. & seq. & est communis opinio, quicquid dicat Curt. Iun. cons.157. attento quòd feudum est contractus nominatus habens formam iuraméti fidelitatis, & inuestituræ, teste Bartol. in l. iurisgen. §. quinimò, columna fin. ff. de pactis, & contractus nominati non possunt reuocari. l. sicut. C. de actio. & obligatio. & Imperator ligatur contractu: ut eleganter concludit Bald. consilio 275. quod pro regula, columna penultima, libro secundo, & tradit Iason consilio 93. colum. secunda, libro 3. & suadentur prædicta ex not. decis. Ioan. Fab. institut. de Attil. tuto. in prin. in 3. colum. uers. sed an superior. quam sequitur

Feudum est contractus nominatus.

Curt.Iun.consil.2. in princi. quòd dominus non potest dare tutorem in castro baronis sui.

Legitimatio spurii facta post mortem patris per comitem palatinum, sed de mandato tamen patris æquiparatur legitimationi factę uiuente, & instante patre. ut concludit Ias. in l.Gallus.§.& quid si tantum.col.antepe.de lib.& posthu.in 2.lect. ubi tamen dicit, quòd non idem esset si pater impetrasset licentiam legitimandi, sed postea nihil disposuisset.& ibidem etiam Dom. Ias. refert Bald.in duobus consiliis singulariter uelle, quòd in legitimatione spurij quæ fit à patre, non requiritur citatio legitimorum.& est aliud consilium Bal.consi.56. lib.2. & dicit Crotus in d.§.& quid si tantum. col.45. quòd si casus contingeret, ita iudicaret. Sed an ex tali legitimatione minuatur legitima filiorum legitimorum, Angel. consil.301.pro decisione primi puncti.in 5.col. uidetur uelle, quòd pater non potest per legitimationem spurii minuere legitimam legitimis debitam. & idem sentit Pau.de Cast.in d.§.& quid si tantum.col. pen. ubi latè Ruynus. sed tamen in solenniter legitimato contrariũ uidetur uerius: quia cum ei debeatur legitima, ut clari iuris est, necesse esset, ubi secus dicere uellemus, concedere quòd in hæreditate unius patris duæ essent legitimę. unde si pater haberet sex legitimos, & sex legitimatos, horum legitimæ totum patrimonium comprehenderent: quod esset absurdum. & licet hoc sit de raro contingentibus, est tamen possibile. & propterea Socin. consil.245.eleganter.col.4.lib.2. dicebat quòd non reperit hoc in specie tactum. Sed concludit, quòd dispensatus non minuat legitimam legitimis debitam. & consuluit etiam Deci.consil.52. uiso eleganti, circa fin. & consil.257.quæritur an legitimatus, col. 2. ubi concludit, quòd habilitatus, qui grauatus est restituere hæreditatem, retinet legitimam. & cum casus in facto contigisset, uentum fuit in hanc sententiam per aliquos solẽnes doctores, quòd simpliciter, & absoluta legitimatio à patre facta minuat legitimam: secus, si esset facta si-

ne preiudicio legitimorum, ut sentit Paul. ubi supra. uel esset habilitatus ad aliquam portionem, quia tunc non minuat: secundum Socin. in loco præallega. & hęc sunt memoria digna.

Legitimari non potest spurius mortuo patre, nisi citatis prius agnatis, & cognatis propinquioribus, ex quo eis est acquisitum successionis ius. ita Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. ideo eis contradicentibus fieri non potest legitimatio secundum Iacob. de Aret. in l. ult. ff. de nat. restit. tractat D. Anto. in c. per uenerabilem. col. 15. uer. requiritur 2. qui fil. sint leg. post Barto. in l. gallus. §. & quid si tantum. colum. ult. ubi omnes. de libe. & posthum. Proinde dicit sing. Io. de Imo. in c. grandi. de suppl. negli. prælat. quòd Papa non potest sine causa legitima legitimare filium regis Aragonum, qui non recognoscit alium superiorem, in præiudicium agnatorum, quibus ex consuetudine est acquisitum ius, etiam si legitimatio fiat de uoluntate Regis. quod dictum pro sing. commendat, & sequitur D. Alex. cons. 67. consideratis his. col. 4. uersic. iuuatur. lib. 1. & consil 94. consideratis his. colum. ult. uersic. 7. confirmo, eod. lib. & in d. §. & quid si tantum. ubi Ias. in utraque lectio. & ita debet intelligi dictum Bart. in d. §. & quid si tantum. circa finem dicit, quòd posset princeps si uellet: scilicet ex iuxta causa. & cum Barto. transeunt Bald. consil. 214. lib. 2. Et Sardin. in tract. legitim. in 9. quæstio. uersi. 4. quæritur. & quòd citari debeat ille, cuius quæsitum est, concludit Socin. consi. 251. quoniam in præsenti. in 11. colum. lib. 2. ubi consuluit, non posse grauatum legitimare filium in præiudicium substituti, eo non citato: & refert consilium Franc. de Ramponib. & idem etiam concludit Do. Ias. in l. gallus. §. & quid si tantum. col. pe. de lib. & posthu. in utraque lectura. ubi citat Anchar. Alex. & D. Præpositum Mediola. & tangit etiam Socin. in d. §. & quid si tantum. in fin.

Legitima uiuente patre non debetur filiis, sed quando mortuus est: ut eleganter consuluit Bald. consi. 257.

quæritur utrùm filiofamil. in 3. libro, quem retuli infrà: in uerbo, Pater obligatus. Sed quid si pater non est mortuus, sed ingressus est religionem? Bal. sing. in aũthen. si qua mulier, in ult. colum. uersicu. 5. nota. C. de sacro sanct. eccles. putat quòd licet de iure ciuili deberet expectari mors naturalis, tamen de æquitate can. possunt filii post professionem patris intentare conditionem ex canone. per tex. qui in iure alibi non reperitur, secundum eum in c. cum simus, in fine, ubi Abbas, & alii ad hoc not. de reg. sequitur Do. Abb. in cap. Raynutius. ad finem, de testamen. & de ueritate tangit Alexand. in l. si cum dotem. in prin. in 7. colum. uersi. circa 2. ff. sol. matr. & Aret. in tract. testam. in 1. & 2. col. cum his, quæ scribit D. Ias. in auth. nouissima. in 2. col. ad fin. C. de inoff. testa. & hoc modo limitatur regu. l. 1. §. si impuberi. in fi. ff. de collat. bon. Et pro prædictis in simili facit, quod alibi dicit Bal. in l. qui se patris. col. pen. uers. sed quid si pater, C. unde libe. quòd sicut feudum perditur more naturali, ita etiam per ingressum religionis: sequitur, & confirmat Do. Ias. in l. 1. col. 11. uers. aliam differentiam ponit Bal. &c. C. de iure emphyt. Quid autem econtra filio ingrediente religionem, an possit monasterium petere legitimam uiuente patre? est singu. decisio Bal. Nouelli, in tract. dotium, in 1. parte, col. 3. uer. potest tamen dici. ubi etiam approbauit decisionem Bald. in d. auth. si qua mulier. tanquam communiter approbatam. Sed quid eo casu quo filius potest agere ad legitimam, an etiam repetet fructus perceptos post mortẽ patris? Bal. nota. determinat quòd sic, etiam eo casu quo tales fructus essent consumpti ab hærede bona fide possidente in l. non est ambiguum. C. fam. ercis. quod dictum extollit Do. Alexan. & sequitur in cons. 69. super primo dubio, in 1. col. in 1. lib. & cons. 7. uisis, colum. 3. uer. ex prædictis, lib. 2.

Lex (ut inquit Papin. in l. 1. ff. de legibus) est uirorum prudentum consultum: delictorum, quæ spõte, uel ignorantia contrahuntur cohercio, communis reipublicæ

ex sponsio. Aliam legis diffinitionem posuit Demosthenes, quam refert Martia. in l.2. eodem titu. de leg. Aliam, & tertiam memoriæ tradidit Atteius Capito, publici, priuatique iuris peritissimus, qui legem hisce uerbis diffinit: Lex (inquit) est generale iussum populi, aut plebis, rogante magistratu. Sed hæ diffinitiones (secundum A. Gell. Noctium Atticarum lib.9.) si probè factæ sunt, neque de imperio Pompeii, neque de reditu M. Ciceronis, neque de cæde P. Clodii quæstio, neque alia id genus populi plebisve iussa, leges uocari possunt. non sunt enim generalia iussa, neque de uniuersis ciuibus, sed de singulis cōcepta: quocirca priuilegia potius uocari debent, quia ueteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus. Cicero pro Domo sua: Quo iure? quo more? quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tulisti? uetant leges sacratæ, uetant duodecim tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari, id est enim priuilegium. Idem de præscriptione sua loquens: Licuit tibi ferre non legem, sed nefarium priuilegium. Hoc uerbo etiam usus est Lucilius in 1. Satyr. lib. Abdomina thynnia uenientibus priua dabo, cephaleamque carnem. Sed quamquam hęc ita sunt in ueteribus tamen scriptis non magnam uocabulorum istorum differentiam esse animaduertimus. Nam & plebiscita, & priuilegia, translato nomine leges appellarunt: eademque confuso, & indistincto uocabulo rogationes dixerunt. Sallust. quoque proprietatum in uerbis retinentissimus, consuetudini concessit: & priuilegium, quod de Cn. Pompei imperio ferebatur, legem appellauit. uerba ex secunda eius historia hæc sunt: Nam Syllam consulem de reditu eius legem ferentem, ex composito Tr. Pl. C. Herennius prohibuerat. idem fecit apud nos (ne longè exempla petamus.) Pomponius in l. postliminii ius. ad finem, ff. de captiuis, & postliminio reuersis. & in l. ultima, ff. de legatio. Numantini (inquit) deditum Hostilium Mancinum non receperunt, de quo tamen lex postea lata est, ut esset ciuis

Contra Ireconsul.

Priuilegia quæ.

Priua quæ.

Defensio Ireconsul.

Rogationes quæ.

Romanus,& præturam quoque gessisse dicitur.

Institutum quid. Institutum vero,sicut & mos,consistunt ex opinione quadam,& obseruantia: non autem ex iure scripto.differuntque inter se: quia institutum est quod certum,& magnum habet auctorem, quem cæteri non dedignentur imitari. Quale illud Publicolæ,qui primus populo fasces summisit: ut refert Liuius. instituti uaria exempla ponit Valer. *Mos quid.* Mos autem(ut scribit Festus)est patriũ institutum,pertinens ad religiones, cerimoniasq; maiorum. de cuius significatione disputat Macrob.Satur.lib. 3. licet quandoque etiam capiatur pro obseruatione antiqua,ut sæpè apud Ciceronem,& alios obseruari facilè erit. Et posteaquam in titulum de legibus incidimus, *Pomp.locus* obiter corrigamus locum apud Pompon.in l.3.Iura,inquit, constitui oportet (ut dixit Theophrastus) in his quæ Entonima frequenter accidunt: Castiga, quæ Tamina,id est frequenter. Sunt tamen qui ex pandectis Pisanis reponant,quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt,non in iis, quę ἐκ παραλόγου, idest quæ plerunque accidunt, non in iis,quæ nec opinato. Proinde Solon (apud M. Tullium in oratione pro Roscio Amerino) cum interrogaretur, quare nullum parricidæ supplicium constituisset? respõdit,quia id neminem facturum putabam. Hinc nota parœmia,Bonæ leges ex malis moribus procreantur.

Lex quæ loquitur conditionaliter, intelligitur requirere de substantia illam conditionem, tãquam formam necessariam,& grauem solennitatem, quæ omitti non potest. istam regulam tradit sing. Bald. in auth.matri, & auiæ.in 1.col.uer.sed hic quæritur.C.quãdo mul.off. tut.fung.potest.quam pro sing.not. Aret. in c.in causis. in pen.col.circa fin.extrà de testi.& D.Alexan.in l. 1.in ult.uerbis.ff.de lib.& posth.& Do. Ias. in l.2.§.1. in 4. colum.ff.sol.mat.& in l cum quid in penul.col.ff.si cer. pet.in posterioribus scriptis.& in l.gallus. §.quidam recte,in 1.col.& in §.etiam si parente.in 2.not. ff.de libe. & posthũ.& Do.Lancial. in l.si ego.ad fin.ff.si cer.peta. doctores in aliis locis,relatis superius in uerb. Conditio.

tio. Et per hoc sing. dictum Bal. refert D. Felin. in c. cum dilecta. in 7. col. uersi. secundum signum. extrà de rescri. quod uidit aliàs inferri. quòd si ordo datus à Iurecons. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iud non seruaretur, actus esset nullus, etiam sine appellatione. quia tex. ibi loquitur conditionaliter. quod facit pro opinione Io. de Imo. & D. Alex. ibi in 8. col. uersi. sed circa hoc insurgit dubium, quam tenuit contra Bar. & etiam facit ad multa alia, quæ per te inferas, quæ omnia etiam reassumit D. Felin. in c. quod ad consultationem. in 11. col. uer. remedia aduersus. de re iud. Propterea sing. decidit Bal. in l. in bonæ fidei. in pen. col. uer. expedita est secunda pars. C. de reb. cred. quòd quando probatio requiritur à lege in uim conditionis, non defertur iuramētum in supplementum probationis, quia hoc debet perfectè impleri. quod dictum pro singu. commendat, & declarat latè D. Feli. in rubr. extrà, de probat. in 2. col. uer sic. sed aduerte. & D. Ias. in repe. l. admonendi. col. 110. uersi. 29. casus. ff. de iureiur. & in lectura. in 26. col. circa med. ubi sequitur, & confirmat. quod etiam sequutus est D. Alex. consi. 59. uiso processu. col. pen. uer. nec prædictis. lib. 2. quamuis Lud. Rom. & Aret. uideantur dubitasse secundum D. Ias. ubi supra.

Item alibi pulchrè Bald. consil. 447. ad euidentiam præmittendum est, in 1. col. in ulti. lib. dicebat, quòd si lex requirit aliquem esse usurarium manifestum, non sufficit probare alterutrum: sed hoc casu erit de substantia probationis qualitas, & factum. & ideo debebit probari, quòd exercuit usuram, & sic factum. item quòd manifestè, & sic qualitatem. Quod est notandum. & quòd probatio præsumptiua non sufficiat, quando requiritur in uim conditionis, scripsi inferius in uerbo, Sententia lata.

Lex noua annullando prçterita, non extenditur ad ea, quæ sunt temporis diuturnitate munita. ita sing. decidit Ang. Baldi frater non indignus, consil. 52. in quæstione proposita dubium facit. in ult. col. motus maximè

me per l.qui in prouincia.§.1.ibi mouetur ex diuturnitate temporis, ff.de ritu nupt. & huic decisioni non reperit contestem, neque contradicentem, D.Feli. in cap. ult.in 7.col.uer.limi.5.de consti.ubi tamen dicit, quòd eam in practica haberet pro difficili, licet sit æqua. Et ita debet intelligi, quod generaliter consuluit Bal. consil.107. considerandum est.in ulti.libr.iunctis his, quæ scribit Corn.consil.199.uisa copia consilij.in 2.colum. ad fin.& sequen.in 3.lib.

Lege iudiciaria quid disponeretur, quæsitum est superioribus diebus. de qua etiam in prioribus memorialibus fecimus mentionem. & legitur apud Ciceronem, aliosq; auctores, in uariis locis: propterea declaro, eoq; libentius, quia à gentilibus meis originem duxit. Nam cum Sylla ad diminuendam plebis potẽtiam multos ei magistratus ademisset, Aurelius Cotta prætor legem tulit, ut plebi liceret interceptos magistratus reassumere, & ob hanc legem communicata sunt iudicia senatui, & equitibus Romanis, & tribunis ærariis, ut ex his tribus ordinibus lecti iudices res iudicarent. Et hoc factum est eo tempore, quo Verres à Cicerone accusatus est. unde & lex iudiciaria, Aurelia dicta est.

Aurelius Cotta prætor.

Leges debent addisci in iuuentute, & per totum uitæ tempus continuandum est, reseruatis tamen horis congruis seruitio Dei, & requiei corporis: argu.glo.in l.1. C.de athletis.lib.10.tamen non semper est scientię insistendum: imò frequenter, secundum Senecam, negotiandum est: quia iuris ciuilis scientia parum proficit, nisi bene, & frequenter negotiis applicetur. ita eleganter & uerè inquit Io.Fabri.in §.sed non usq;.ad fi.inst.de lega.Ideo alibi in proposito dicebat Bald.in c.1.in princ. uer. & ideo quando capiuntur de feudo sine culp. non amit.quòd practica est uera intellectrix legum, cũ aliis similibus, quæ retuli infrà in uerbo, Practica.

Libellus dubius interpretatur secundum intentionem libellantis.l.si quibus intentione ambigua. ff.de iudi.& in pulchra quæst.tradit Corn.cons.18.in præsenti consultatione

ſultatione.in 2.& 3.col.in 3.libr.& conſ.91.in cauſa vertente, in 2.col.in ult.libro.

Sed an hoc procedat etiam in libello criminali, quia lex præallegata loquitur in ciuilibus,& in criminal.uerba libellorum ſtricte debent intelligi,ſecundum Bal.in l.1.ad fi.C.de uerb.ſig.in hac quæſt.Lud.Ro.not. firmat quòd non.in l.diuortio.in princ. ff. ſol. mat. motus ex una ſing.deciſione Bald. ibi. Addo quòd idem uidetur ſentire Bal.in l.quotiens.§.ſi quis ita.ff.de hæred.inſti. vbi dicit, quòd ſi teſtes depoſuerit, quòd primò inſultauit.S.poſtea uulnerauit cum dictio poſtea ſit dubia, & poſſit accipi quòd ſtatim in ipſo inſultu uulnerauit, & ſic erit unum delictum tantum,iuxta gl.ſing.in l.qui de crimine.C.de accuſa.item poſſit intelligi cum interuallo,& ſic erunt duo delicta.quod tamen interpretantur, quòd in cõtinenti uulnerauerit, ad hoc ut teſtes concludant unum delictum tantum, & ſequatur condemnatio in mitiorem partem fauore rei. Sed in hoc contrarium expreſsè tenet ſing.Bart.in l.libellorum. in prin. in ult.columna,uerſiculo quæro cum annus. ff.de accuſat.& pro ſing. citat D.Iaſ.in rub. C. de eden.in fin. & hanc opinionem contra Lud.expreſsè firmat Do. Alex. in l.diuortio.in princ.in 5. uerſic. ex huiuſmodi. ff. ſol. matr. ubi reſpond. adductis in contrarium. & ponit tres notabiles declarationes ad d. l. ſi quis intentione ambigua.

2 *Libellus* procedit in quo factum aptè narratum eſt, quamuis actio ineptè ſit propoſita.ita ſing.decidit Bar. in l. 1. ad fi. prin. ff. de eden.vbi dicit, quòd idem uidetur tenere Innoc. in capi. examinata. ad fi. de iudic. & eſt ſing. dictum, ſecundum Do. Alexand. in l. ulti. in 2.columna. C. de edict. Di. Adri. tol. & in d. l. 1. in ultima columna,& pro ſolenni refert latè Dom. Felin. in capitulo cum ordinem,in 3.colu.de reſcript. ubi dicit communiter approbari,& in d. capitulo examinata.in 8.colum.uerſic.dicit hic Innocen. ubi latè Barba. & Aretin.& communiter approbatur ſecundum D.Iaſ.

in

in l.edita.in primo not. C. de eden. licet in puncto iuris contraria opinio sit sustentabilior, secundum eum. Hinc decidit sing Baldus in l. ult. C.unde leg in tertia col.uer.sequitur videre an bonorum possessionem, vnde liberi. quod si filius dixit agnosco bonorum possessionem, unde liberi in bonis matris meæ. ualet hæc agnitio, quamuis filio in bonis matris non detur talis bonorum possessio, quia non est curandum de nomine, sed de animi affectu, ut dicit gl.sing.in l. quoties. in gl. 1.C.famil.hercisc.facit regula l. cum seruus. de uerbo. ob.& l.quoniam indignum.C.de testamen.cum uulg.& hoc dictum.Bal.pro sing.commedat & sequitur D. Ias. in l.quandiu. in ult. col. C.qui admitti. & commendat And.Sicul.latè tractans,in rep.rubr.C. qui adm.in 18. col. uers. secundo adduco. ubi putat bene notandum, pro una sing.opinione. Raph.Fulg.in l.ul.eo.ti.& meminit etiam in eadem repet.in 28.col.Similiter sustinetur libellus,in quo dico instrumentum uel sententiam nullam,& peto eam cassari,uel annullari, secundum Ang. Imol.& D.Alex.in l.3.§.ult.de lib.& post. quia intelligitur quòd petatur declarari nullam,& haberi pro cancellata, seu cancellari de facto. vt ibidem etiam latè prosequitur D.Ias.in 1.col.

Libellus in multis casibus requirit pro substantia iudicii,ut not.Bart.& alii in auth. offeratur. C. de litis contest.& doct.in c. 1.de libel.obl.Fallit in causis quæ tractantur coram iudice rurali, ut sunt isti potestates uillarum: quia causæ quæ uertuntur coram iudicibus ignorantib.leges,libellum non postulant: sed satis est quòd simplici uia expediantur. Et in talibus causis idem potest esse iudex & tabellio. ita sing. Baldus in auth. nisi breuiores, C. de sent.ex peric.recit. uers. & hoc facit, &c. quem ibi sequitur Sal.& hoc dictum Bald.pro sing. sequitur Lanfran.in commento c. quoniam contra falsam.col. 23. vers.quæritur: ulterius utrum libellus sit porrigendus, &c. de probat. ubi lim. non proc.quando prætor ignarus literarum haberet uicarium iureperitũ, quia

quia tunc cessant prædicta.& dictum Bal. etiam sequitur Alex.cons.61.viso processu.col.pen.circa fi.lib.2.& Ias.in l.1.col.2.uer.3.notab.ff.de off.assess. Secundo fallit, quando statuto cautum esset, quòd in quibusdam causis procedatur per simplicem querelam: quia tunc libellus non est necessarius, sed sufficit quòd in actis faciat scribi suam petitionem uerbalem. ita sing. Bald. in l.1.in pe. quæst. C. quorum leg. & pro sing. approbat Orian.in d.c.quoniam contra. col.24.uersic.quæro iuxta præmissa.Tertiò limita,quando procedetur, sola facti ueritate attenta: quia neque libellus, neque litis contest. requiruntur, secundum Rotam decis. 435. & 490.quam sequitur Lud.consil.519.in casu.ad fin.& singul.806.D.Marci.& Ias.consil.105.ad fin. lib. 1. licet aliqua petitio non sit omittenda. Socyn.consil.54. col. 2.lib.4.Est uerum quod Abb.in c.dilecti de iudi. aliter uidetur sentire circa dictam clausulam. sola facti ueritate. Sed uide ibi Aret.in 2.& 3. columna qui subtiliter insistit.

Libellus non procedit,siquis in eo diceret se proprietarium, & postea in processu probaret de utili dominio. secus, si dixisset se dominum,quia dominium intelligitur etiam utile.ita sing. Bald.in l.2.circa med. ff. de cond.instit.cuius dictum pro sing. sequitur D. Iason. in l.traditionib.col.2.C.de pactis.& etiam Alexan. in l.si quis ui.§.differen.col.penul.ad fin.& seq.ff. de acquir. poss.Sed hoc dicit reprobatur per Do. Ias. in l. sed etsi possessori.§.item si iurauero.in 4.not. ad fin.ff. de iur. iur.& ultra eum in contrarium facit gl.sing. in l. fœnerator.ff.de naut. fen.quæ exponit naui propria, id est principaliter,sibi obligata.Nisi malimus gl. illam intelligere, ut demonstratiuè dixerit, designando nauim illam de qua agebatur: quia etiam de aliis nauibus ibi facta fuerit mentio.& hoc etiam colligi potest in ea.l.dū dicitur propriis fœneratoribus:quia illud uerbum,Propriis,stat demonstratiue, uidelicet illismet fœneratorib.etsi aliter illa gl.intelligeretur, esset multum recedere

dere à uera expositione huius verbi. Proprium, cuius sing.est magis stricta,& nuda, quàm singula.dominii,ut ét dicit Bal.in c. 1.§. 1.de inuest.de re al.fac.& ad prædicta uide ét Alex.consi. 208.uiso summario.col. 1. lib.2.

Libellus incertus,& generalis, procedit super legitima filii.ita singu.Bal.in capitulo conquerente, ante fi. in uersiculo,sed hic dubitatur.de off.iud.or. quod pro sing.commendat D.Ias.in rub.sol.mat.in ulti. col. licet regulariter contrarium dicamus, ut not. Cæp. cautel. 169.quando libellus,& practicus Papiens. in forma excipiendi contra positiones,in uerb.Incertè,& in uerbo Generales,& Lanfran.in repet. capitulo quoniam contra falsam.col.21.uersi.quo ad primum. extrà de prob. ubi refert notab.cautelam Petri, qui fuit frater Bal. in cap.ulti.de libel.obla.scilicet, ut reus conuentus contra libellum obscurum,uel incertum excipiat se nō teneri respondere,aliter non exprimendo causam:quia si diceretur obscurū esse,uel generalé,actor eū citò declararet,& tradit etiam Ias.in l.edita.in 2.not.C.de eden.

Libellus procedere,quamuis habens dominium directum, proponeret utilem rei uend.quia dét exponi utilem,id est efficacem.ita sing.Bal.in c.pen.col. ult.uersi. ego tamen puto.extrà de re iud.& pro singu.refert Do. Ias.ubi multa cumulat in hac materia.in l. sed et si possessori,§.item si iurauero,in 4.not.ff.de iureiu.

Libellus defectiuus circa substantialia,non potest lite contestata emendari,etiam de consensu utriusque partis.ita sing.Bal.in auth. hodie. quæ aliter incipit, hoc sacramentum.ad finem.C.de iur.cal.ubi dicit esse perpetuò notand.quod pro sing.commendat D.Ias.in l.edita. col.7.uer.4.casus.Bar.in pen.col.in fine.C.de eden.ubi etiam Alex.col.3.uer.2.regula,& hoc modo lis debebit contestari,& sequitur Fel.in capitulo 2.col. 11.uer. amplia primo,de libel.obl.

Liberum pro filio in numero singulari, protulit Modestinus Iureconsult.in l. ius autem.ff.de pactis, & tamen secundum communes Grammaticæ, & Romanæ linguæ regulas,

regulas, hoc nomen recipit solummodo pluralem numerum. Et ideo non esse sine liberis dicitur (secundum Caium Iureconsf. in l. non est sine liberis ff de uerbo. significat.) cui uel unus filius solus, uel una sit filia. Hæc enim enunciatio, habet liberos, non habet liberos, semper multitudinis numero profertur sicut pugillares, codicilli, & nuptiæ. absurdum enim esset, unum pugillarē, unum codicillum, & unam nuptiam dicere & ideo quē sine liberis dicere non possumus, hunc necesse est, ut dicamus liberos habere: ut etiam apud Sempronium Asellionem rerum gestarum lib. 5 obseruauit Gellius, qui de Tiberio Graccho Trib. pl. ita scripsit: Orare cœpit, ut se defenderent, liberosque suos: eum, quem uirilis sexus cum in eodem tempore habebat, produci iussit, populoque commendauit propè flens. Hinc titulus de lib. & posth. hinc l. liberorum appellatione. ff. de uerbo. signific. & id generis non parum multa. *Pugillares. Codicilli. Nuptiæ.*

Et ob id Bartolus, qui sine dubio Academiæ nostræ legalis princeps est, in l ius autem agnationis, supra allegata, putauit liberum pro filio in numero sing. alibi obseruari non posse. Sed quòd eius pace dictum sit, inuenio hoc etiam apud Vlp. in l. nemo. prædo. §. locupletior. ff. de regu. iuris. Proinde Sipontinus in suis in Martialem commentariis, super ea epistola, Spero me securum: dicit, quòd singulari numero aliquando reperiatur. Laurentius etiam Valla, uir de literis bene meritus, in lib. elegantiarum Latinæ linguæ. 3. cap. 106. refert se liberum pro filio, & apud Qu. & Paulum, Caiumque Iureconsul. adnotasse: hoc tamen (quod eorum pace dictum sit) falsum est. In Pandectis enim nostris liberum in singulari numero in hac significatione, præterquam apud Modestinum, & Vlp. non lego. nisi malimus dicere, ab impressoribus inscriptionem auctoris in his locis immutatam. quod credendum est, ex quo alibi in Pandectarum libris non licet inuenire. Nec inficior, in constitutionibus Imperatorum, de quibus in Iustiniani principis codice, apud quos non seruatur di-

gnitas Romanæ linguæ, multis in locis posse hoc obseruari. ut in §. hoc quoque à nobis: Emancipando (inquit) liberum. instit. per quas personas no. ius acquir. & in l. si quis prioris. §. ulti. Talem (inquiens) liberum. & ibi etiam Bal. adnotauit, C. de sec. nupt. & in l. si quis suo testamento. in prin. dum inquit, Portionem libero. quod in loco Accurs. in uerb. Libero, hoc obseruauit. C. de inoffic. test. & in multis locis, quos breuitati inseruiens omittam. Et ideo opportune dixerit Bald. in c. 1. §. & quia uidimus, in 6. col. ibi. & interdum, in titu. qui feu. dat. poss. quod Imperator quandoque loquitur grosso modo: quæ uerba reassumit etiam And. Sicul. in repeti. rub. C. qui adm. in 9. col. Proinde excusari possunt ætatis nostræ Iureconsul. si linguæ Latinæ normam prætereunt: quia permissum est homini loqui eo modo, quo lex loquitur, uel Imperator: siue propriè, siue impropriè, ut eleganter dicit Bal. in l. 1. C. unde libe. Cicero quoque (quem disertissimum inter Romuli nepotes appellat Catul.) excusat se in primo de Legib. quòd quoniam in populari ratione omnis sua uersatur oratio, populariter loqui sibi necesse erit.

Liber rationum facit fidem pro scribente, in his, quæ sunt uerisimilia: sed tamen difficilis probationis præstito iuramento producenti. ita sing. Bal. post Guil. de Cu. in l. 1. in ult. col. uer. ult. quæro. C. de eden. ubi D. Alex. dicit memoria dignum. in ult. col & pro sing. etiam multum commendat D. Ias. in repetit. l. admonendi, col. 54. uer. 4. principaliter. ff. de iureiur. declarando tamen, ut per ea quæ retuli suprà in uerbo, Consuetudo indiscreta. & idem quod suprà concludit Bal. consi. 304. non est nouum, col. 2. in prin. & sequitur Alex. consil. 54. circa id, col. 2. circa fin. lib. 2.

Libri consulum uillarum, in quibus scribuntur taleæ & collectę, quę dictim occurrunt, nō faciunt fidem, nisi per notarium subscribatur. ita sing Bal. in l. Imperator. la 1. in ult. col. ff. de stat. ho. & sequitur Alex. cons. 186. col. 2. uersi. unde dicit Bal. lib. 2. declarando tamen, ut

per

per Alex. in l. quædam. §. nummularios, in 2 nota. cum quo ibi transit D. Ias. ff. de edend. & tangit Alex. consil. 136. col. 2. eo. lib. 2. & per Sali. in l. exemplo. C. de probat. ubi concludit, quod ubi de consuetudine fidem facerent, quod talis consuetudo deberet probari, cum à iure multum exorbitet: quod libro rustici plenè credatur, maximè quando in eodem castro, uel oppido habitent etiam nobiles, cum quibus raro benè conuenit, ut docet experientia rerum magistra. & iste casus sæpe ex facto incidit, maximè temporibus bellorum: ut pluries experti sumus: & latè declarat Ias. in repe. l. admo. col. 57. uer. circa tertium casum, de iureiu. & Fel. in c. 2. col. 9. uer. 3. conclusione, de fide instr.

Librorum appellationi contineri omnia uolumina, etiam si in philiaria, aut uitilicia, ut nonnulli conficiũt: memoriæ scriptum reliquit Vlp. in tit. de leg. 3. l. librorum appellatione. Nullus est qui inficietur, mendam hoc loco inesse: tamen quomodo uerba sint castiganda, adhuc non conuenit. Equidem ueram lectionem puto, si ita corrigamus: etiam in philura, aut tilia, ut nonnulli conficiunt. Philura enim, siue mauis philyra (nã utrunque idem) Græcum uocabulum est significans folium chartæ non colligatum. Plin. lib. Naturalis histor. 13. c. 15. Præparantur, inquit, ex eo chartæ diuisæ acu, in prætenues, sed quàm latissimas philuras: idem lib. 16. c. 26. E quibus uincula tiliæ uocantur, tenuissimum corium philyræ coronarum lemniscis celebres, antiquorum honore. & lib. 20. cap. 3. P. Claudius Pulcher, bracteasque etiam philyræ dedit. Propriè autem philura penultima correpta, arbor est quam Latini tiliam uocant: quamuis alii dicant, esse membranam tenuissimam, inter corticem, & lignum tiliæ. Ex hac arbore fiebant coronæ, quæ in magno honore apud antiquos fuerunt: ut superius retuli. de quibus Horatius in primo carminum lib.

Displicent nexę philyra coronæ.

Et Ouid. in Fast.

Vlp. locus.

Philura quid.

Tiliæ.

Ebrius incinctis philyra conuiua capillis.

Martian. Capella, in nuptiis suis philologiæ, accepit philyram pro membrana tenuissima. cuius uerba sunt hæc: Libri in philyræ cortice subnotati. Plin. uerò Naturalis historię 24. libro philyras nominauit pro capillamentis, filisque tenuissimis. Philyra (inquit) croci nimium salem cibis eximunt. Alii referunt, ueteres quondam foliis tantùm palmarum scripsisse. unde folia librorum dicta, quæ à Græca uoce philuræ etiam appellantur. Chartam autem, siue membranam, sæpenumero auctores pro foliis, siue philuris usurpāt. Philuram etiam Græci appellant, quam Latini schedam. Scheda autem est folium chartæ, siue papyri, nondum compactum, & ligatum: Plin. Sed ratio deprehendit uitium unius schedæ reuulsione. Alii schedam putant, tabellam, siue pagellam philyraceam, hoc est tiliaceam, qua pro chartis priscos uti solitos, Eustachius, & eo prior Aelianus asserunt. meminit & Tertullianus, & Martian. Capel. hodieque Græcum uulgus schedas uocat, tabulas eas, quibus supputatores numeris scribendis utuntur, ut mox litu spongiæ leuiter aboleri possint. Scheda etiam in papyro intelligitur à Plin. Schedulas Quintilianus, & alii quamplures, pro libris, monumentisque literarum capiunt. Schedia autem apud Græcos sunt, quæ nos extempotalia uocamus. utitur eo uerbo etiam Lucilius Vsurpat & Apuleius in Deo Socratis: In isto (ait) schedico, & incondito experimini, an idem sim repentinus, qui præparatus. Martialis de libello suo:

Folia unde. *Scheda.* *Schedia.*

Nec summa potes in scheda teneri.

Et quia schediarum mentio facta est obiter declaremus verba Vlp. in l. 1, §. nauem de exercit. dum inquit: Nauem etiam accipiendam, quæ sinedria sit. aliqui corrigunt, schedia: nam apud Græcos schedia, Latinè ratis interpretatur. Intelliguntque de nauigio temere facto, & incondito ut etiam hodie Mediolani uidemus in trabibus colligatis, & absque aliquo artificio compactis, quæ nauigii uicem aliqua ex parte præbēt. scribit Pōp.

Vlp. locus.

schedia genus esse nauigii inconditum, id est trabibus tantùm in se nexis factum. hinc mala poemata, & extemporalia, schedia solent appellari, ut supra retuli. Et quia superius dixi, legendum Tilia, non uitilicia, ut mendosi codices habent: Tilia arbor est, quam Græci philyram uocant, ut Plinii testimonio iam docuimus. Hæc autem de qua loquitur Iureconsultus hic, est materia candida, & pcelenti, inter corticē & lignū tenues tunicas multiplici mēbrana cōtinens, è quibus uincula tiliæ uocant de hac ēt meminit Vergil. in 2. Georg. lib. *Tilia quæ.*

Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum.

Idem in quarto:

Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacintos

Et paulo post:

Illi tiliæ atque uberrima pinus.

Et ad has membranas, iudicio meo, allusit Iurecōs. hic. Posset etiam (fortassis) legi, In uincula tiliæ nam ista lectio proximior est deprauatæ. Tiliæ etiam, secundum aliquos, ex aliis arboribus dicuntur: ut de interioribus corticis ulmi tunicis, è quibus uincula tiliæ uocantur. unde Plin. de ulmo disserens: Corticis interior tilia lepras sedat. inde Tiliaceus adiectiuū, & fasciæ tiliaceæ. de quibus meminit Iulius Capitolinus, de Appio Antonio loquens: Cum senex, inquit, & longus esset, incuruareturque, tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur, ut rectus incederet. Aristophanes Cinesiam eodem remedio utentem, Philyreum poetam uocabat. *Tiliaceus.*

Libitinarius is dicitur, qui quæstui inseruiens, libitinariam exercet: quique necessaria funeribus uendit: uel quia curam mortuorum sepeliendorum habet, seu qui conducit funera, & qui rationib. præerat. Libitinę deę, in cuius templo, quæ ad sepulturam pertinebant, vendebantur: ut scribit in Problematibus Plutarch. Refert etiam Seneca, Vota libitinariorum esse, ut mortes plurimorum optent, qđ litis quæstuosissimum sit. & de his intellexit Vlp. in l. quicunque. §. idem ait. ff. de instit. actio. & Iureconsulti in aliis locis non parum multis: *Vlp. locus.*

quamuis quidam aliter,& minus rectè.

Licentia alienandi data per testatorem in illos de familia sua,& apposita post generalem prohibitionem de non alienando, & post fideicommissum factum in casu quo hæres sine filiis decederet,quòd teneretur bona restituere substituto,an operetur effectum reuocationis tacitæ prohibitionis,resultantis in casu euenientis conditionis de restituendo. an uerò solùm producat effectum durante uita grauati:est notab.decisio Pau. de Castro,quòd operetur effectum etiam in præiudicium substituti,cons.224.visis,& consideratis.col. 3. uersicu.nec obst.ei.in antiquis.& licet Paul. met.consil. 163. circa primum quæsitum,ad fi.lib.2.in nouis.uideatur sentire contrarium: tamen ibi non loquitur in expressa licentia,sed in tacita.& ita eum etiam intellexit Dec. cons. 386.licet in controuersiis. in 3. & 4. col. & facit, quia etiam in materia fideicommissorum expressum facit cessare tacitum, ut probatur in l. cum ex filio. §. filio. ubi Bal.ad hoc not.de uulg. & pup. & habetur in l. qui Romę.§.duo fratres.de uer.ob.& est casus, qui sæpè ex facto incidit.

Pop. locus. *Lychnus* Græcum uocabulum est,cuius apud nos meminit Pomponius in l.penult.de uerb.sign.licet in uulgatis codicibus, lignis mendosè eo loco repositum sit. Nam apud Græcos, Lychno omne quod lucet, interpretatur. & hinc lucerna apud nos nomen accepit: de qua meminit Iureconsul.in l.Mæuia decedens.ff.de manu.testam.Eo tamen usus est Lucretius, Lumina pèdentes lychni.& Vergilius Aeneid.primo,

Dependent lychni laquearibus aureis Incensi.

Veteres enim lacunaribus eos appendebant, sicut & hodie nos candelabra orichalcea, & hæc etiam Pensilia rectè appellari possunt. Eusebius in 10. lib. de præparat. Euang.auctor est, Aegyptios primùm lucernę usum inuenisse. Et his melius aptantur uerba Iureconsul. hic. Et quod subdit Pompon.de Prothyro, licet glossator noster pedem efferre nequiuerit, uide quæ diximus infrà

Pensilia quæ.

Lucernæ usus unde.

frà in dictione Prothyrum.

Limen pro domo accipi posse, testis est Vergilius illo carmine.

Perge modo, atque hinc te reginæ ad limine perfer.
Et Propert. ad Gallum.

Ah mea contemptus quotiens ad limina curres.

Et propterea castigandus est locus Vlpia. in l. illicitas. §. ne potentiores. tit. de off. præsid. dum inquit; Ne tenuis uitæ homines sub prætextu aduentum officiorum (seu mauis officialium) uel militum, limine unico. & ideo Iuuen. *Vlp. locus.*

Pendentia liquit

Vela domus, & adhuc uirides in limine lauros.

Persius Satira I. Vide sis ne maiorum tibi forte Limina frigescant. Et ibi aliqui interpretes. Ex his apparet, an intelligentia Accursii possit subsistere: cum quo tamen pertransibat Bald. in authent. sed nouo iure, in ult. col. C. de ser. fugi. & in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex peric. recit. *Accursii, et Bal. error.*

Lymenarcha Græcum est uocabulum, qui limen portum dicunt: hinc limenarchæ, qui oræ præsunt maritimæ, maxime in hostiũ confinio: de his meminit Arch. in l. numerum ciuilium. §. qui annonam. ff. de mune. & honor. & Paul. in l. limenarchæ. ff. de ser. fugit. & Imperator in l. non iccirco. C. de lib. causa. in quibus tamen locis limitarcha legitur, tanquàm à limine descendat, secundum glossatorem nostrum.

Posset etiam forte dici liminarcas, absque aspiratione: ideo sic uocitatos, quia ad hoc constituebantur ut hostes à limine arcerentur. & sic erit uocabulum Latinum, & compositum & communis lectio seruabitur. & secundum hæc castiga uerba Imperatoris in l. 1. C. de offic. Comit. ori. ubi alicarchia mendose legitur, pro liminarchia, idest liminum præfectura.

Lites citò expediri, Reipublicę interest: ut dicit Imperator in prima constitutione. C. ad fin. quem ibi ad hoc not. Bal. post Bart. & in l. fratres tui. ubi Bald. C. de tran

ſact. & pontifices in præfationibus in Decret. libros) cum concordant. ſignatis per Dom. Alexand. in l. Seius,& Augerius.in 4. colum.ff.ad l. Falcid. Nam intereſt noſtra,litibus non uexari.l.minoribus 25.annis ſubuenitur.ff.de minor. & refert Corn. conſilio.283. pars dicti. in penult.colum.in ultimo lib. item, non eſt uituperanda cogitatio eius qui lites execratur, dicit text. in l.item.§ primo.de alie iud.mut.cauſa fac. & propterea ſtatutum eſt,quòd ab interlocutoria non appellatur, ſecundum Baldum.in l.apertiſſimi. in quinto notab. per illum textum. C.de iudiciis. & practicum Papienſ. in forma appellationis ab interlocutoria. in gloſſ. in uer. In his ſcriptis. in ſecunda colum. uerſic.reſtat quærere. Hinc etiam eſt, quòd reus inuitus poteſt compelli à iudice,ut litem conteſtetur: ſecundum magis communem opinionem,de qua in locis relatis per Dom. Alexand. in l. qui in aliena.§. ultimo,colum. penult. verſic.Baldus tamen. ff. de acquirenda hæredita. Hinc etiam uidemus, quòd reſcriptum ſupet re ſopita, ſeu deciſa, non ualet. & impetrans notatur infamia. textus eſt ſingul. in l. ultima C. ut lite pendente, niſi adiecta eſſet clauſula, non ob. aliquibus legibus, vel ſtatutis, ſecundum gloſſ. not. in l.ultima. C. ſententiam reſcind. non poſſ.quam ad hoc commendat Cepol.caut. 307. ſupplicatur ſæpiſſime. Hinc & 3. dicit ſing. Innocent.in cap.prudentiam,col.6.uerſic.probauerit, de offic.deleg. quòd ſi probaui intentionem meam per teſtes,& poſtea acta, ſeu atteſtationes amiſerim, etiam ſi caſum probarem,nulla amplius mihi danda eſt dilatione ex litibus lites naſcantur. & hoc dictum pro notab. & memoria digno commendat Lanfranc. de Oria. in repetit.cap.quoniam contra falſam. in 14. colum. uerſic.nota etiam,quòd ubi dilatio,&c. de probationibus. poſt Angel. in l. ultima. in penult.colum.uerſic.aduerte tamen ad unum. ff. de feriis. Et ex hoc inferebat ſingul.Bal.in l.qui ſe patris in ult. colum.uerſic. 1. quæſtio.C.unde lib.quod ſtatutum cogens affines, vel agna

tos

tos ad compromittendum, est fauorabile. Ideo extenditur etiam ad eos qui de propria significatione uerbi non sunt affines, uel agnati. quod pro sing. multum notat ibi Paul. de Cast. & D. Alex. in pen. col. & Ias. col. antepen. & firmat etiam D. Alex. in rub. sol. ma. col. 9. uer. sed mihi plus placet, &c. & in notab. quæst. consuluit Marian. Socyn. cons. 4. uisis actis, & actitatis, ad fin. in 1. lib. & Dec. consil. 13. colum. 2. in princ. & col. seq. & seq. ubi concludit, quòd etiam ad emancipatos extenditur: quamuis non sint aguati, saltem propriè loquendo. ut ibi latè per eum. & tradit etiam D. Ias. in l. 4. §. prætor ait. in 4. not. ff. de in ius uoc.

Lite pendente nihil est nouandum toto titulo, ut lite penden. & in pulchro casu not. Lud. sing. 414. lite pendente. & Cępol. caut. 275. licet soleat dici, adeo ut rescriptum impetratum, tacita litis pendentia non ualeat: dato quòd impetrans absque dolo tacuerit. ita singul. Bald. in c. ult. ut lite pend. quod dictum pro sing. cõmendat. D. Ias. in l. 2. col. 1. circa med. C. ut lite pend. Sed quid si habeo debitorem cum quo litigo, qui incipiat effici non soluendo, an litis pendentia impediat me, ut non possim impetrare ut capiatur, tanquam de fuga suspectus. Angel. singul. in repetit. l. nemo carcerem, post medium commenti, in uersic. item quæro, quid si lite pendente contra debitorem. C. de exact. tributor. lib. 10 tenuit quòd non: quia non solet deterior fieri conditio eorum qui litem contestati sunt, sed plerunque melior. ut in reg. non solet. cum simil. ff. de reg. iur. & hoc Ang. dictum latè sequitur D. Alex. cons. 106. magnificè prætor. in ult. col. in prin. in 2. lib. cuius uerba reassumit D. Ias. in l. si ab arbitro. in penulti. col. in princ. ff. qui satisd. cog. & est notab. limitatio ad titulum præallegatum.

Litera dicitur, quæ oculo corporeo legi potest. ita notab. Bald. in l. in ult. colum. C. de patrib. qui fil. distr. & Ang. in l. si ita scriptum. in prin. de libe. & posthu. & Moder. sequuntur in locis quæ nota sunt; & pro

& propterea stante statuto Mediolanensi, ꝙ statutum seruetur ut iacet ad literam, dispositum in uno correlatiuorum non intelligitur in altero statutum, contra. l. 1. C. de cupresso ex luc. libro 11. Et ex hoc me aliàs audiẽte inferebat Pichus præceptor meus, in auth. præterea, C unde uir. & in l. quamuis. C. de impub. quod statutum disponens, ꝙ maritus non possit relinquere uxori ultra quartam partem bonorum suorum; non proc. econtra: neque intelligitur prohibere, quin uxor possit maritum instituere etiam ultra quartam, & idem etiam tennit cõsulendo Cur. iunior consilio 6. ubi latiss. insistit, & ante eos inueni, ꝙ cum casus est facto incidisset, consuluerũt præstantissimi Iureconsul. domini, Lancelotus Decius Petrus Crassus, & Ioannes de Puteo, super duobus statutis Papiens. idem quod super disponentibus. & ita in fortioribus terminis, uidelicet etiam circumscripto statuto, quod uerba statutorum seruentur ad literam, consuluit Socyn. consilio 75. libro tertio, ea potissimum ratione motus, quòd dispositio statuti prohibentis maritum uxori relinquere ultra quartam, sit odiosa, & consequenter minimè extendenda, & ita ex facto cum incidisset, obseruatum fuit Mediolani, in causa ardua: licet allegarentur in contrarium consilia Curt. antiquioris consi. 11. & Ias. consi. 111. libr. 1. & opinio eiusdem Ias. in l. ultima C. de indi. uiduit. toll. quæ tamen loquuntur in statuto Parmensi, ubi non præsupponitur uigere dictum statutum, quòd uerba statutorum seruentur ad literam, & hæc memoria digna sunt, quia dubium est nouum, & per doctores antiquos non tractatum.

Locaui uineam plantandam, & curandam, usque ad septennium, cuidam hoc addito, quòd teneatur mihi dare dimidiam partem fructuum colligendorum, durante locatione. Quid si colonus plantauit etiam alias arbores? dic quòd tenetur etiam de illis dare dimidiam. ita sing. Ioa. And. post Pileum in sua ad Specu. paraphrasi. in tit. de locato. §. 1. ad fi. & pro eleganti commendat

And.

And.Sicul.in repet.l.cum acutissimi col. 22. uersi. facit elegans.C.de fideicom.& pro sing.citat D.Ias.in l.quic quid astringendæ.col.pen.in prin.ff.de uerb.oblig.& in l.1.col.8.uer.2.limita,ff.sol.mat.& in l.1.in ult.uerbis. C.de iu.emph.&,in l.1.in 3.col.post prin.ff.de legib.& dicit D.Ias.in d.l.quicquid, quod est ualde notandum: quia forte alibi in specie non habetur, & eam etiam se quitur D.Felin.in c.coram dilecto.colum. 1. circa med. de offic.delega.

Ego addo, quod istam quæstionem in terminis format Accursi.ubi arguit ad partes in l.certo generi. in prin. in glo.magna,ubi Bar.& Scrib.ff.de seruit.rusti.prædio. Quid autem si conductor non plantauit d.uineam, an cadat à iure suo? & sic, an possit expelli? an uero solũ teneatur ad interesse? Est quæstio notabilis, & quoti diana, uideturq; dicendũ quod indistincte cadat: quia ita singu.concludit Bal.in l.ulti.§.ulti.ante fi. Commu nia de leg.& in l.1.§.1.in pen.col.C.de cad. tollend.& in aliis locis relatis per D.Ias.in l. 1.in 4. not.C. de iu re emphy. ubi istam regulam commendat pro notab. Tamen ulterius cogitanti, possent fortassis distingui. Quod aut pactum de plantando uineam principaliter dedit causam contractui, & tunc sine dubio procedit opinio Bal.& sequaciũ,& probari potest ex tex. in l.cũ te.C.de pact.inter emp.& uend. aut pactum uenit accessoriè ad contractum,& tũc esset iniquũ,quod emphy te.per hoc possit excludi, & idem uideretur in colono, sed bene teneantur ad interesse, per tex. in l. ea condi tione.C.de rescin.uend. & istam distinctionem uiden tur etiam sensisse aliqui Modern.in l.lecta.ff.si cer. pet. & in l.cum proponas, la secunda C. de pactis cum concordant. d.l. cum te.cum præallegata l. ea conditione. Cogita tamen. Et notabis ad materiam istam, quòd locatio prædii rustici facta ad nouennium, renouatur lapso tempore,taciturnitate locatoris, & conductoris, cũ omnibus suis qualitatibus:sed de anno in annum tã tum, licet in prædiis urbanis obligatio tantummodo

orianturr

oriatur, prout quisque habitauerit. ita clarè disponitur in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. Sed an intelligatur de prima reconductione, an de secunda, tertia, & seq. text. ibi clarè dicit quòd de omnibus tamen D. Alex. alibi in quæst. statuti, consuluit sing. contrarium, consil. 16. breuiter in casu. in 4. lib. quem sequitur D. Fel. in c. 2. col. 2. ad fi. de treu. & pac. quæ decisio fortis est secundum D. Iaf. in l. duob. reis. §. si ei qui. in 15. simil. ff. de iur. iur cum mens statuentium eadem uideatur in 2. & 3. reconductione, quæ in prima: qui solum uoluerunt æquiparare prædia urbana & rustica, & disponere quòd totum tempus primæ locationis reiteretur in 2. contra dispositionem iuris communis. Et ideo de hac decisione meritò dubitat D. Iaf. in l. diuortio. §. quod in anno. in penult. colum. circa finem. ff. soluto matrimonio.

Locatio prima præfertur secundæ, dato quòd secundo conductori facta sit traditio. ita decidit Do. Iaf. in l. quoties. in 13. fal. C. de rei uendi. ubi sic limitat illam l. & dicit esse casum quotidianum, qui in specie à doctoribus non tangitur, secundum eum.

Tamen addo, quòd contrarium in terminis consuluit singu. D. Alex. in conf. 120. uiso processu causæ uertentis, &c. in ult. lib. & hanc opinionem D. Alexandri uidi seruari Papiæ coram prætoris assessore. & idem late consuluit Socy. conf. 29. uisis duab. per totum lib. 4. Accedat, quod in pulchro casu cõsuluit Ang. conf. 189. ex forma & serie. in ult. dub. ubi si locaui tibi fundum ad annos 29. seruatis solennitatibus requisitis, & promisi lapso tali tempore renouare locationem, postea elapsis 29. annis locauerim alteri, certè præfertur secundus. & hanc decisionem pro notab. commendat Do. Iaf. in l. manumissiones. in pen. col. in princ. ff. de iuf. & iur. & D. Alex. conf. 68. uisis duab. elegantissimis. col. ultiuersi. per supradicta. lib. 1. ubi aliqualiter insistit. & illud consilium etiam repetitum habes apud eundem cõsilio 165. libro 2. & est memoria dignum ad ampliatio-

nem

nem l. quotiens, præallegatæ.

Sed pro opinione præceptoris mei uidetur facere, quod singu. consuluit Bald. consi. 281. ad euidentiam. ad fin. in 3. lib. ubi tenuit, quòd antiquior præferendus est in iure emphyteotico: non obstante inuestitura noua, & diuisione, ut per eum.

Lolium herbæ genus, alio nomine zizania dicitur. ut etiam declarauit glossator, in cle. dudum. in dic. zizaniæ. de sepultu. & diuus Ambro. in Hexaim, Lolium, inquit, & reliqua adulterina semina, quæ frugib. sæpè miscentur zizania nuncupari, Euangelii lectione cognouimus. sed ea proprium quoddam genus habent, cum ex tritici semine in aliud genus seminis decolora mutatione translata degenerem traxere naturam. Horat. Esset ador, loliumq; meliora relinquens. Proinde corrigenda sunt verba Celsi apud Vlpia. in l. si seruus seruũ. §. inquit lex. ff. ad l. Aqui. dum quærit: Si folium, aut auenam in segetem alienam inieceris. Castiga: Si lolium aut auenam in segetem alienam inieceris. Quid autem sit auena in hoc loco Iureconsul. scripsi superius oportune. non repeto. *Zizania.* *Vlp. locus.*

Lupinum, seu ut aliqui cōtendunt, Lupinus, est genus leguminis, non minus terram appetens quàm lupus pecudes: & inde nomen assumpsit. Tellurem mirum in modum amat, ut quamuis solo fruticoso, coniectum inter folia uepresq́ue, ad terram tamen radice perueniat. & inter fruges enumeratur à Iuliano in l. frugem. ff de uerbo. signi. Scribit Plin. ab omnib. anima lib. eius amaritudine esse tutum. hinc apud Verg. Georg. 1.

Tristisq; lupini.

Sustuleris fragiles calamos, syluamq́ue sonantem.

MAGIDE



Pauli locus

AGIDE, uel magis, de quo meminit Pau. Iureconf. in l. seruus cuiusdam, ff de condi. ind. pro instrumento coquinatorio; seu lance quadam accipi posse, docet Pli. Naturalis historiæ libro 33. dum refert, Cornelium Nepotem tradere, tympana se iuuene appellata stateras, & lances, quas antiqui magidas appellauerant. licet Accurs. noster ad scacherium, uel tabulariū eius (ut uerbis utar) maluerit referre. Sed quo auctore? nam apud Iulium Pollucem in septimo pro instrumento maiori accipitur, quo farinæ subiguntur, mactræ simili. meminit idem Iul. in 2. & 10. dum inquit: Quæ autem tripodibus imponuntur, mensæ, & magides appellantur, quas à magnitudine dictas, attestatur Varro de Latina lingua libro 4. dum inquit: Magidam autem, & Langulam, alterum à magnitudine, alterum à latitudine finxerunt: quæ & patina, quod pateat poterit appellari, & ita intelligimus locum Pauli hactenus pro obscuro, & tanquam deprauato neglectum.

Accursii locus.

Maledictio data à patre filio in testamēto, non est sufficiens ad exhęredationem, quamuis exprimat causam maledictionis: quia me uerberauit. ita sing. Bal. in proœ. Gregor. col. ult. uer. item quæro, de quo scripsi infra in uerbo, Pater.

Malus semel, semper præsumitur esse malus: ut in regula, semel malus, de regulis iuris, libro 6. tractat Bald. in l. non ignorabit, C. de exhiben. & D. Alex. in l. furiosum, in 3. col. C. qui testa. fac. possunt. Hæc regula limitatur procedere in eodem genere mali: ut qui semel furatus est, semper fur præsumitur. Secus, in diuerso crimine. ita nota. Bald. in l. ult. in ult. col. ff. de hæred. insti. quem sequitur ibi Io. de Imo. dicens, eius uerba bene notanda, pro limitatione d. regulæ semel, quæ etiam cōmendat D. Alex. consi. 5. in casu inquisitionis, in 2. col. in prin. lib. 1.

Alio modo illam regulam etiam limitat Bal.idem cō ſi.459.uiſa dicta petit.in ult.col.in 3.lib. Tertio modo limitat Fel.in c.2.ante fin.de excep.

Mandati fines ſunt diligenter cuſtodiendi, ne incidamus in illud, Vltra ſepta tranſilire. nam qui exceſſit, aliud quidam facere uidetur, ut inquit Pau. Iureconſ.in l.diligenter,in prin.ff.mand.& conſuluit Bal conſ.402. coniugamus ſtatutum,col.2.in 1.libro,& Alexan.conſi 15.uiſo inſtrumento,in 1.& ult.col.in 2.libro,& in alienatione facta,non ſeruata forma reſcripti, Alex.conſilio 4.col.2.in fine,lib.3.uel non ſeruata forma ſyndicatus, Alex.conſi.primo,col.ſecunda,libro ſecundo. Hæc regula recipit multas declarationes,quarum 11.aggregauit D.Iaſ.in l.ſi procurator,in primo notab.per illum textum C.de procura.& ante eum D.Fel.latiſſimè in c. cum dilecta,extrà de reſcript.in 20.col.& tribus ſeq. & ponunt alii canoniſtæ,in c.per tuas,per illum tex.extrà de arbitr. Inter alias nota, quòd hæc regula declaratur procedere in faciendo:ſed in omittendo poteſt quis excedere fines mandati,& pręiudicabit mandanti:ita ſing. Bal.in capitulo primo,in 2.colum.uerſi.ſed contrà,extrà de lite non conteſt.& pro ſingu.citat D.Iaſ.in pluribus locis,ut in l.ſi mora,in penult.col.in 5.ſimili.ff.ſoluto matrimonio, ubi dicit,quòd eſt magnum uerbum. Sed in contrarium uidetur facere, quod in epiſtolis diui Hieronymi ſcriptum legimus,dicentis.Non ideo putes aliqua contemnenda eſſe mandata,quia leuiora ſunt. tā enim maxima illa,quàm minima,impetrata ſunt,& contemptus cuiuſcunque pręcepti,pręcipientis iniuria eſt. In quouis propoſito,in quouis gradu,æquale peccatum eſt, uel prohibita admittere,uel iuſſa non facere. Et de hoc dicto Hieronymi meminit etiam apud nos Domi. Felin.in capitulo,cum dilecta,in 17.columna, in undecima ampliatione,extrà de reſcriptis. Ex quo etiam notandum eſt,quòd regula d. l.diligenter, procedit etiam in minimis mandatis. Quid autem eſſet, ſi mandatum pinguius adimpleretur. Iaſon in l.puberem. C. de iure

del.& quid,si mandans iurauit se ratum habiturum, Deci.consi. 493.col.3.

Mandatum cum libera datum prætori,nihil operatur nisi quantum ad reddendam iustitiam.ita singul. Bal.in l.alias.ad fin.ff.de iureiur.& pro singu commendat Do. Ias.in l.præses,in 1.not.C.de transact.& quomodo mandatum cum libera dari possit,uide infra in uerb. procurator generalis.

Mandatum Procuratoris potest probari per testes,gl. est communiter approbata in l.maritus. in glos ulti. in princip.de procurat. Quæ fallit in mandato,ad solutionem recipiendam,quod solum probatur per instrumentum.ita sing.Bald.in l.falsus,in pen.col.uer.utrum autem.C.de furtis. quod est aureum dictum, secundum Crem.notab. 138.si procurator.& pro sing citat Dom. Alex.in l.1.in ult.colum.circa fin.C.de procura.ubi dicit se transigere cum Bal. potius propter auctoritatem, quia nemo contradicit quam propter rationem,quæ fragilis est,teste D.Ias.ibid.in pe.col. ubi hoc dictum Bal. dicit singul. Et quamuis mandatum per testes probari non posset,prohibente statuto: nihilominus ratificatio probari poterit,secundum Deci.consi.297.non patitur. col.2. An autem ex diuturnitate temporis præsumatur mandatum interuenisse,Bald.notab.decidit,quod non, nisi aliter constet.in l.1.uer.sed pone. C.de reb.al.non al.quod sequitur,& commēdat D Alex.in l. qui in aliena.in princ.col.4.uer.item adde ff.de acquir. hæredi.& D.Ias.in l.1.col.5.uer.lim,2.C.qui adm.ubi tamen dubitat de ueritate.Proinde hoc dictum Bal. reprobat latè Do.Francis.de Curt.consil.77.super motiuis. col.2. uersi.sed præmissis: licet ubique approbetur, ut scribit D.Felin.in c.sicut,col.19 uersic.6.aduerte, extrà de re iudi.ubi limitat duobus modis.& de solennitatib. quòd præsumantur ex diuturnitate temporis, tradit plura Alex.consi.79.circa primum,in 3.col.uer. sed præmissis.lib.1.& consil.113.super 1.dub.in ult.col.in eo.lib. & Dec.consil.36.col.6.& seq. & retuli aliquid supra in

uerbo,

uerbo, Decretum maioris iudicis, & infra in uerbo, statutum requirens consensum, & prosequuntur Scrib. in præsertim Do. Alex. & Ias. in l. sciendum. de uerborum obliga.

Mandans homicidium, tenetur. tex. singula. in capitu. ultimo. de homicid. libro sexto. facit l. minoribus. C. de his quibus, ut indignis. tractat Cœpol. caut ult. & etiam dicitur propriè facere, secundum And. Siculum in repe. rubricæ. extrà de fide instrumentorum. col. 9. uersiculo & si forte. de quo tamen latè doct. in l. 3. §. 1. ubi Dom. Alex. in 2. not. & Do. Ias. in primo. ff. quod quisque iuris, cum concord. de quibus per Do. Alex. in l. 1. in prin. in 4. colum. ff. de uerb. obli. & in l. gallus. §. quid si is. in 2. no. in 2. col. post Bald. & alios per illum tex. ff. de lib. & posth. & consuluit Cœpo. consi. 34. si unquam, & alii doct. in pluribus consiliis seq. & latiss. D. Ias. in l. si quis id quod. in 9. not. in 8. & 9. col. ff. de iu. om. iud. ubi latè ponit, an in statutis mandans homicidium puniatur eadem pœna, qua committens, de quo etiam latè per Vincen. Palleo. inter consilia Alex. consilio 65. per totum, libro quarto, & Bartol. Veronen. in casu econtrario. cautel. 77. nota quòd licet. Quod procedit etiam, si delinquens erat aliàs facturus: ut firmat eleganter Bal. in l. ob hæc uerba, in 1. col. ad fi. ff. de infam. & communiter approbatur secundum Do. Ias. in l. 1. in 3. col. & seq. C. de ser. fu. licet Bal. ibi in 2. col. sing. uisus sit aliter tenere, & in dubio præsumitur contra consulentem, quod delinquens non erat aliàs facturus, secundùm Bald. in d. l. ob hæc uerba, post Din. ibi per eum relatum, & sequitur in pulchra quæst. Alex. consilio 103. uidetur prima consideratione, col. 5. uersicu. & est doctrina. lib. primo. Sed quid si Titius mandauit Seio, ut Caium interficeret, & ita factum est; tamē Seius dicit quòd hoc fecit motu proprio, quia erat suus principalis inimicus: non autem, ut exequeretur mandatum: utrum credatur delinquēti ad excusationem mandatoris? Bal. eleganter in c. 1. §. iniuria. in pen. col. uer. quæro si Titius mandauit. in titu. de

pace iur. firman. dicit, quòd multi Doctores mouebant istam quæstionem in ca. audientiam, extrà de homicid. sed quòd non respondebant clarè. Ipse autem putat recurrendum ad coniecturas, & in dubio præsumitur contra mandantem ut l. sæpè. ff. de uerb. signific. quia testimonium delinquentis non est bonum. l. ult. C. de accusa. & ideo alibi Ber. Veronen. cautel. 76. uidimus. citãs hoc not. dictum Bal. dicit, posse colligi bonam cautelã, ad liberandum quem à morte: ultra plures aliàs traditas per eũ in 1. caute. & aliis seq. uidelicet ꝙ si aliquis accusatur ꝙ mandauerit homicidium committi, si committens erat inimicus capitalis occisi, ita quòd uerisimiliter eum occidisset propter suam inimicitiam, & talis delinquens examinetur, & deponat, si uerum est quòd ipsum interfecit non propter mandatum, sed inimicitiam propriam, & mandans liberabitur: quod putat bene notandum. Nunquid autem idem dicendum sit in casu econtrario, ꝙ sicut excusatio liberat, ut prædixi, ita inculpatio socij sit sufficiens indicium ad torturam: istud in terminis tangit Domi. Alex. ubi eleganter consulit, in consilio 89. uiso themate antescriptæ inquisitionis, in prima, & secunda colum. in 3. libro, & ultra eum notab. Ang. in l. & si certus. in finem. princ. ff. ad Syllan. ubi dicit eleganter notandum, quòd principali malefactori inculpanti alium de societate delicti, standũ est quo ad hoc vt iudex possit iustè inquirere cõtra inculpatum. Non tamen erit sufficiens iudicium regulariter ad torturam, secundum Oldr. de quo per Cyn. in l. ultima. C. de accusatio. & Dec. consi. 189. lætatus sum. col. 6. uersiculo non obstant. Quæ omnia sunt memoria digna, quia quotidiana: iuxta. l. legaui. in prin. ff. de liber. legat.

Cautela

Excusatio delinquẽtis prodest imputatio.

Socio creditur in delictis.

Maritus priuatur commodo dotis, quoad eum pertinet ex statuto, uel pacto, si ei infirmæ non subuenit de alimentis, medicinis, & alij necessarijs, ut de bono medico. ita singul. not. Bal. in l. quod in uxorem. C. de neg. gest. & in l. 1. §. sed scimus. C. de lat. lib. tol. & pro sing. citat,

rat,& simpliciter sequitur Do. Alex. in l. prima in ulti. col. C. unde uir. & uxor. & in l. si ab hostib. §. si uir. in 2. not. ff. solut. matr. ubi limitat, & dubitat de ueritate: tamen Baldi auctoritas, secundum eum est magna, quæ non habet contradicentem. Et ultra eos addo, quod idẽ consuluit Bal. cons. 53. quędam D. Richabella. in 5. lib. ubi ampliat singula. etiam si mulier esset excommunicata: quod bene nota. Sed si mulier esset peste infirma, ex qua communiter homines morerentur, tunc secus esset teste Pau. in d. §. si uir, col. 1. tamen ego multos similes uidi sanari, si remedia adhibentur.

Cui autem competat onus probandi, maritum nõ adhibuisse medicum. Corne. consilio. 120. in hac consultatione. in ulti. col. libro. 1. dicit se aliàs consuluisse, una cum D. Alex. quod onus probandi negatiuam pertinet ad illum qui dicit maritum non adhibuisse, quod est notandum ad ea quæ de negatiua tractant Docto. in locis relatis infra in uerbo. Negatiua.

Maritus expellens uxorem de domo, uel si solum de ea conqueratur, parat hæredi suo exceptionem contra uxorem de adulterio, quæ aliàs hæredi non competeret. ita sing. declarat Iac. de Beluisio in §. quia uero plurimas, in fi. in auth. ut lic. ma. & au. arg. l. hęredem. ff. de reg. iur. & pro sing. refert, & confirmat D. Alex. in l. rei iudi. col. 2. uer. limita tamen. ff. sol. mat. & ultra eum cõsuluit sing. Bal. consil. 221. nam quandoque, in 2. lib. & consi. 182. Petrus. in 3. lib.

Masculus præfertur fœminę in præsentando rectorẽ in iure patronatus. ita sing. Bald. in l. 1. per illum tex. ff. de senat. ubi etiam singulariter uidentur sentire, quòd natus ex linea masculina præferri debet descendenti ex fœminina, licet masculus sit. quod iudicio meo est singulariter notandum: quia tunc deberet electio spectare ad episcopum, iuxta c. 3. extra de iur. patr. Et hinc infert notab. Bal. regem Angliæ nullum ius habuisse in regno Franciæ: quia uolebat succedere ex eo ꝙ eius mater esset filia regis Francię. Et cũ in his nõ succedãt fœ

 minæ,

mine,ergo neque eius filii: ut per Bal. ibi,& est notabi. quæstio. quam in facto uidimus.

Masculinum regulariter concipit fęmininum.l.1.cum sim.ff.de uerbo.signi.Sed hæc regula recipit multas declarationes.inter alias limita, non procedere in officiis. ita singu.Bald.in cap.ad euidentiam. el 1. in ult.quæst. extra de rescr.ex quo infert,quòd si testator dixit,relin quo fratres meos executores mei testamenti;non intelligitur de sororibus.l.cuius bonis.ff.de cura.fu. quia fęmina habet inualidum consilium.Sicut etiam de pupillo dicendum est,qui habet consilium imperfectum. l.ulti.C.de leg.tut. & hoc dictum Bal. pro singu.approbàt D.Ias.in l.si quis id quod.in 3.col.in 4.lim.ff.de iu.om. iu.ubi latè tractat istam materiam,&Dec.in l.2. colum. pen.de regu.iur.Ias.ubi putat sing.in l.ex facto.in prin. in pen.col.de uulg.& pup. Et ideo dicit alibi eleg.Bal. in l.1.in ul.col.C.qui adm.quòd mulier licet affinis,nō potest consentire alteri mulieri contrahenti, stante statuto, quòd in contractu mulieris requiritur consensus affinis:quia consilium propriè est uirorum. de qua ultima decisione scripsi infra in uerbo Statutum requirens in contractu. Hinc est,quòd mulier non possunt esse de consilio,neque interuenerunt in condendis legibus uel statutis,secundum Doct.in l.1.per illum tex. ff. de legi. ubi etiam Bar.qui magis in specie colligit argumētum, quòd usus mulierum non inducat consuetudinem : quia lex,&consuetudo æquipollent,l.de quibus.ubi latè scriben.eodem titu. quod ulti.sequitur, & no.Ludouic.Romanus singu.45.ad hoc,& Dominus Marianus Socynus consilio 7.nunc quæsitorum,colum.penul. uersicu.circa 2.lib.primo. post Abb. consilio 53. attingendo.circa prin.lib.2.

Consiliū propriè est uirorum.

Mulierum usus non inducit cōsuetudinem.

Proinde optima ratione statutorum conditores Mediolan.uoluerunt,quod in Ducato Mediolan. masculinum comprehendat fœmininum, in his quæ congruunt utrique sexui.Secus ergo erit in officiis,& aliis quæ utrique sexui conueniunt, ex his superioribus diebus infe-

rebam

rebam, quòd ſtatutum de fideiuſſore exonerando non comprehendat fœminas, ex quo ſtatuit quod tales non exonerantes poſſint perſonaliter capitu. Captio enim perſonalis non ita permittitur uerſus fœminas, ſicut erga maſculos, cum in mulieribus maior honeſtas requiratur, eo maxime, quia alio ſtatuto municipali cauetur quod mulieres bonæ famæ non poſſint pro aliquo debito neque publico, neque priuato capi, & tale ſtatutum debeat præciſe ſeruari, & conueniunt quę ſcrib. Corne. conſilio 183. me ſubſcripſi libro primo, ubi Soc. refert, item quia tale ſtatutum de fideiuſſore exornando, eſt correctorium, & pœnale, quo caſu ſub maſculino non comprehenditur fœmininum, & eſt glo. ſingu. in cle. ut hi qui. in uerb. in eiſdem de ætate, & qual. quam ad hoc pro ſing. citant doct. ubique: & inter alios Do. Ale. in l. ſi conſtante, in prin. ff. ſol. ma. D. Iaſ. in auth. quas actiones, in 6. col. uerſi. adde idem. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & in l. prima in ultima col. uer. 3. moueor, C. de traaſac. & in l. cum quidam in ult. nota. uer. 2. principal. ff. de lib. & poſth. & in l. ſi quis id quod in 3. colu. in 7. fal. ff. de iur. om. iud. & alibi ſæpe. item inferebã, quòd recipiens mulieres ad laborandum ſuper ſuo, non cogitur eas expellere, licet à priore domino ſibi denuncietur: iuxta formam Mediolanenſis ſtatuti de locato: ſuper quibus tamen cogitandum eſt, ubi iudicandum eſſet. Quid autem ſit in materia ſucceſſionum, ſtãte ſtatuto quòd uerba ad literam intelligantur, lege Alciat. in ſecundo lib. de uerborum ſignifica. in penultima char. ubi citat Bal. Corn. & Cur.

Matrimonium recipit diem, & conditionem. ita ſub dubio forte dixit gloſſ. in l. actus legit. de regulis iuris, tamen Abbas in capitulo ultimo, in primo notabili de conditione appellat. tenuit contrarium: ex cuius dictis aliàs cum Bononię ſtuderem, Domin. Anton. Burgoſ. optimi nominis Iureconſult. inferebat, quòd non ualet matrimonium, ſi contraherem ſub conditione, ꝙ liceret mihi uxorem dimittere, caſu quo inhoneſte

fe haberet, & ex hoc monebat iuuenes cum amafiis in uentos, quãdo coguntur ducere eas in uxores, ut ducant fub tali conditione, quia nõ ligantur, quod bene nota. addit Marfil. fingu la. 286. capias. ubi latè reaffumit. Sed ego non audeo firmare, propter multa, quæ fpeciali fa uore matrimonii induƈta funt: ut etiam habes in uerbo Nuptiarum caufa. & tradunt Specu. Antonius Butr. & Panor. quos refert Iaf. in l. aƈtione colum. 2. C. de tranfac. & Do. Alexan. confilio 152. colum. 2. libro quinto de illo qui promifit non accipere aliam nifi illam. An autem ualeat matrimonium inter prohibitos fub condi tione, fi Papa difpenfauerit. lege Areti. qui alios refert confi. 142. ex faƈto proponitur, in 4. col.

Mater quæ tranfiuit ad 2. uota, & fic priuata eft tute la, & poftea eft faƈta uidua, & petit iterum tutelam filiorum prioris matrimonii, an debeat admitti, Bal. fingu. in auth. facramentum. in ult. q. C. quando muli off. tut. fug. poff. tenuit indiftinƈtè, quod non fit admittenda: tum quia ex aƈtibus præcedentibus fufpeƈta præfumitur, tum etiam quia ipfo faƈto uidetur nubendo taci tè renunciaffe. iuxta notata in capitulo ex parte M. de appel. Sunt tamen qui diftinguant. Aut minoribus prouifum eft de tutore, & procedit opinio Bal. aut nõdum tutores dati funt. & ifto cafu mater iterum admittatur, dummodo rationes primę adminiftrationis reddiderit, quando ad fecunda uota profiluit. & ifta opinio uidetur æquior, & iudicio meo tenenda, eamque ampleƈtitur Spec. magifter praƈticæ, in titulo de tuto. §. nunc dicen dum, uerficulo quid fi mater fufceperit tutelam, &c. ubi addit, quòd etiam mulier excludetur, quando minores non folum habent aliquem tutorem, fed etiam habere poffunt aliquem legitimum tutorem: quia etiam hoc cafu, fecundum eos, res non eft integra, & iftam ultimam opinionem fequitur Domi. Alexand. in l. fciant in prima addi. C. de legit. hæred. & ifta proc. attento iu re communi. Eft uerum quòd apud nos eft decretum, cogens agnatos ad faciendum decerni tutelam intra quatuor

tuor menses, cuius dispositio etiam tollit aliam quotidianam quæst. Doctor. in hac materia scilicet, si mater quæ noluit suscipere tutelam filiorum, omisit etiã petere tutelam decerni, infra annum excusari possit à pœnis legalibus. eo, quia à principio anni erat minor, licet postea sit facta maior antequàm totus annis pertransiret. in qua quęst. Bal. signãter in auth. si captiui. colum. 2. in 4. not. C. de epis. & cle. dicebat se sæpe consuluisse, matrem per hoc non priuari successione filii. Et in effectu ista est communior conclusio, ut late per Do. Alex. & Do. Ias. in l. minoribus. C. de his quibus ut indig. cum concor. ibi per eum adductis. & ulterius etiam tenet Lud. Rom. singu. 235. tu habes. ubi dicit, se ita pro matre sua consuluisse. cuius consil. citat Do. Ias. in d. §. minoribus in fin. tradit etiam Do. Alex. in l. si cum dotem. §. si maritus. in 3. col. ff. sol. matr. & l. 2. §. non solum. ff. de excusa. tutor. in additionibus ad lecturam Nicol. de Neapo. & ex factò incidit pro altera ex sororibus meis. Et sunt memoria digna, ad regulam uulgatam, quæ habet, ꝙ cessante causa cessat effectus, l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. c. cum cessante. de appella. ubi Mod. ponunt, & tractat D. Alex. in l. si constante. in princ. in ult. col. ff. sol. mat. & in l. ult. in 1. not. in 1. col. C. de ed. diui Adr. toll. & Do. Felin. in capitulo quæ in ecclesiarum in 12. col. uersic. secunda declaratio. extra de constitut. & in cap. postulasti, colum. 3. uersiculo per istum textum extrà de rescrip.

Matula uasis genus est ad urinam, & aquã tenendam. Proinde mundo muliebri continetur, ut scripsit Vlp. in l. argumento. §. mũdus. ff. de aur. & ar. leg. alio nomine, matella, & mattellio dicitur. Plautus ĩ Amp. Nec tu postulas matellamunã tibi aquę infundi in caput Martial.

Dispeream si tu Pyladi præstare matellam
Dignus es. Inde à matula sit diminutiuum matellio. Varro de uita patrum: Postulasset trulleum, matelliorem, peluim. & de his etiam diximus suprà in dictione Argento facto, & in dictione Scaphia, & *Matellio.*

Pōp. locus. meminit etiam Pomp.secundum eam lectionem,quam nos restituimus,in l.etsi non sunt §. 1.ff. de auro, & argento legato.

Mediastinus seruus est,ex abiectoribus.ita dictus,quia domestica quæque uilissima ministeria obire in domo cogebatur: ut ligna congerere, domum purgare, & alia huiuscemodi.hoc autē nomine inde utitur, quia in media domus parte ad omnium aliorum iussus præsto esse deberet.De mediastino meminit Iureconsult.in l.ultima ff.de operis seru.& in l.item apud Labeonem §.prętor ait ff.de iniuriis,& Vlpian.in l.prima §. de exercitoribus ff.nautæ, caup. stabul. *Locus Iureconsul.*

Mediolanum ciuitas,Galliæ cisalpinę metropolis, & inter urbes Insubriæ principatum obtinens: secundum D.Signor.consilio 129. in principio, colum. sexta,ubi cōmētatur in præfatione Digestorum. Proinde sing. cō suluit Bald.cōsilio 77.uerba Cyni,in ultimo lib. quòd studentes Mediolani, dicuntur studere in loco approbato: quia patria nostra ex consuetudine, cuius contrarii memoria non existit,intelligitur apud se habere studiū generale:eo præsertim, quia est ciuitas regia, quod est memoria dignum ad multa, & maxime ad ea quæ tractantur per Doct.de studiis generalibus, in præfatione Digestorum ad finem. An autem dux Mediolani possit ea in ciuitatibus sibi subditis, quæ Imperator? est pulchrum dubium, in quo consuluit Baldus quod sic,consilio 359.quemadmodum Imperator in tertio libro,& cōcludunt Ang.& Paulus de Castro in cōsiliis relatis per D.Ias.in l.ex hoc iure, in tertia columna ff. de iureiurādo,& ultra eum concludit Lud.sing.462. an dux Mediolani,& Calcan.consilio 66.uisis omnibus, & in consilio præcedenti ubi tractant,an possint confiscare.Cur. consilio 73.col.29.uer.54principaliter. Dec.consi. 191. in cā col. 1.declarando tamē,secundum ea quę de Venetis latè retuli suprà in uerbo Exemptus. Et licet D. Alex. in consilio 2.uisis codicillis, in quarta col. lib. 1. cuius consi.etiam est repetitum in consi. 87. in 2. lib. non audeat *Studiū Mediolani.*

deat hoc firmare, quia tunc sibi non expediebat: tamen non erat dubitandum, per supra adducta, & per ea quæ latè tractat D. Felin. in cap. quę in ecclesiarum. in 14. colum. uersicu. sed hanc declarationem. & col. sequ. ubi considerat tres casus de constitu. & latissimè tractaui in libello de Laudib. patriæ Mediolan. in comparationem urbis Romæ: ubi etiam multas alias quæstiones tractamus, & etiam incidenter, an scribendum sit Mediolanum, ex monumentis diui Ambrosii præsulis nostri, & aliorum auctorum, exque ueteribus marmoribus. Prædictis tamen contrariari uidetur, quod dicit Paulus de Ca. in .quotiens. C. de precib. impe. off. ubi dicit, quòd licèt Imperator possit apponendo clausulam, non ob. in priuilegio derogare iuri tertii: tamen hoc non potest princeps inferior, ut Dux Mediolani & Marchio. Ferrariæ. Ideo infert ad q. Pandulphi Bergomensium principis, ut ibi latius per eum. quem in hoc sequitur D. Ias. in l. rescripta. in 1. not. C. si contra ius uel util. public. & idem consuluit Socyn. consil. suo 6 uisis processu sententiis, &c. in ult colum. in 2. lib nisi in priuilegio eorum tals potestas eis data esset per Imperatorem, uel eam prescripsissent per cursum tanti temporis, cuius memora in contrarium non existeret. & secundum hos duos casus possunt proced. decisiones Bald. Angel. & Paul. suprà relatæ. Posset tamen dici, Paul. non bene uidisse inuestituras ducales: quia ut refert Marti. Laud. in cap. 1. de nat. feud. Dux Mediolani habet duo feuda ducatus, & ultimum est concessum cum omni imperio & regalibus. & ideo ipse singula infert, quòd hodie non liceret Imperatori in feudum concedere aliquam ciuitatem, uel castrum Lombardiæ, quia iam sunt Duci Mediolani in feudum data: cui aliquid auferre non lice, nisi de aliqua culpa conuictus esset. & eum sequitur Curt. Modernus. in tractat. Feudorum. in 17. char. uersicu. 2. principal. quæro. ex quibus infert nota. Curt. Senio. consi. 73. super memorata. columna 29. uersiculo quintò principal. quòd Imperator non potest derogare

Mediolanū

rogare statutis Mediolani: neque de subditis ducis. Mediolani se interponere: quia dux Mediolan. habet iura utilia eum utilitatis affectu: & propterea non posset legitimare ad feuda, in præiudicium ducis Mediolani, uel agnatorum: eis præsertim non citatis. idem Cur. consi. 56. super præmissa. col. 14. Ias. consi. 70. ad fin. lib. 3. Verùm hodie cum feudum ducatus Mediolani per finitam generationem extinctum sit, non expedit ulterius insistere: sed dicere possumus,

Nec regnum sine rege, nec est sine numine cœlum:
Nec Mediolanum te sine Cæsar erat:
Tu rex, tu nomen, tu nobis omnia, dexter,
Et Mediolanum est, nunc quia Cæsar ades.

Memoria hominum labilis est. l. 2. §. si quid auté. C. de uet. iur. enucl. & l. peregrè. in prin. ubi Doct. not. ff. de acquir. poss. not. Bald. in l. 2. §. quod obseruari. in 3. col. uersic. examinemus. C. de iur. calum. quod etiam in summo pontifice dicit tex. in c. præterea. Nisi nos, inquit, fallit obliuio. & ibi glo. declarat 23. dist. & in c. ex parte. el 1. ubi Dec. post Ab. in ult. not. ad hoc ponderat illum text. & declarat, de offi. deleg. Et ideo legimus apud Plin. in 7. Naturalis historiæ, Coruinum Messalam, uirum alioquin doctissimum, etiam proprii nominis oblitum. unde nota parœmia in collectaneis Adagiorum, Proprii nominis obliuisci: in hominem supramodum obliuiosum. Ouid.

Nominis ante mei uenient obliuia nobis.

Quod etiam Imperatori inconueniens uisum est, in l. ult. in fi. C. de hær. instit. ubi putat non esse uerisimile, in suum nomen quenquam errasse. Sed quid in hac librorum suppellectili, quæ iuris ciuilis pontificiiq; disciplinam reddit difficillimam? Propterea calamo die noctuque inhærendum, non tamen ut memoriam incultu atq; discordia torpescere sinamus, quæ solo usu conseruatur, augetur, & ampliatur. Quod ne nobisquoque eueniret, conceperam ex uariis doctorum lectionibus digerere memoralium librum, exéplo Baldi, qui & ipse peculi. m

peculium est singularibus antiquorum dictis composuit: sed aliquorum uictus precib. nolens abortū patior. Proinde possum iam, Lector officiosè, opportunè cum Sedulio poeta Christiano canere:

Diuersas quicunque dapes conuiua requiris,
Dignatus nostris accubitare toris:
Pone supercilium, si te cognoscis amicum,
Nec quæras opus hic codicis artificis.
Sed modicæ contentus addi solennia mensæ,
Plusque libenti animo quàm satiare cibo.
At si magnarum caperis dulcedine rerum,
Diuitiasque magis deliciosus amas:
Nobilium nitidis Doctorum vescere cœnis,
Quorum multiplices nec numerantur opes.
Illic inuenies quicquid mare nutrit edendum,
Quicquid terra creat, quicquid ad astra uolat.
Cerea gemmatis flauescunt mella canistris,
Collucentque suis aurea uasa fauis.
At nos exiguum de paupere carpsimus horto,
Rubra quod appositum testa ministrat holus.

Mendax punitur à legib. in multis casibus, ut latè tradit Bal. in auth. contra qui propriam. in 2. col. C. de non nu. pec. cum multis similib. aggregatis per Do. Ias. in l. quod te. in 1 r. col. ad fi. & seq. ff. si cert. peta. & in l. 1. in pen. & ult. col. C. de transac. & ultra cum consuluit Bal. in cons. 201. propter mendacium. lib. 3. & in cons. 380. tres sunt casus in ult. lib. & Alex. cons. 83. in causa & lite uertente inter Io. de Blanchis. in 1. lib. ubi examinat, an conuentus cond. ind. si neget solut. illa demum probata, cogatur probare debitum præcisè. Sed an prædicta similia procedant, quando quis mentiretur circa aliquem actum inualidum, uel non solennem, Bal. sing. in commento l. edita, &c. C. de eden. in repetitione Patauina, tenet quod nō: quia quādo libellus est ineptus, nulla exceptio est pœnalis: & siue res tunc mentiatur, ut dicendo se possidere nomine alterius, cum teneat pro se: siue aliter calumnietur, non debet puniri. & hoc dicit

dicit notab. ad multa statuta, de exceptionibus pœnalib.loquentia. Hoc dictum Bal.sequitur & commendat D.Alex.in l.etiam.§.1.in ult.col.uers.4. limita. ff.sol. matr.& in l.1.in 1.not.per illum text. à contrario sensu.C.de his qui potent.nom. & dicit notandum pro limitatione l. ult. ubi etiam eadem repetit in eius paraphrasi.ff.de rei uend.& aliorum iurium,quæ imponunt pœnam neganti:vt nō habeant locum: quando libellus fuisset ineptus,uel non solennis. & reassumit cum multis simil.D.Fel.in c.ex tenore.in 3. col. de rescrip.& in c.cæterum.col.pen.uers.lim.4.de iudic. & est memoria dignum ad totam materiam positionum, & ad ea quæ scripsi sub.in uerb. Actus nullus.ex quibus hoc dictum Bal.optime confirmari uidetur. Et potest etiam confirmatrix alio sing. dicto Bal.in l.sicut.ad fi. C.de repud. hær.quòd licet non respondens positionibus habeatur pro confesso,ut habetur in c.2.de confessis.lib.6. & no. Bart.Veron.caut. 94. ille qui non respondet. & cautel. 265.quando actor.& declarat per decem regulas eleg. Lanf.in repet.c.quoniam contrà falsam.in uer.Responsiones.col.25. & seq.de probatio. tamen fallit,quando quis poneret scienter falsum. Quod dictum pro aureo commendat Curt.in tract.posit. in 6. breuiloquio. Et ideo Bal.in l.2.§.quod si actor in pen.not. p illum tex. C.de iur.cal.notat,quòd ille tex. puniens uolentem iurare,non procedit, quando libellus esset ineptus, uel non concludens:ut ibi per eum,qui inducit ad q. de bānito ex cōtumacia,super inquisitione inepta, quod ult. posuit Bar.in l.absentem. in ult.col.ff.de pœnis. cum simil.ibid. traditis per D.Alex. & latè per Corn. consil. 17.in hac consultatione, per totum, in 1. lib. Secundo sing.prædicta similia limitabat Bal.in c.1.§.uasallus. in 2.col.in tit.si de feud.fue.contr. inter dom. & agn. non proc. nisi quando negans esset in dolo, uel lata culpa, alias non habent locum pœnæ punientes mendaces. de quo scripsi infrà in uerb.Negans. Et ultra ea facit, quia non uidetur mendacium dicere, qui putat uerum dicere: ut

re:ut tradit Corn.consi. 224.uidetur prima facie.in antepen.col.in 3.lib.Sed quid de teste inutili,qui non expedit producenti,neque nocet ei cōtra quem deposuit: an nihilominus possit de falso accusari? Bald. eleganter in l ult.in ult.uerbis.C.si ex falsis instrum.decidit quòd sic.per l.3.in primo responso.eo.ti.quia delinquit contra bonos mores,& aures iudicis offendit:& maleficium consummauit,in cuius consummatione non attenditur effectus,sed affectus.l.si quis legatum.in prin.ff. de falsis.tamen contrarium communiter tenetur.teste Socyn. qui contra Bal.consuluit.consi.103. in facto præsupponitur. circa med.lib. 1.& tradit idem Soc.consi seq.uersi.secundus casus.& uer. 5.casus. per tex.cum ibi no.per glo.& Doct.in l. damus.C.de falsis. & est notab.dictum Ang.in tract.malefi.in glo.in uerb.falsario. col.2.& late etiam consuluit D.Alex.consi.146.uisis narratis.col. 1.& seq.lib.6.post Pau.de Cast.consi. 151.uidetur dicē dum per totum, in antiq.ubi dicit, etiam extraordinarie non posse puniri.

Menianum ædificii genus est, quod constat ex tignis extensis ultra murum,uel columnas, quo superiora ampliarentur:de quo meminit Iabol. in l. malum. §. 1.de uerbo.sig. Hodie etiam frequentatur: uulgus Podiolos nuncupat. Sueton. Pauci è proximis Menianis spectabant.nomen uerò accepit, non à mœnibus, ut quidam putant,sed a Menio inuentore. Plinius : Columnarum (inquit)honos antiquior, ut C.Menio, qui deuicerat priscos Latinos.De origine Menianorum, & de columna Menia,ad quam serui & fures alligabantur, Cicero, Asconius, & Festus Pompeius. Meniana autem Græci orthas uocant,si Honorio & Theodosio principibus credendum est,in l.Meniana,C.de priuatis ædifi. quo in loco libri passim mendosi circunferuntur. Menianum ēt cum iudiciorum esse,legimus apud Val. Max.in 9. lib. dum loquitur de C.Licinio. De Meniano etiam tractat Alex. Genial.lib.5.c.11.

Mercator fecit mihi literas cambii,quas perdidi,propterea

pterea reperto pecuniam à mercatore numeratã:an co gatur restituere? Dicendum est quod sic, dummodo faciam sibi cautionem per publicum instrumẽtum, quòd pecuniã ab alio non accepi, ita sing. decidit Bal. in l.in strumenta.ad fi.C.de fideicom. cuius decisio est memoria digna, secundum Paul.de Castro & Modern. ibi, & pro sing.commendat D.Ias.in commento l.admonendi: col.62.uers.quid autem si deposui ff.de iureiur. declarando tamen prout supra in uerb.Cambii. Et confirmatur per aliud notabile dictum Bald in l.pecuniæ.ad fin. per illum textum. C. de solut. ubi idem decidit, in eo qui tenetur restituere chirographum cancellatum. nam eo amisso, satis est quòd debitorem liberet. & hoc dicit Baldi quotidianum & eum sequitur Ias.in d. l. in strumenta.circa princip. Proinde alibi in proposito dicit Baldus, cõsil.400.in libris Thesauriæ.in penul.col. in ult. libro, quod inter mercatores non conuenit de apicibus iuris disputare, sed de mera ueritate, & consuetudine mercantiæ. & idem etiam reassumit consilio 466.ad intelligentiam huius.in secunda col.in eod.lib. Et propterea dubitatum fuit superioribus diebus, de hac pulchra quæstione.

Mercator propter bellum stipulatus erat à conductore sibi consignari nauem onustam suo periculo, à Ticino Ferrariam usque:uel in castris, ad rationem quinque pro centenario. quærebatur, an ualeret talis stipulatio in foro canonico? Quidam fratres rigorosi dicebant quòd non:tamen contrarium est uerum. ita sing. decidit Paul.de Cast. per illum text.iuncta gl.in l naue sau pheli. in princ.in 1. col.ff.loc.& illum textum, pro casu expresso & sing. ad hoc commendat D. Alex. ubi sequitur decisionem hanc Pauli in l.a Titio. in princ. in secunda not.ff.de uer.obl.& ibi refert, ita tenere etiam canonistas. & hanc decisionem Paul.pro sing. commendat D.Ias.in l.illa stipulatio ad fin.prin. ff.de uerb.oblig.& in l.cum ad præsens.in 2.not.ff. si cert. pet. & sequitur Fel. in c.si cautio.col.4.in 11.fall.de fid.instrum.& con

suluit

suluit Dec.consi. 115.col. 2.post prin. ubi citat similem decisionem Paul.in d.l. à Titio.& est memoria digna: superioribus diebus ex facto cum incidisset, ita fuit iudicatum.

Merè aduerbium est, quo frequenter utuntur ætatis nostræ Iureconsul.pro puro. & in hanc significationem etiam accipitur apud Papin.in l. Aquilius Regulus. de donatio.& à M.Tullio.in 2.de Oratore: Ecce(inquit) tibi exortus est Isocrates magister istorum omnium,cu ius è ludo tanquam ex equo Troiano meri principes exierunt.& Vlp.in l. 1.ff.si cert.pet.apud quem(secundum Pandectas Pisanas) legendum est,nō ex re, neque here, ut putauit Accursius: sed merè est. & ita refert Io. Firmian. cōsistorialis aduocatus,in dictione Liber, se Florentiæ uidisse in Pandectis, cum legatis ducis no stri Mediolan.quæ in duobus uolumin.conscriptę sunt, maioribus characteribus, nullisq́ue interualis dictionum: accuratéque inter alia legisse hanc legem primam,ubi non ex re, neque here,ut dicit glossator: neque bene est,ut communiter in uulgatioribus libris reperitur: sed merè, quòd propriè solùm significat. Terent.in Phorm. Nihil habet nisi spem meram.hinc Merula auis dicta, quod sola uolet, & solitaria pascatur. de qua Plin.

Papin. locus.
Equus Troianus.
Vlp.locus.

Meretrix,uel aliter luxoriosè uiuens,non debet gaudere beneficijs concessis matribus famil.& ideo potest extrahi de domo propria, & etiam personaliter detineri.ita sing.Bald.in l.consentaneum.col. ult. circa med. per gloss.ibi.C.quomodo & quādo iud.& pro sing.commendat & sequitur Do. Alex. in l. plerique. in ultima col.ff.de in ius uocan.ubi tamen limitat post.Lud. Ro. in l.si uerò §.de uiro in 2. fallen.ff. soluto matri. non procedere in ea quæ maritum haberet:per sing. dictum Ioan.Andr.in paraphrasi sua ad Specul.in rub. de iniurijs & dam. dat.vbi decidit,quod statutum permittens meretrices percuti,nō habet locum in coniugata,argumento text.in l. si uxor.§.1.ff.de adulteriis.,ubi matrimonium

Matrimonium in meretrice. monium in meretrice consideratur, ita quòd locus est accusationi adulterii. & hanc limitationem reassumunt certatim. Do. Alex. & Andr. Sicu. in d. l. consentaneum. in paraphrasi ad Baldi monumenta. & idem Andr. Sicu. in c. pastoralis de iud. ubi Dom Fel. in 3. col. uersic. subdit hic latè prosequitur. limitantes, singula. dictum Ioan. And. de quo suprà, non procedere in his quæ sunt fauorabilia meretrici coniugatæ: quia idem de illis disponitur, prout de solutis, & propterea tenet, quòd mulieri nuptæ luxuriosè uiuenti, dari debeat curator: quod no. pro ampliatione. l. & mulieri. ff. de cur. fu.

Et ideo in proposito dicebat pulchrè Bal. in l. ult. in ult. uerb. ff. de rerum diui. quòd licet apponens scalas ad muros, uel ad fenestras alicuius mulieris, puniri debeat pœna capitali. l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cle. tamen secus est in meretrice, quo casu solùm punitur extra ordinem: secundum eum: & in pulchro simili notat Matth. no. 103. nota unum. Prædicta procedunt, tenendo opinionem Accur. in d. l. si uxor. qui uulgarem uxorem, meretricem interpretatus est: cum tamē etiam uulgaris uxor dici possit, quæ ex humili plebe nata sit. ut legitur apud Tranquil. in uita Aul: Vitellii. nam nimis durum uidetur, punire aliquem pęna adulterii, quia meretricem uitiasset.

Mesonauta uilis mancipii nomen, qui naui addictus est: ut mediastinus domii, si Hermolao credimus. Nomen autem ab eo accepit, quia in media nauis parte eadem seruitutis forma, qua mediastinus omniū obsequio paratus sit. de eo meminit Vlpia. in l. 1. §. 1. ff. nau. caupo. stab. *Vlp. locus.*

Militibus medietas, uel tertia pars domus pro hospitio dari debet, electione domino domus reseruata: iuxta dispositionem. l. 2. C. de metat. & epidem. lib. 12. & nihil aliud, puta oleum, uel culcitram, seu lectum, peti debet. l. unica. C. de salga. hosp. non præstit. eodem lib. etiam a uolentibus. ut not. in l. 3. §. eas. ff. de mun. & honor. sequitur Mart. Laudens. in tracta. de milite. circa princ.

princi. quod procedit etiam si consuetudo esset in contrarium: secundum Lucam de Penna, in d.l.unica. nam secundum Euangelicam lectionem, ut in cap. militare 234. quæstione 1. milites debent esse contenti suis stipendiis, & nemini iniuriam facere: & deficientibus stipendiis, potius debent castra deserere, quàm ex alieno, & rapto uiuere: quia nihil pro uictu accipere possunt ab hospite. l. 3. C. de ero. mil. an. lib. 12. sed hæc ætate nostra malè obseruata fuere: unde tot lites propter contributiones expensarum militibus factarum, per eos qui domos deserere timuerunt, ne à militibus destruerentur.

Minus solutum intelligitur, etiam si nihil esset solutum. ita inquit Iurecousult. in l. minus solutum. ff. de uerb. signifi. & propterea notab. dicit Bal. in l. ult. ad finem prin. ff. si cer. pet. quòd si municipali statuto cautũ sit, quòd habentes extimum in communi à centum libris suprà soluant decem: habẽtes uerò minus, soluant quinque. quòd etiam qui nihil habent comprehendun tur. & pro notab. commendat latè D. Ias. in l. ubi autem non apparet in prin. in 1. not. ff. de uerb. oblig. quam tamen legit cum lege præcedenti. & in auth. præterea. in ult. col. circa med. C. unde uir & uxor, ubi etiam Pepus in repe. in 52. col.

Mitræ inter ornamenta muliebria enumerantur ab Vlp. in l. arg. §. muliebri. ff. de aur. & argen. leg. sed magis capitis tegendi, quàm ornandi causa comparantur, secundum Vlp. in l. uestis. § muliebria. eo. ti. Hæc apud Mæonios primum in usu fuerunt: deinde Aegyptiis, Syriis, Phrygiis, & Lydiis. erat autem pileus incuruus, quo etiam hodie Dux Venetorum utitur. Quamuis, & pro muliebri corona, ad ornatum capitis adolescẽtularum accipiatur. & ideo diuus Hiero. inquit, Auferet dominus ornamentum calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras. Nostra quoque tempestate uidemus pontifices, cùm rebus diuinis præsunt, mitris uti. Papin. tamẽ Persarum more mitrã pro

ſole poſuit, Thebaid. 1. dum inquit,

Indignata ſequi torquentem cornua mitram.

Mixtum ſub ſimplici non comprehenditur. gloſſ. eſt quæ ad hoc ſemper allegatur. in §. omnium. inſtitu. de action. & propterea Bal. eleganter conſi. 141. præmiſſis uerbis, col. ult. lib. 1. dicebat, quòd ſi ſunt duæ cauſæ ſimul complicatæ, quarum una appellationem reſpuit, alia autem admittit: & ſententia ſuper utraque ſimul feratur, poterit ab utraque ſimul appellari, maximè ex cauſis expreſſis in iure. & eſt memoria dignum: & uidi pluries diſputari in hoc. & conueniunt quæ latè tradit Iaſ. conſil. 74. in caſu præſenti, lib. 3. ubi conſuluit, an in tranſactione ſub ſimplici comprehendatur mixtum. & dicit etiam Baldus in præallegato conſilio in 1. col. quòd eadem ratione in cauſa mixti poſſeſſorii poterit appellari. quod nota ad l. unicam. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. app.

Modiolos inter præparatoria ad bibendum, enumerat Iureconſ. in l. Seiæ dulciſſimæ, de auro, & argento leg. apud quem tamẽ modiali mendose legitur. Sunt autem modioli, uaſcula quadrata, quibus cum tympanis ad hauriendas aquas ex puteo, ſiue fonte utimur.

Horum alius eſt erogatorius, alius acceptatorius, ut ſcribit Frontinus de aquę duct. & meminit Vitruuius in 10. lib. de organis hauſtoriis loquens. Cum autem altius, inquit, extollendum erit, eadem ratio communicabitur ſic, Rota fiet circum axem eadem magnitudine, ut ad latitudinem quam opus fuerit conuenire poſsit. circum extremum latus rotæ figentur modioli quadrati, pice & cera ſolidati. ita cum rota à calcantibus uerſabitur, modioli pleni ad ſummum elati, rurſus ad imum reuertentes, infundent in caſtellum ipſi per ſe quod extulerunt. Forma huius rotæ etiam hodie uidetur in monaſterio diui Petri Glaciati, Mediolani, & diui Benedicti, notiſsimo in agro Mantuano à regina Mathilda conſtructo. & alibi in pluribus hortis, & per eam aqua per omnia cœnacula ſubminiſtratur. & de hoc monaſterio intel-

intellexit glossator in l.sed etsi susceperit.§.1.in gl.ult. ff.de iud.quam pro sing.citat Do.Fel.in c.causam quę. col.13.uers.quibus adde.extrà de rescrip.

Moles in mari proiiciuntur, secundum Vlp. in l.1.§. ult. ff. de impen. apud quem tamen aliqui codices fide digni metas, non moles legunt. Sed prior lectio magis placet,quia Liuius ab V.C.lib.2.refert,insulæ in Tiberim ex frumenti aceruis factæ additas moles, manuque adiutum. **Locus Vlp.**

Momentum habetur in cōsideratione. propterea sing. decidit Bald. in c.1.§.quin etiam, uersic. quæro quid si masculus. in titu. episcopum, uel abb. quòd si testator substituit filio Titium, si moreretur sine filiis, & tempore mortis habuit filium qui momento tantum uixit, tamen substitutio expirat. & hoc dictum pro sing. latè refert D.Ias.in l.inter stipulantem.§.sacram. colum.8. in princ.ff.de uerb.oblig.& in l.antepen.col.2. in prin. C.de institu.& substitu. & ante eum commendat etiam Are.consi.50.copiosè,& eleg.in ult.colum.& Dec.consil.309.uiso puncto,in ult.colum. & consil.623.col.1. Socyn. in repet.l.cum auus, colum. 69. uersic. postremò aduertendum, de condit.& demonst. Secundò per hoc singula. decidit Bald. in l. non tantùm, per illum text.C.de legat. quòd stante statuto, quòd mortua uxore in matrimonio uir lucretur dotem,uel partem,quod statutum est quasi ubique,procedit etiam in eo qui fuit in matrimonio per momentum. & pro singula simpliciter approbat D. Ias. in l.si donaturus.§.1. ad fin.ff.de cond. causa data & latè de ueritate disputat in d. l. non tantùm,ubi tamen putat falsam. Tertiò accedat, quod signanter decidit Bald. in l.quibus, uersic. sed hic concurrit alia quæstio.C.de secund.nupt.per glo.ibi,quod stante statuto quod filia dotata extantibus masculis non succedat: sufficit momento temporis masculum uixisse, ut filia dotata perpetuò excludatur: nisi statutum requireret perseuerantiam liberorum, ut per eum. & idem etiam firmat Bald. in authent. sed & si

quis,colum.3.uersiculo,& per hoc infertur, eod.titulo cum his quæ pulchrè ex facto cum incidisset, scripsit D.Marianus Socyn.consi.5.præsens consultatio: in primo lib.& sequitur etiam D.Alex.consilio 29.quoniam abunde.circa finem in 1.uol.& Aret. in loco præallegato,scilicet consi.50.in ult.col.Dec.consil.87. pro resolutione,in primo dub.Et idem etiam decidit Bal.in l.si quis posthum.§.1.in ult.col.circa med.ff.de lib.& post. cuius decisionem pro singu. commendat D.Ias. in l.inter stipulantem.§.sacram,in 8.col.ff.de uerb.obliga. & est etiam de mente eiusdem Bal. in l. si quis hæredem, in secunda oppo.C.de instit.& substit.quia in conditionibus sufficit semel pro semper,secundum eum. cum similibus,quæ latè scribit Corn.consi.7.rudis, & incomposita,in 1.& 2.& in ult col. in 1.lib. & prædicta nota, quia dictum lucrum quod marito per statutum defertur, licet à marito non reperiatur acceptatum, tamen transmittitur,secundum Alex.in l.cum antiquioribus, col.4.C.de iu.del. Ias.in l.si arrogator,col.7.ff.de ado.

Monachus non potest agere regulariter nomine proprio,etiam si spoliaretur cappa,uel breuiario: cum hæc etiam non dicatur possidere, sed detinere nomine monasterii,gl.in c.non dicatis,in uerbo Possidere, 12.q. 1. quia mundo mortuus est,ut dicit tex.in c.placuit communi nostro 16.q.1.

Et ideo dicebat Bal.in l.præses, ad finem.C.de transact.quòd iniuriā factam monacho potest Abbas remittere: quia actio dicitur acquiri monasterio, non autem monacho.Hoc tamen recipit multas declarationes: inter quas nota, ꝙ monachus potest agere contra Abbatem.ut liberet eum ab obsidione.ita singu.Bald. in c.ex rescripto,in pen.q.extrà de iureiur. quia eodem modo etiam inter dominum, & seruum potest esse iudicium pro persona,&.pro libertate,licet non pro rebus.l.ult. C.de ordi.cog.

Propterea infert etiam ibi singu.Bal.quòd idem erit in filio, quem pater uendiderat propter necessitatem famis

famis.iux.dispositionem.l.2.C.de patr.qui fil.dis.nam filius potest agere contra patrem, ut eum liberet, si postea peruenit ad pinguiorem fortunam, quod est memoria dignum, ad declarationem d. l.2. & hoc dictum Bal.refert,& commendat D.Feli.in.cum dilecta,in antepen.col.in ult. limita, extrà de rescrip. ubi post scriben.ponit 7.alias fall.ad regul.

Monasterium ingrediens, licet non possit per pactum sibi reseruare dominium aliquarum rerum, quia hoc repugnat regulę: tamen potest reseruare sibi potestatem disponendi de parte bonorum, ad hoc solum ut de eis possit testari, uel contrahere: neque hoc repugnat regulæ, quia fit permittente Abbate. ita singul. Bal. in c. in præsentia.col.pen.uer.sed pone,extra de proba. & pro sing.refert,& declarat D.Ias.in aut.ingressi in pe. col. uer.2.prædictam C.de sacrosan.eccles.

Mora Constituitur absque alia interpellatione per lapsum diei præfixi à contrahentibus uulgata.l.magnā C.de contrah.& comit.stip.& tradit Corn.cons.77.placet mihi,in 1.col.in 4.lib.

Sed quid si debitor promisit soluere mihi usque ad decem dies, & postea quandocunque interpellauero eum,an lapsus decem dierum constituat in mora: Bald. notabil.decidit quòd sic,in capitulo primo.§.primo,in tutulo an ille qui interfecit fratrem dom. sui,& pro singula.approbat Domin.Ias.in l.uinum.in tertio notabi. ff.si certum petatur. Sed fuit decisio Barto. in l.cùm stipulatus sim mihi à Proculo,ad finem per gloss.ibi.ff.de uerbo.obliga.ubi omnes tradunt,& latè sequitur Socy. ubi plura adduxit consilio 136. circa primam quæstionem colum.15.& sequenti libro secundo. Nihilominus omni casu utile est, quòd debitor interpelletur etiam extraiudicialiter,ut per Cœpol.cautela 142.in libellis. ubi ponit, quid nobis conferat clausula libellorum, quòd debitor sæpè,& sæpius extra iudicium fuit interpellatus.

Mora quæ inducitur ex cursu tēporis appositi à lege

æquiparatur moræ, quæ inducitur per litis contestatio nem. ita sing. Bald. in l ult. §. præterea, in 3. colum. in princ. per illum tex. C. de iure dot. ubi dicit, quòd est ualde utile scire propter purgationem moræ. & idem etiam notat ibi Salyc. & dicit singul. tamen hoc uidetur impossibile, secũdum D. Ias. in l. si mora. in 5. col. uers. 4. conclusio. ff. sol. mat. & expresse reprobat idem D. Ias. in l. quotiens in diem, in ult. col. uers. 3. & ult. ff. de uerb. oblig.

Mora non obstante iuramento, purgari potest de æquitate canonica: sed in foro ciuili secus fit. ita singula. Bald. in l. qui crimen. in penul. col. in 11. q. C. qui accus. non poss. quod pro singu. commendat Do. Ias. in l. si quis maior. in 13. not. in penult. col. C. de transact. & Dec. latè consi. 138. col. 3. post princ. & consil. 151. col. penul. & tradit D. Alex. in l. si insulam. colum. 20. in 12. fall. ff. de uerb. oblig. ubi hoc limitat solùm procedere in foro pœnitentiali. & est memoria dignum ad multa, & præsertim pro limitatione d. l. si quis maior, & de hoc ult. est glos. singu. in c. apud misericordem, in gl. 1. in princ. 32. q. 1. quam ad hoc pro sing. not. Lud. singul. 447. iuramentum. & tradit D. Iason. in d. l. si insulam, in 5. q. Bart. & Corn. consi. 101. col. penult. lib. 1. & cons. 121. col. 1. & pen. eod. lib. ubi damnat dictum Bald. suprà allegatum.

Mora purgatur in contractib. bonæ fidei, licet si dies & pœna. ita sing. Bald. in l. cum allegas, in pen. col. in 6. oppo. C. de usuris. & pro sing. citat D. Ias. in l. si insulā. col. 8. uers. vnam non omitto. ff. de uerb oblig. & in l. & si post tres, in ulti. col. in princ. ff. si quis caut. sed utrobique contrarium tenet post multos ibi per eum relatos, licet. cum Bal. uideatur transire Alex. cons. 130. in causa. col. 4. in prin. lib. 4.

Mortis extremum tempus dicitur, & sic in extremis laborare omnis, qui ex illa infirmitate qua constitutus est, decessit absque sanis interuallis, licet multis diebus superuixerit casus est sing. in l. alumnæ. §. ul. ff. de adim.

leg.

leg. & per illum tex. ita singu. decidit Bal. in quæstione statuti, in c. 1. col. ult. uers. pone statuto extrà de pac. de quo scripsi suprà in uerbo, Extremum.

Mortuus qui fuit repertus ante tuam domum, præsumitur à te interfectus. ita sing. Bald. in l. ædiles, in ult. not. per illum text. ff. de uia pub. & pro singul. citat D. Iason. in l. si quando, in 7. colum. uers. succesliue, pro intellectu. C. vnde ui. & sequitur etiam Do. Alex. consil. 217. uisis, columna 2. libro 2. quod est repetitum consilio 50. libro 1. Sed quid si in illa domo erant plures inquilini, an uitietur propter incertitudinem? Ricardus Malumbræ disputans, tenuit quòd sic. & refert Bald. in l. nam salutem. §. 1. ff. de offic præfect. uig. ubi putat uerum, & notab. licet in contrarium facere uideantur aliquæ leges. per quas refert notab. quæstionem decisam. nam cum quatuor homines essent sub porticu quadam, & ueniens familia prætoris, ibi sub bancho inuenisset ensem ad eorum pedes, neque scire possent quis eorum posuisset, quòd omnes tenentur: sed uno soluente, alii liberantur. & hanc quæstionem etiam reassumit Andr. Sicul. in tract. de præst. Card. in ultima quæstione, ultimæ partis, in penult. colum ubi dicit, neminem teneri: nisi ex qualitatibus apparere posset, quis proiecisset. quod bonus iudex arbitrabitur, & hanc ultimam opinionem confirmo ex his quæ dicunt in simili quæst. Doct. in c. significasti, el 2. de homicid. ubi quærunt, quid si unus ex quatuor proiecit lapidem ex alta domo, sed nescitur quis proiecerit: an omnes teneantur de percussione lapidis? & dicunt ibi Abb. & scrib. quòd si quæratur quis esse debeat indemnis, certè nullus, sed omnes tenentur, per illum text. eo quia in hac pœna indemnitatis nullum subest periculum. Sed si quæratur de alia pœna infligenda, ratione delicti, tunc nullus tenebitur: quia ex tali impositione pœnæ posset periculum subesse. Et quia posset contingere, quod innocens pœna, & damno afficeretur, contra l. absentem, cum sim. ff. de pœnis,

Incertitudo tollit præsumptionem de licti.

& hanc distinctionem docto. sequitur in pulchra quæst. D. Alex. consilio 50. uisis, & opportunè ponderatis, in 3. colum. uersiculo ad prædictorum confirmationem, in primo libro, & consil. 217. in 2. lib. ubi idem consilium superfluò repetitum inuenies, & faciunt quæ scripsi supra in uerbo Dolum bonum, uersiculo prætereà. Et ulterius facit, quod multum utiliter dicit Ioan. Fab. in §. ius autem gentium, col. pen. uer. item nota ꝙ si duo reperiantur, institu. de iur. nat. gen. & ciuili, ubi decidit, ꝙ si duo reperiãtur, unus uiuus, & alter mortuus, & nõ constet quis fuerit aggressor, uiuus absoluendus est: nisi actus præcedentis uitæ alterius aliter rẽ declararent. allegat l. 1. §. cum arietes. ubi glo. ff. si quad. pau. fec. dicatur. cum concord. quæ tradit D. Felin. in cap. 1. col. 2. uersi. dum dicit Abb. de treu. & pace, post Do. Alexan. & alios in l. si seruum. §. sequitur, de uerbo. obl. in quibus locis reperies, quid si alter eorum erat robustior, uel audacior, post Flor. in d. §. cum arietes. & tractat nouissimè Dom. Alciat. in tracta. præsump. in tertia regu. in 39. præsumpt.

Mox dictio accipitur uariis modis, secundum subiectam materiam, ut latè ponunt Moder. in l. 1. super glo. in uerbo Mox, ff. si certum peta. & Alber. in diction.

Inter eius diuersos effectus nota. quòd ꝑ hãc decisionem singu. decidit Bal. in l. quoniam, la prima C. de appellat. quòd appellatione deserta non datur iudicatis tẽpus quatuor mẽsium ad soluẽdum, secundum dispositionem l. 1. & 2. C. de usu. rei iud. Sed debet fieri executio statim per illum textum, qui dicit, moxq; debitum exigatur, & hoc dictum multum commmẽdat Ludouic. Ro. in l. 1. §. qui præsens ff. de uerbo oblig. & D. Alex. qui dicit, quòd procedit in quocunque debitore, consi. 61. & si puto col. fin. lib 3. per glo. ord. & communiter approbatam in l. 2. C. de temp. appel. Tamen non est uerum, nisi in fisco, & reprobatur per Do. Alex. in l 4. §. si quis condemnatus in 1. col. & in l debitoribus. in 3. col. uer. item fallit. ff. de re iud. & Aret. in l. 1. §. 1. in 2. colum.

lum.in prin.& in l.continuus §.illud in penul.colum. uersi.& adde,ff.de uerb. obl. D. Iaſ.ubi dicit ſing.in l. ſi arrogator,in 4.col.circa med.& in ulti.col. uerſ 3.li mi.ff.de adop.& in l.fructus,in. 1.col.ff.ſol.matr. D. Felin.in c.quærenti,col. 1.uer.2.fallit.de offi.delega.in dictis his quæ retuli infrà in dict. Protinus. Et ulterius dicit etiam in propoſito Corn.conſi.266.in hac conſultatione,in 2.col in 3.lib.quòd iſta dictio Mox,etiam iuncta uerbo futuri temporis,facit pœnam cenſeri irrogatam ipſo iure,& de hoc facit unum ſingu.Franc. Crem. not.7. tu ſcis quod uerbum, quòd eſt notandum ad ea quæ ſcrib.D.Felin.in c.Rodulphus, col.25.de reſcrip. ubi idem dicit de dictione Omnino. *Omnino ipſo iure.*

Mulieres iuuantur beneficio Velleiani,toto titulo.ff. & C.ad Velleianum,cui tamen poſſunt renunciare, ut probatur in l generaliter C.ad Velleian.& in l.ulti. §. ulti.ff. eo & iuramento interueniente obligantur, c.ex reſcripto,ubi eſt glo.extrà de iureiurãdo. declarãdo ut per Salic.in l.prima in fi.ff.ad Velleia.& Bartol.Vero nenſ.caut.273.notarius ſcripſit,& Felin.in c.ſi diligenti,col.4.uerſi.4.fallit, de foro competenti,& Bolog.cõſi.45.per totum quando mulier fuit certiorata à iudice uel à notario,qui ſciat diſpoſitionem S. C. Velleiani. Sed nunquid eodem modo intelligatur renunciatum beneficio l.antiquæ.§.ne autem C.ad Velleia.dic quòd non ita ſingulariter limitat Bald in l.3. ad finem,C.de decurion.lib.10. in hac uerba. Aduertat uniuerſus orbis.Mulieres Velleiano renunciant,& iurant: tamen ſi in inſtrumento ſint duo teſtes, uel plures, qui non ſe ſubſcripſerint,mulier ipſo iure non obligatur,per d.§. ne autem,ſicut etiam non obligatur,quando intercedit uel fideiubet pro marito,per auth.ſi qua mulier. C.ad Velleia. quibus conſtitutionibus non intelligitur renũciatum,neque etiam expreſſe renunciari poteſt,ſecundum eum,& hoc dictum Baldi pro ſingu.citat D.Iaſ.in l.ſciendum,in 9 col. ubi tamen tenet contrarium ff.de uerb. obl.& ſi eſt uerum,eſt maxima declaratio ad d.iu

ra

ra.quibus adde quæ not.Lud. fing.325.tu fai.& Alex. in d.l.generaliter in fua paraphrafi. poft Spec. de obligat. & folutio.§.ante omnia.uerfic.fed pone.ubi mul tum fingulariter declarant iftam materiam. & ponit etiam,quando renunciatio hypothecarum,quę uxor ha bet in bonis uiri, ualeat: ubi fing. infert, quòd fi uir & uxor infolidum obligati inueniantur,quòd ad maritum folum omnis pecunia præfumitur perueniffe.quod pro fing.commendat Imol.in l.Modeftinus.ad fi.ff.de folu. & facit dictum Bal.in l.ob maritorum.col.1.uerfic. fed non né.C.ne uxor pro mar.licet aliter tractet Bart.con fil.124. punctus quæftionis. col. 1. quæ tamen opinio non placuit confil. Neapolitano,ut refert Afflict.decif. 209.in caufa fororis.& plures contradicunt, quos omit to.quia non eft locus fuus.Sed tamen quoad principale propofitum inuenio quòd Bal.in l.1.propè fi.C.ad Vel leia.dixit, quòd per confuetudinem receffum eft à difpofitione d.§.ne autem:quia fufficit quòd notarius cõ ficiat inftrumentum coram duobus teftibus.& fequitur Aret. in §. item fi. col.23. uerf.conclude. inftit.de excep.& Vital. in tract. clarum. in rubr. an mulier poffit renunciare Velleiano.col.3.

Mulier propter adulterium dote priuatur. l.confenfu C.de repudiis.& c.plerunque. de donat. inter uir. & vxo.Bal.conf.221. nam quandoque. lib.2. item etiam bona paraphernalia,fecundum gl. fing. in d.c. plerunque.in uerb.dotalicium ubi Abb.& alii notant, & com mendat Ludo.fing.313.propter adulterium. & Iaf.in l. 2.in princ.in 1.col. folut. matri.& in rub.C.de iudic.in uerfi.uera conclufio.Alex.poft alios in l. rei iudicatæ. col.1.& 2.folut.matri.ubi etiam ponit,an hæredes ma riti posfint allegare adulterium uxoris,ut dote priuetur: & an maritus poffit hoc idem opponere hæredibus uxoris.& tradit Felin.in c.paftoralis in 3.col.uerfic.mu lier impudica.de iudic.ubi etiam habes,quid in uidua. quæ mortuo viro ftuprum commifit.& plures alii in lo cis quæ nota funt. Verùm hæc omnia ampliantur multum

tum sing. secundum Bald. in c. tuæ. circa fi. de procurat. ut proc. etiam si uxor tua fuisset ab aliquo luxuriose osculata, uel eidem manus mamillis admotæ fuissent per aliquem, ipsa consentiente: quia hæc, & similia, ad adulterium præparatoria sunt, & hanc amplissimè pro sing. commendat Dec. in rub. extrà de iudic. col. 1. in 1. lectu. & in rub. C. de eden. in prima conclusione. ubi declarat, quomodo debeat intelligi: ne mulieres tã tum terreantur. quia etiam castę non solent multum cõ tẽdere pro osculo, uel mamillis. uel alijs similibus: dũ modo uiriles manus ad faldam non apponantur. ita intelligentes illud Martialis: Quid ergo Casta facit? Non dat, non tamen illa negat. Sed an propter adulterium uxor, uel adulter, perdant legatum factum à marito. Bald. in d. cap. tuæ, ad fi. tenet quòd sic. & quòd applicatur fisco, ubi pariter dicit, fisco applicari legatum factum illi mulieri, quam quis polluit per adulteriũ: declarando ut ibi per eum. per l. Claudius. de his quib. ut indi.

De uidua autem habes consil. Paul. de Cast. nume. 121. reuocatur in dubium. in fi. in antiquis quod priuetur. sed cõtrarium tenet Alex. in l. sororem. col. 2. C. de his quib. ut ind. & sequitur Ias. in l. fideicommissum. C. de fideicom. & ista opiniõ est æquior secundum Dec. in d. c. pastoralis. col. penult. & eam sequitur Rippa in l. 2. col. 2. solu. mat. sed contrarium late sequitur Beltr. consil. 222. lib. 3. & Hippol. consil. 13. lib. 1. & sing. 406. plures profectò.

Mulier regulariter potest esse testis. l. ex eo. ff. de testibus. fallit in scriptura priuata, ita sing. Bald. in l. scripturas. col. ult. uersic. nota optimum text. C. qui pot. in pig. hab. & pro sing. commendat Crem. not. 144. quanquam. & late tradit. D. Fel. in c. quoniam. uersi. fal. 3. extrà de testib. ubi dicit posse dubitari: quia non est bona ratio diuersitatis, nisi quòd à communiter accidentib. in priuatis scripturis potius interuenire solent masculi quàm fœminæ iuxta gl. sing. in l. uerba, in uerb. Sponsam.

ſam.C.de raptu nirginum,quam ad hoc pro ſingu. commendat And.Sicu.in repe.l.cum acutiſſimi,colum.22. uerſi.3.ſi ponderetur.C.de fideicommiſ. Poſſemus tamen dicere,quòd fortè ratio ſit: quia cũ in his ſcripturis priuatis deſint aliæ ſolennitates, quæ ſolent fidem facere,ꝙ iſto caſu lex magis confidat de maſculis, quã de fœminis,iuxta illud Vergilii.

Varium,& mutabile ſemper fœmina.

De quo meminit tex.in c.forus(uel ut aliter lego,forum)circa fin.de uerb.ſigni. & inxta uulgatum adagiũ, Ignis,mare,mulier,tria mala. Et ita etiam declarando l.2.de reg.iur.tenuit ibi Dec.in uerſi.15. dicens caſum in d.l.ſcripturas,eſſe ſpecialem.

Nunquid autem, ſicut mulier poteſt regulariter eſſe teſtis,poſſit etiam officium procuratoris ſuſcipere: certe nullum dubium,quod non poteſt,per.l.neque fœmina.ff.de procura.& l.2.ff de reg.iur. ubi Bart.hoc limitat,procedere in iudicio: ſecus extra iudicium.Et propterea dixit ſingu.Ang.poſt Iac.de Arena, in l.quãuis in prin.per illum tex.ff.de acquir.poſſ. quòd licet mulier ex forma ſtatuti non poſſit obligari ſine conſenſu mariti,tamen poterit officium procuratoris extrà iudicium ſuſcipere:& tenebunt geſta per eam, & ita refert Ang. ſe obtinuiſſe Florentiæ,ubi tale ſtatutum uiget.& hoc dictum pro ſing.citat.D.Philip.Dec.in c.cum dilecta,ſuper glo.in uerbo Procuratricem,de confirma.utili uel inutili,& in conſ.268.concluſio. col.1.& in d.l.2. col.2. de reg.iur.& eſt memoria dignum,quia hoc ſtatutum eſt ferè ubique.


Mundus eſt communis patria omnibus:ut inquit Bal. in c.1.§.dominus,de forma fidel.ex hoc inferens,quod domini terrarum non poſſunt expellere mercatores forenſes ex ſuis terris,ſine cauſa, & ſequitur Io.Bapt.Seuer. in repe.l.omnes populi,col.32.uerſi. item quæritur nunquid domini, de iuſ.&iu.

Murgiſo dicitur ille,qui iners eſt, & deſidioſus,& de hoc intellexit Vlpia. in l.4.§.idem Pomponius, titu.de ædil.

Locus Vlp.

ædil.edicto,secundum ueram lectionem: licet in deprauatis codicibus murionem legatur. Sunt tamen qui morionem reponant: ut intelligamus de famis, quod in deliciis principium etiam hodie esse uidemus. de quibus Plin. in epistolis. Scurræ, cinædi, moriones, mensis inhærebant. Idem. Si quid molle à cinædo, petulans à scurra, stultum à morione profertur. De his etiam Lampridius in Alex. Nanos (inquiens) & nanas, & moriones. Et ista lectio deprauatę magis accidit: tamen alia prior nostra plus placet, quia de homine fatuo proxime dixerat Iureconsultus. Moriones autem curiis principum legimus, ideo admissos, quia ueritatem liberius principi significent, & aperiant. *Moriones qui.*

N



ATVRA est, quicquid est in hoc mundo: quia ens est, unde fortuna est natura, multas euoluens mutationes. Et licet perpetua intentio naturæ sit semper generare, quamex accidenti etiam corrumpat propter motus sui inquietudinem, & attribuatur benigno Ioui; tñ fortunæ intentio cõtraria est, in hoc scilicet prius corrũpere, postea generare: & ideo (ut etiam cecinit Lucanus) negatum est summis stare diu, neque est possibile in rectissimo ordine perseuerare currentibus cui su naturæ ista sunt elegantissima uerba Bal. in l. si uiua matre, circa med. C. de bonis mater. quæ sunt memoria digna, ad multa: & præsertim ad ea quæ scripsi infra in uerbo Sortis. Quibus etiam conueniunt quæ in Thyeste scripsit Seneca.

Nemo confidat nimium secundis.
Nemo desperet meliora lapsis,
Miscet hæc illis, prohibetque Clotho
 Stare Fortunam: & reliqua.

Nautæ, caupones, stabularii, hoĩum genus improbũ tenetur

tenentur edere libros rationum ad intentioné fundandam actori.ita sing.Bal.in l.dissolute.in uer. item ergo C.de cond. ex lege & pro sing. approbat & sequitur D. Felin.in c.1.col.12.uersic.2.amplia istam fall. extrà de probatio.cum his quæ scripsi suprà in uerb.Editio.

Negans punitur pluribus casibus in iure expresfis, ut latè scribit Bal. in authentic. contra qui propriam in 3. col.C.de non nu.pecu. & Mod. ubique.

Sed an requiratur dolus,uel lata culpa:an etiã sufficiat leuis:est sing.decisio Bal.in c.1.§.uasallus.in 2.col. si de feu. fu. contr. inter dom. & agn.quam sequitur & & confirmat Do.Alex.in l.etiam.§. licet in dotalibus. in ult.col.in 3.limi.ff.solut. matr. ubi trib. aliis notab. modis declarat. Inter alios nota,quòd negans non punitur,quando quis mentitur,circa actum nõ solennem, uel inualidum.ita sing.Bal.in commento.l.edita.in pe. col. uers. expedita prima & substantiali materia.C.de eden. in rep. Patauina. Sed de hoc latè scripsi suprà in uerb.Mendax.ubi uide.

Negatiua,quæ loco & tempore cohartata non est, de iure improbabilis iudicatur.iuxta reg.l.actor.C.de probat. & l.qui accusare.C.de eden. & concordat tex. in c. bonæ. el 1.§.porrò. ubi etiam gl.ord.in uerb.naturam. de electio.cum his quæ latè tractant Bart. & scrib.in l. hoc iure. quam legunt cum l. in illa stipulatione.ff.de uerb.ob.& consuluit Alex.consi.70. uiso.col.pe. lib. 1. Tamen hæc reg. sing. limitatur non proc. ubi negatiua cadit directo in sensu testis: ut quia de ipsius facto uel non facto quæratur, tali casu testis deponit, licet non cohartet negatiuam loco & tempore.ita eleganter Bal. in l.nec is qui.in prin.per illum tex.ff.de acquir.hære. ibique in specie reassumunt,& commendant Do.Alex. Aret.& Mod.latè tractantes:quos uide, iunctis his quæ latè tradunt D.Alex.& D.Ias. in l.2.§.si absens.ff.si ex nox.causa ag.& latius Ias.in l. cum filiusfa. Stichum. in prin.col.pen.ad fi.& seq.de uer.ob.Et pulchrum casum in materia probandi negatiuam, tetigit Com. singula.

in l.

in l.is potest.& in l.sed & si de sua.ff.de acqui. hære. de transuersali agente ex tertio uel quarto gradu,an habebit necesse probare tria: quòd mortuus sit sine descendentib.& ascendētib.siue proximiori in gradu trāsuersali,& sine testō: quod esset ualde arduum & difficile, & illud dictum Com.examinat Do.Alex.in d.l.is potest in 6.& 7.col.ubi etiam Ias.col.pe.Are.in d.l.sed & si de sua.in ult.col.circa med.eod.ti. post Rom.relatum per eos. Quibus adde,quę in materia pulchrè scribit Alex. consi.39.uiso themate.de quo suprà in 1.lib.in substituto allegante institutum decessisse sine filiis: qui secundum eum habet intentionem fundatam ideo dicenti institutum non decessisse sine filiis, incumbit onus probandi, ut ibi latè per eum: cuius consilium est repetitum in consil.29.lib.2.& idem firmat Pau.de Cast. consil. 201. ad primum quæsitum. col. 1. in antiquis, post Bar.in l.qui duos.§.cum in bello.de reb. dub. Alium etiā casum, in quo negatiua licet cohartata loco & tempore,tamen improbabilis est,posuit sing.Bal.in l.actor. in 2. col. uers. quædam sunt negatiuæ cohartatæ.C.de probat. uidelicet quando cohartatio est adeò parua, ꝙ non potest cadere in sensum testis: Vt si uolens probare quòd non deliqui, uel contraxi, probo quòd per annum,uel etiam per mensem fui absens, quia impossibile uidetur, quòd testis possit scire, me semper fuisse absentem à tali loco:maxime tempore quo testis dormiebat.& hoc d.Bal.pro singula.citat Lanfr.de Oriano. in repe.c.quoniam contrà falsam.in 2.colum. uersi.unum non omitto. extrà de probatio.ubi multa scribit in materia probandi negatiuam,& Alexan. consilio 136. uiso & examinato col.3. ad fin. lib. 1. & est etiam memoria dignum ad declarationem tex. in l.optimum. in fin. C.de contrah. & cōmit. stipula. & ad ea quæ scripsi infrà in uerb.Testis cauere debet. Alium casum etiam ponit Corn.in consi. 120.in hac consultatione.in ult.col. in 1.lib.quem retuli sup. in uerb.Maritus priuatur. Modum autem probandi negatiuam, posuit Angel. in §.

hinc

hinc nobis, ad finem in auth. de hæred. & falſ. & refert cum Dec. conſilio 101. colum. ſecunda uerſiculo tertio principaliter, & eſt glo. ſingu. in l. prima. §. primo in gl. magna ad finem. ff de itin. actuq; priuato, quod ſcilicet dicatur, & aliter eſſe non potuiſſet, &c. quam pro ſingu. commendat Paul. de Caſtro, in l. prima ad finem. ff. ſi cert. petat. Alias autem fundans ſe in negatiua, dicitur habere intentionem probatam, quia iuris præſumptione omnes negationes ſunt liquidæ, alio non probato in contrarium: ſecundum Bal. in cap. ult. circa medium, de probatione.

Nepos ex filio inceſtuoſo, non poteſt inſtitui ab auo. ita ſingu. Bal. in l. ſi quis inceſti, circa med. C. de inceſt. nupt. quod pro ſingu. refert, & ſequitur D. Alex. in l. gallus. §. quid ſi is. in pen. col. uer. 2. limita, ff. de liberis, & poſthumis, ubi dicit, quòd nō meminit ab alio tactum, & pro ſing. etiam citat D. Iaſ. ibi in pen. colum. utriuſq; lecturæ: ubi contrarium tenet. Sed quid in nepote ſpurio, ex filio ſpurio? Bal. ſing. conſuluit, non poſſe inſtitui, conſiderando aliquos caſus, ut per eum conſil. 406. caſus talis eſt: quidam magiſter, in ſecunda colum. in 3. libro, quod conſilium repetitum inuenio in primo lib. conſilio 66. ſi dicta inſtitutio. In nepote uero legitime nato, ex filio ſpurio, Bald. contrarium concludit, conſi. 393. infra proxime citato: & latius ex facto idem conſuluit etiam Corn. conſilio 25. in præſenti conſultatione, uidetur prima facie, & per totū, in primo lib. Quid autem in nepote clerici ex filio, an poſſit adoptari, uel arrogari ab auo. eſt deciſio ſin. Ang. quòd ſic, poſt Guil. de Cuneo in l. & uxores. ff. de adop. quam pro ſing. commendat Do. Alex. in d. §. quid ſi is, in ultima colum. & Do. Iaſ. in l. quarta in ſecunda columna, uerſiculo nota tamen C de his quibus ut indignis. Et in fortioribus terminis, in filio presbyteri, quod poſſit legitimari, conſuluit Bal. conſilio 363. quæritur utrum filius, libro quinto. Eſt tamen aduertendum, quòd Doct. in locis præallegatis uidentur filium ſpuriū eum appellare, qui & inceſtuo-

cestuosus dicitur, uel ex alio damnato coitu. licet multum inter se differant.

Nobilitas habetur in cõsideratione, ut latè scribit D. Feli. in c. cum adeo. in ult. col. de rescrip. & in c. pastoralis in princ. in prima col. de off deleg. & ideo liberatus fuit D. Guelphus de Prato Bononiensis prætor, ut refert Ang. sing. in l. si à bonæfidei. ff. de rei uendic. cui cum traditus esset quidam nobilis in custodiam, & cum ciuiliter tractasset, quia credebat integræ fidei, prout communis erat opinio: tamen solum uerterit. & hoc dictum Ang. approbat D. Feli. in c. cum contingat, col. 3. uers. 1. conclusio de rescrip. & D. Ias. in auth. iubemus. in ult. col. in 6. simili. C. de iudi. & pro sing. citat D. Ias. in l. si pec. § ult. ad fi. ff. de condit. ob causam post And. Sic. in tract de præst. Card. in 1. q. secundæ partis, in 1. membro, ad fin. Vbi etiam referunt aliud notab. dictum Ioan. And. de illo præfecto arcis, qui loco sui substitue rat nobilem uirum, quem nõ erat uerisimile arcem inimicis proditurum. sed hoc quam sit periculosum, apparet ex illo Verg. Aen. 3.

- Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames? -

Et ideo diuus Laurentius apud Prudentium exclamat:

Pudor per aurum soluitur,
Violatur auro integritas,
Pax occidit, Fides perit;
Leges & ipse intercidunt.

Et ideo in proposito dicebat eleganter Accurs. in l. societas contrahitur, in glo. 2. ff. pro socio. argumento illius legis, quòd ad canonicatus debent eligi literati, & nobiles: quam ad hoc pro ualde singul. commendat Andr. Sicul. consil. 57. præclarè scribitur apud Iob. in octaua colu. in secundo libr. ubi plura de nobilitate. Et quamuis uulgatum sit illud de electoribus pontificis: quibus cũ obiiceretur, quòd ignobilem elegissent, eos respondisse fertur: Petro piscatori ex fabro genito successorem quærimus, non Augusto, de quo meminit gl.

in c.quoniam uetus.in uerb.inuidia.24.q. prima. tamē multum confert, quam quis originem generis sortiatur. Proinde gl.sing.in c.illud 40.distinctione,refert,in iure nostro cautum esse, quòd in his quæ concernunt nobilitatem,pro nobilibus præsumatur. quam gloss.ad hoc pro sing.citat Ludouicus Rom.sing.743.scis hoc iure.& And.Sicul.conf.57.præclarè scribitur. col.3. lib. 2.& in tract.de præst. Cardin.in prima quæstione ultimæ partis.in 5.colu.uersic.tu alleg. iuncto singu.dicto Ang.de quo scripsi superius in dictione, Carceres. Et propterea Iureconf.in l.2.ad fin.ff.de excusa.tut.appellat Vlp.nobilem.& in l.diximus.eod.tit. appellat nobilissimum.& Bald.in l. furiosi. C. de nupt. post moder. notat per illum text. præsumi debere in dubio pro nobilioribus. Circa quod tamen aduertendum erit, quia nobilitatis sunt tria genera. Vnum, quod ex uirtute & optimus actionibus nostris oritur. Proximum,quod ex cognitione honestissimarum disciplinarum proficiscitur. Tertium,quod ex opibus,aut natalium picturis,& maiorum stemmate æstimatur. quod ultimum nullum omnino erit,nisi à uirtute fuerit profectum. unde satis æstimauit Iureconsul.in l.3.de nata.rest.appellare Imperatorem nobilissimum. Prædictis etiam conuenit, quod notabiliter decidit Bald.in l.exemplo.in ult.questione.C.de proba.quòd si Cardinalis, tanquam legatus de latere,assereret se habere specialem commissionem,puta ad legitimandum,uel dispensandum,uel restituendum famæ: & processerit ad executionem illarum, licet literæ commissionis non appareant, ualent tamen publicè & pluries gesta per eum: non ratione communis erroris,sed præsumptæ ueritatis, propter assertionem talis & tanti uiri iuxta notata in c.tum ex literis.de in integrum restitut.in nouella. & putat Bald. esse memoria dignum,sequiturque D. Abb.in ca.quod super his.in 2.colum.de fid.instrum. & latè de ueritate disputat Andreas Sicul.in tracta.de præst. Card.in prima quæstione secundæ partis. in secundo membro. & consuluit

Vlp. nobilis.

Nobilitatis tria genera

consuluit Corn.cons.243.uidetur prima facie.ad fin. in 3.lib.& sequitur D.Fel.in c.cum in iure.col.5.ad fin.de off.deleg. Et ultra eos confirmari potest ex singu. dicto Spec.in tit.de iud.deleg.§. superest uidere.in uer.quid si non est consanguineus.de quo ultimo scripsi suprà in uerb.Legalitas. Et secundum hoc dictum notab. Bal. debet declarari, quod ipse generaliter decidit in l. si qua per calumniam in ult. col. uersic. deinde quæro. C. de episc.& cler. & in l. iusiurandi. col. 1. uersic. quæritur utrum.C.de de testib.

Nomina sunt omen,uenturi precius Idmon
Fertur,& Hippolytus dilaceratus equis.

Et ideo, si posthumus uocetur eo nomine quo pater uocabatur,præsumitur eius filius,tex.est singul. & mirabilis,in l.uxorem prægnantem.in princ.ff.de man.testa. quem pro sing.citat Bal.in c.tuam. col.2.uers.si autem. extra de ord.cogn.& D.Ias.in rub.solut.matr. in 4.col. & in l. neque professio.col. 1.C. de testa. & utrobique dicit,quòd ille tex.sibi non probatur,propter alia quæ ibi concurrunt.Tamen est memoria dignum, & practicaui in persona mea, qui paterni nominis hæres extiti. Aduertendum est, quia sunt qui existiment nomen proprium esse,uerbi gratia,Cotta: Iulia: quòd uulgus alio nomine familiam appellat. Prænomen uerò,quod præponitur:ut Publius,Lucius, Caius,Marcus, & similia. Cognomen:vt Catellianus,Albertus,Cæsar. Agnomẽ: vt Asiaticus, Numidicus,Goticus. Et pro ista opinione stat Papinian.Iurecons.in l.cum patet.§.fidei hęredum. ibi.& ne familia nominis mei exeat de legat.2.

Nomen. *Pronomen.* *Cognomen.* *Agnomen.* *Papi.locus.*

Alibi etiam legimus,ex nomine licere argumentum sumi,prout notant Cyn.& Bal.in l.gallus.§.nunc de lege.de lib.& posth.& reassumit Veronens.cons.3.in causa querelæ.col.ult.& notat Bald.in c.1.per illum textum, An maritus succedat uxori in beneficio, & apud Prudentium in uitis sanctorum.

Hippolytus fiat,ergo agitet,turbetque iugales,
Intereatque suis dilaceratus equis.

Attamen dicit glo ſing.in l.quoties.in gl.1.C.famil. herc. quod non eſt curandum de nomine, ſed de animi effectu.quam in ſing.quæſt.ita allegat Bal.in l.ult.in 3. col.uerſ.ſequitur uidere an bon.poſſ.C.unde leg.

Nomina debitorum non ueniunt in ſtatuto,neque cõprehenduntur à iudice publicante bona ſua. Bal.ſingul. in l.1.ff.de ſta. ho. item non ueniunt in donatione omnium bonorum,præſentium & futurorum.ita conſuluit ſingul.Baldus conſil.232. ſuper infraſcriptis dubiis. in ſecundo dubio,in ſecundo lib.Scripſi de utroque ſuprà in uerbo,Bonis publicatis.ubi retuli,ꝙ D.Iaſo.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.in ult.uerbis.ff. de uer. ob. refert ſe conſuluiſſe per hoc ſing.95.Bal.quòd donatio. omnium bonorum mobilium,& immobilium, ubicunque exiſtentium, ualeat, cum non ueniant nomina debitorum.

Vlterius addo, quod idem effectu etiam conſuluit ſignanter Bald.conſ.485.qui legat.in 4.lib.licet D.Iaſ. dicat,hoc alibi non legiſſe,& idem etiam in effectu concludit conſ.478.utrum nomina debitorum.in 3.lib.iunctis his, quæ ſcribit Corn.conſil. 44. in themate. in ſecunda col.in ult.lib.& conſuluit Decius conſilio.3.columna 1.uerſic.4.

Locus Imperatoris.

Noſocomion, locus eſt conſtitutus propter pauperes ægrotantes,& languentes, quo infirmis alimenta ſubminiſtramus.de eo meminit imperator in l.illud.§.1.& in l.pen.C.de ſacroſanct. eccl. & in auth. de alie. & emphyt.§.emphyteoſesuerò. per totum : quamuis exemplaribus impresſis menda inſit. Huius loci meminit diuus Hieron. dum inquit: Quæ habere poterat, diſtribuit,dilapidauit,ac uendidit,& in pecuniam congregatum uſibus pauperum præparauit:& primo omnium noſocomion,id eſt languentium uillam inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis.& conſumpta languoribus atque inedia miſerorum membra refoueret.

Notarius ſimpliciter rogatus, tenetur apponere omnes clauſulas conſuetas.ita notat Baldus in l.ult.per illum

lum textum meliorem de iure.C.de fideiussoribus.cum infinitis similibus,traditis per D.Ias.in l.ult.in decimo not.C.de iur.emphyt. & in rep.l. admonendi. col. 69. uers.4.& ult.ff.de iureiur. post D. Alex.in l.huiusmodi ad fin.prin.de leg.primo. & cons.27. in causa & lite. in prima col.uersic.accedit.& consilio sequenti col.2. in fin.in secundo libro.& consil. 105. reuerende domine. ad fin.eod.lib.ubi damnat singu.dictum Angel.contrarium tenentis in l.licet.C. locat. & in consil. 142. circa primam.columna 5.eod.lib.Et ibi D. Alex. post Imol. damnat per hoc unum dictum Bart.in l. 1.in 6.quęstione.ff.de iu.condicil.& Bal.sequitur Alexan.consil.89. uiso themate. columna penult. uersic.non obst.libr.3. Sed tamen hoc declaratur solùm procedere: quando notarius rogatus esset conficere instrumentum ad sensum sapientis,& ipse est ita sapiens quòd nō indiget Iurisconsulto: tunc ipsemet ex proprio intellectu potest apponere renunciationes,prout in communis formulario tabellionum continetur.ita sing.Bal.in rub.C.de re uoc.his quę in fraudem cred. in ult.col.in uer. & nota quòd Bart.quam limitationem approbat D.Fel.in cap. cum M.Ferrariensis.col.2.in 4.not.de constitu.& Do. Ias.dicit esse sing. in l.1.§.si procurator.in penul.col.ff. si quis ius dic.non obtemp.ubi tamen subdit,quòd non putat bonam, per generalitatem regulæ suprà positæ. Sed eam simpliciter sequitur in l. certi conditio. §. si nummos.in quinta col.ff. si cert.pet. Secundo limitari potest,non procedere in pœna consueta,quam non potest notarius apponere, nisi expresè à partib dictum sit, quia est uariabilis ex uoluntate contrahentium. ita notab. Bal. in l. ult. in prima colum. C. de exerc. rei iud.& sequitur D.Alexand. consilio 38.uiso & præhabito.in penult.colum.in 4.lib. & latè Do.Ias.in l.ex ea parte.in princ.in 2.not.de uer ob.& confirmari potest ex singul. tex. in l. in testamento. la prima. ff. de conditio. & demonstrat. cum his quæ scripsi infrà in uerbo, Pœnam potens. Tertiò limitari potest

per nouum dictum Bal. de quo infrà feci mentionem in seq.memor. Quartò limita.non proc.in iuramento & sti pulatione.quæ non possunt per notarium apponi, licet etiam de consuetudine apponeretur. ita sing. Do. Anc. de But.in c.pen.circa fin.de iu.iur.quod pro sing.commendat,& sequitur Socyn.cosil.24.col.8.cons.85.uiso compromisso facto.in 3.col.uersic.sed ad hoc.in primo lib.& est memoria dignum,secundum D.Iason. ubi latè tradit,in l.ex ea parte in prin. in secundo not.de uerb. oblig. Et ex facto superioribus diebus incidit,dum notarius omisisset hypothecam in instrumento apponere.& quia iudex inclinabat in partem illam,quod non posset addi.fuit à lite per transactionem recessum.

Notarij imbreuiatura recipit suppletionem a consuetudine,uel à iure,circa renunciationes, & alias clausulas,secundum Bal.in rub.C.de fid.instr.in 6.col.uersic. sed de tertia.& in l. contractus. in 3. col. uersic. quæro circa istam. eodem tit. Sed an hoc procedat,etiam si alius notarius,quàm ille qui fuit de instrumento rogatus,uellet extendere? dic quòd non.ita sing.limitat seipsum Bal.in d.rub.in 6.col. uers. quartò quæritur. quam limitationem pro sing.& multum notanda commendat D.Ias.in l.ult.in 10.not. C. de iur. emphyt. & profectò est multum notabilis,cum semper idem ius omnibus cõmune sit. Et etiam uidetur multum dura, quia per hoc poterit generari aliquod præiudicium partibus tamen auctoritas Bal. est suprema. cui etiam adde, quæ circa officium notarii authenticantis tradit Do. Alex. consil. 135.uidetur prima consideratione.col.pen.lib.2. ubi citat hoc dictum Bald. Hoc tamen dictum non uidetur sine dubio proc. secundum Decium in l. semper in stipulatione. ad fi. de reg. iur. Sed potest confirmari per aliud sing.dictum Bald.in repetit. rub. C.de his quæ in fraud.cred.ubi dicit, quòd licet tabellio uideatur rogatus ut apponat clausulas consuetas, ut est text. notab. in l.ult.C.de fideiuss.de quo suprà proximè:tamen hoc solùm procedit,quando contractus est in fieri, non autem

tem quãdo iam est in facto deductus. quod dictum pro nouo commendat,& sequitur And.Siculus in tracta.de præst.Card. in quarta quæstione secundæ partis, in secunda col.& alibi sæpe. & late tradit Felyn. in capit.1. col.9.uers.restringe dupliciter. vt lite non contest.ubi ponit an sit uerum.

Notarius priuatus officio, licet conficiat instrumentum,non tamen punitur pœna mortis, sicut puniendus esset ille qui nunquã fuisset notarius:quia iuuatur primordio ueritatis.ita sing. Bal.in repetit. l. data opera. in 13.col.uersic.reuertor ad thema nostrum.C. qui accusare non possunt. Quod dictum sequitur D. Alexan. cons.50.ponderatis,col.2.libro 3.& pro sing. commendat Do. Iason. in l. secunda. in ult. colum. C. si contra ius,uel utilitatem publ.& in l.si ita stipulatus.§ Chrysogonus.in quinto not.ff.de uerb.obl.ubi multa similia adducit, quæ ante eum aggregauit D. Fel. in c. quæ in ecclesiarum.col.34.uer.fallit quintò. extrà de const.& ultra eos potest confirmari ex his, quæ scripsi suprà in uerbo, Dignitas.

Notarij duo si sunt simul adhibiti,licet unus sit officio priuatus, tamen ualet utrunque instrumentum,propter illum qui est idoneus.ita sing. Bal.in l.Imperator. in pen.col uers. nota etiam ꝙ si duo notarii. ff. de stato hom.pro sing.commendat,& sequitur.Firm. in tract.de episcopo.in tertia parte primi libri.in 57.quæst.in ultima col.iunctis his,quæ scripsi supra in uerbo, Legalitas.& infrà in uerbo, Testis unius. cũ multis similibus traditis per Dom.Ias.in auth. si uerò contigerit.in tertio not. C.de iudiciis. & ultra ea hoc dictum Bald.cum pluribus similibus reassumit D. Felyn. in c.cum super. in 2.colum.uers.3.limit.de offic. deleg. ubi etiam citat notab.dictum Baldi in cap.3.loco.in fine, de probationibus dicentis, quòd si notarius bonæ famæ subscribat instrumentum alterius notarii suspecti, fidem instrumenti confirmat.limitando tamen,ut ibidem per Bald. nisi statutum,uel consuetudo requirerent duos tabel-

liones: quia tunc uterque debet esse probatæ fidei.

Notarius non potest de cõsensu partium recipere iuramentum, & dicta testium sine iudicis commissione: ita sing. Bal. in tit. de pace Constant. §. in causis appellationum. in uerbo, Secundum mores & leges. quod pro sing. refert Do. Ias. in l. 1. in princ. in ult. col. in princ. ff. de feriis. & in repetitione l. admonendi columna 58. versic. nunquid autem iudex. ff. de iureiurand. sed ubique reprobat: & ante eum contra Bald. tenuit Dom. Alex. in l. hac consultiss. §. si quis autem in 4. col. uers. an autẽ prædicta. C. de testam. Addo quòd idem quod supra uidetur uelle Baldus cons. 481. intra scripta sunt omnia. in penult. col. in 4. lib. & pro eo uidetur facere, quod singul. decidit Bartol. in l. inuitus. §. ultimo. per gloss. ibi. ff. de reg. iur. quòd statuto disponente, notarium non posse recipere salarium tali contractu, illi non possunt partes renunciare. quod tamen uidetur aliqua ex parte iniquum, cum omnis labor oportet præmium. & hanc Bartol. decisionem pro singul. commendat D. Iason leg. penult. col. 6. uersi. adde etiam. C. de pactis, & in leg. 1. colum. 1. ad fin. C. de legat. & in l. ult. columna 1. C. de ind. uid. tollend. & consilio 112. colum. 2. libro 1. Dom. Felyn. in procem. Greg. columna secunda, & in cap. primo. in ultimis uerbis. extrà de simonia. Nisi dicamus hoc ideo inductum, quia si per partes posset renũciari, fieret faciliter fraus statuto per notarios, qui semper fingerent se occupatos: quæ ratio cessat in casu Bald. imò eo reprobato facilius lites poterunt expediri: quod reipub. interesse uidetur. per ea quæ supra opportunè retuli in uerb. Lites. Quid autem, si interueniret iuramentum? Forte possemus dicere etiam in casu Bartol. tenere renunciationem: nam in casu Bal. non erit dubitandum, per ea quæ latè scribit Corn. consil. 6. in hac consultatione. in 3. & 4. col. in primo lib. ubi plenè cõsuluit, posse per contrahentes renunciari beneficio l. de his. ff. de transactio. interueniente iuramento.

Notarius

Notarius qui in instrumento aliquid asserit quod factum sit diverso tempore non probat: neque per hoc incidit in falsum, dato quòd de illo actu argueretur. puta notarius in instrumento mutui dicit, qualiter heri in præsentia sua uidit numerari centum à Titio tali personæ. quia dato quòd in hoc diceret mendatium, non punitur de falso, quia nihil probat ex quo non fuit tunc rogatus, ut notarius. ita singul. Baldus in l. ex his uerbis. in secunda col. C. de testamen. milit. motus per Theoricam Innocen. in cap. quoniam contra falsam. extrà de probat. & hoc dictum pro singul. citat Do. Alexan. cōs. 70. viso processu inquisitionis. in secunda col. lib. 1. & D. Ias. in l. singularia, col. pen. uers. 2. limita singulariter. ff. si certum petat.

Et ideo dicit in proposito singul. Tancredus de Cornetto, in compendio suo, sub rub. octaua, quęstione decima, in uersiculo præterea quærltur. quidam produxit &c. quod non punitur de falso, qui scienter dictauit notam, ex qua est confectum falsum instrumentum: quia est priuata scriptura. allegat notata in l. diuus. ff. de falsis. & hoc dictum pro singulari commendat Do. Alexand. in consilio 70. supra relato, in ult. columna, uersiculo præterea ad omnia. Et consilio 74. uiso testamento, columna penultima, uersiculo ad prędictorum. libro primo, licet secus esset, si talem falsam scripturam notario porrexisset, ut eam authenticaręt. per ea quæ scribit Do. Alexander in consilio 77. in causa accusationis, in prima columna, in eodem libro, & in dicto consil. 74. in ultimis uerbis. quod bene nota, quod uidi in facto.

Dictans notam ex qua falsum instrumētum cōficiatur, nō punitur.

Notarius in instrumento non debet scribere pecuniā numeratam, licet sit in eius præsentia constituta: nisi uerè fecit eam numerare, se præsente: aliàs punitur de falso. ita singul. Bal. in rubric. C. de fid. instrum. in 4. colum. ubi dicit secus esse, si diceret mutuatam: quia præsentia est pro ipsa mutatione, secundum eum. Quod dictum alibi se non legisse testatur Do. Ias. in l. singularia.

singularia,col.pen.ff.si cer.pet. & tenet in effectu Cor. consilio 61.visa copia columna secunda.uersic. his tamen. libro tertio.& est memoria dignum : quia multi notarii in hoc quotidie decipiuntur.& latè consulendo tradit Iason consilio 171. relatio. lib. 2. & est dictum Bartol.in dicta l.singularia.colum.penult.uersicu. sed quæro.not.5.

Notariorum imperitia destruit totum mūdum, & ponit conscientias bonorum uirorum in magno discrimine.ita eleganter Bald. in consi. 6. uiso testamento Bartolucii.in primis uerbis.in quarto libro.quod pro egregio etiam commendat Do. Iason in l. filius à patre. in princ.in ultima col.ff.de liber.& posthu. & de ea etiam conqueritur Angel. consil.247.imperitia notariorum. in princip.Et ideo decidit singu. Baldus in l.quotiens. colum.prima.in fin. C.de hæred.instit.quòd si pater instituit filium hæredem, & matri legauit mille, ecclesiam uerò parrœchialem instituit in quinque solidis pro anima sua,& moriatur filius,quod per hoc quòd ecclesia sit instituta, non excludit matrem : ne qui minus dilectus est,plus consequatur. quia ista uerba iure institutionis ponuntur hodie ex consuetudine notariorum, quia non intelligunt quid dicant, & sæpè imperitiores sunt ipso testatore. Hoc dictum Baldi reassumit in pulchra quæstione Andreas Siculus in repetitione l. cum acutissimi.col.126.C.de fideicommiss. & pro singulari etiam latè exclamat D.Franciscus de Curt. in cons. 66. sapienter optimus prædixit Psalmista,in sexta col. uersic.& adduco quod singulariter &c. & habetur in consiliis Alex.cons.52.col.6.lib.4.

Et hic conuenit, quod dictum Ludouici Romani sing ?ar.52. Quid operatur. ubi refert notarios quotidie apponere clausulam in compromissis, cum potestate procedendi in scriptis & sine scriptis : & tamen non intelligunt,quia sunt tāquam pica & papagallus, qui stat in placito dominorum,& loquuntur sine intellectu.Tamen prædicta decisio Baldi non placet Crotto, in repe

titione

titione l.re coniuncti numero 163. uerſ. decimoquartò quæritur.de legat.tertio.

Nundinæ fauore publico introductæ ſunt. l. ſecunda. ff. de nundinis: & ideo uendens aliquid in nundinis, non præſumitur fidem habere de precio: ita ſingular. Baldus in l. ſi non donationis. circa finem. C. de contrahen. empt. quia non eſt ueriſimile, quod velit quis habere fidem de precio uni ignoto, qui fortè ſtatim receſſurus eſt. argu. l. ſi legationis. ff. de iudiciis. & hoc dictum Bal. pro ſing ad hoc not. Ludouicus Romanus ſingular. 309. ubi quis uendit. & Curt. in tract. de ſequeſtr. uerſic. 6. quæro. Similiter ſi per ſtatutum detur ſecuritas omnibus uenientibus ad nundinas, non tamen bannitis uenire licebit, niſi de eis expreſsè dictum ſit. Bartol. in l. prima. ff. ad l. Iulianum ma. ſequitur Nellus in tract. tu bannit. in tertia parte 2. temporis. quæſtio. 40. etiam ſi iniuſtè eſſent banniti, ſecundum Baldum in l. prima C. de nund.

Nuptiarum cauſa multa ſpecialia introducta ſunt, de quibus per Baldum Nouellum & Campeg. latiſsimè in tractatu dotium, & per omnes in l. prima. ſoluto matrimonio. & tangit in materia diſpenſationis Do. Felinus in c. poſtulaſti. col. 20. uerſic. adde etiam ſeptimam. de reſcriptis. Et inter alia conſtitutum eſt, quòd mulier nō poſsit ſecundo uiro nubere intra annum luctus, ſub pœnis de quibus in l. prima. C. de ſecundis nuptiis. imò poſt annum, ſi nubat, omne lucrum quod ex primo matrimonio conſequuta erat, tenetur relinquere filiis prioris matrimonii, ſecundum l. fœminæ, & l generaliter. eodem titulo. Sed an prior maritus, pro cuius honore hæ conſtitutiones ſunt introductæ, poſsit eis renunciare, & ſic permittere uxori quod impunè nubat? dic q̄ benefic. l. prædictæ non poteſt, quia eſſet contra bonos mores: ſed beneficio l. fœminæ bene poteſt, expreſsè, & etiam tacitè. ita ſingulariter declarat Baldus in d. l. 1. columna penultima. uerſiculo, ſed pone, prior. maritus. ubi in pulchra quæſtione refert ſe conſuluiſſe.

Nam

Nam testatore legauerat uxori quædam castra, sub con ditione nubendi: & si non nupsisset multo plura. Isto casu consuluit, quòd etiam extantibus filiis prioris matrimonii, uxor nubens habebit talia castra primò reli cta, etiam quo ad proprietatem: non obstante dicta l. fœminæ, cui testator renunciasse uidetur. & dicit Bal dus esse inuentum suum: & cum eo consuluisse multo Doctores Bononiæ in causa Do. Pandulphi Malatestæ. Et idem ex facto latè cõsuluit Ludouicus Romanus, in consilio 219. ex themate consultationis, in primo dub. & latè repetit in singulari 252. tu scis, & hoc dictum Baldi pro singulari notat, & sequitur Cremon. not. 74. si maritus, & Cœpolla, cautella 324. item est alia, & latè D. Iason in l. filium quem habentem, in quinta col. in 2. notat. C. fam. ercisc. in quibus locis Ludouicus Crem. & Iason idem dicunt esse, si mulier nuberet de uoluntate filiorum proprii matrimonii, quod notandum est pro bona cautela, secũdum eos, quam ponit etiam Ber tolomæus Veronensis cautela 323. si mater, & latè Andreas Siculus in commento l. cum acutissimi, col. 24. uersi. referendum est in medium C. de fideicommissa. & idem quod supra concludit Baldus consi. 336. iuxta casum, in primo libro, & consi. 51. ista quæstio est dubia, ad fin. in tertio lib. & consi. 153. quidam testator. in ult. lib. quamuis indistinctè loquatur. Ista omnia clare procedunt de iure ciuili. Sed quid de iure canonico? an pœnæ, de quibus suprà procedant? dic, quod nõ. Ita tenet Bal dus in rub. de constitu. in ult. q. & late tradit D. Felin. in c. quæ in ecclesiarum, in 6. col. in prin. & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, in 22. col. uersic. quarta declaratio. eo. titu. & tangit Anchor. ubi distinguit consi. 101. ex prædi cto, circa principium. Tamen in contrarium fortiter ur gere uidetur aliud sing. dictum Baldi in l. omnem in ul ti. colum. circa fi. C. ad Tertullianum, ubi decidit, quòd licet non ualeat statutum laicorum, puniens contrahen tem matrimonium cum filiafam. sine consensu patris: ut plene tradit Ioan. Andreas in c. statutum, de hæreti-

Filiorum cõsensus innuptiis matris quid operetur.

Cautella pro matre transeunte ad secundas nuptias.

Statutum quod nõ ualeat matrimonium nisi pater filiæ consentiat.

cis,

cis,lib.6.in nouella,& ex facto cum incidiſſet,cõſuluit Anchar.conſi.21.pro ſolutione dubiorum,in 2. dubio & firmat D.Alexander conſil.59.uiſo inſtrumento, & titulo quæſtionis in tertia col.lib. 1. tamẽ quia tale ſtatutum concernit bonos mores omnium, & maxime prudentium, tenet,non quia uetet ſubſtantiã matrimonij, hoc enim nõ poteſt facere niſi Papa. ſed quia punit malos mores,& in republica facinora ſeminantes. Et hoc dictum Baldi pro ſingulari commendat,& ſequitur Andreas Siculus in tractatu de præſtat.Cardina.in 2.quæſtione primæ partis,in 6.colum. cum his quæ late tradunt D.Alexan.& Barba.in eorum paraphraſi, ad Baldi monumenta,in dicta l.omnem,& late conſuluit Alexan. conſi.97. principalis dubitatio in primo libro ubi in ſecunda colum.uerſi. hanc opinionem citat hoc dictum Bal.licet in calce illius conſi. dicat magis cõmuniter reprobari. & late etiam contrarium conſuluit Deci.conſi.231.in ſecundo dubio,& tradit in l. nuptias ff. de regu. iur. Et ultra eos benefacit ſingu. & illuſtre dictum Hoſtien.in c.ſecundo.de cogna.ſpir.vbi dicebat, ꝙ licet in iudicando ſequenda ſit communis opinio,ut l. prima ibi, ſane crebrior apud ueteres opinio eſt. & ibi Baldus adhoc notat ff.de offi.quæſtoris,& D.Felin. in c.primo,columna pen.uerſiculo nonò fallit, de conſtitutio.& D.Iaſ.in l.2.colu.3.uer. ego aliàs.ff.de iur. iur. cum his quæ late ſcripſi infrà in uerb. opinio communis,tamẽ hoc fallit fauore matrimonij. Et ideo ſi in aliquo caſu inueniatur diuerſitas inter Doctores, dato ꝙ pro matrimonio ſit unus ſolus, & in contrarium ſit communis:tamen debemus ſequi opinionem ſingularem,fauore matrimonij,quod dictum pro ſingula. multum commẽdat D. Abbas.in dicto capitulo ſecundo, & late reaſſumit Andreas Siculus in conſilio ſexto, ſcriptum eſt præclare primo regum,in prima columna,ad finem,& ſequentibus,lib. 1. ubi hoc extendit etiam fauore libertatis,& teſtamenti, & cuiuslibet ultimæ uoluntatis,quod ultimum refert, & ſequitur Domin. Iaſon

Matrimonij fauore poſſumus recedere à communi opinio.

ſon in l.gallus §.quid ſi is, in tertia col.in prin. ff.de libe.& poſth.in poſterioribus ſcriptis.

Hoc tamen moderandum puto, quādo opinio illius ſingularis doctoris eſt iuſta, alioquin non tantum debemus rebus fauorabilibus indulgere, quod alijs iniuſtitia fiat: capitulo ex tenore, de foro competenti ſecundū Baldum conſilio 5. quęritur, lib. primo: & propterea illa opinio Andreę Siculi damnatur ab aliquibus, ut etiā teſtis eſt D. Alciatus Paradox. libro tertio, capitulo ſeptimo in fin. Et ideo ſingul. not. Bal. in l. ſi quis presbyter in tertio not. per illum textum, C. de epiſcopis, & cleri. quòd ecclesia quæ eſt cultrix iuſtitiæ, non uult iuris alterius præiudicare: & hoc dictum Baldi commendat Ioannes de Ana. in conſilio 68. uiſo ſtatuto, ſub rubri. &c. colum. 1.

Eccleſia iuſtitiæ cultrix.

Sed quia ueriſimile nō eſt, quòd communiter approbatur falſum eſſe: & mirabile cuilibet uideri poteſt, opinionem unius multorum uincere ſententiam: cum alioquin uulgatum ſit adagium, Herculem contra duos nō ſatis eſſe. Propterea reperio, quòd idem Andreas Siculus contrarium tenuit in conſilio 3. Scripſit pulchrè Paralipomenon, in pen colum. in eodem libro, & idē concludit etiam Decius in capitulo primo, in ultima colūna de conſtit. & ita ſuperioribus diebus conſultum fuit per excelſos præceptores meos D. Iaſonem & Deciū, propter unam ſingu. opinionem Ioannis de Imol. in capitulo cum eſſes, in octaua quæſtione, de teſtam. ubi tenuerat contra opinionem Oldr. Laud. communiter approbatam, in conſ. 119. Titius condidit teſtamentum, quorum conſilia habes, ſcilicet Iaſ. 155. in 4. libro, & Dec. 159. in ſecundo uol. Et ideo ſolemus dicere, quòd præſumitur per imperitiam iudicare, qui relicta communi opinione ſingularē alicuius doctoris, etiam illuſtris, ſententiam amplectitur, ut etiam in pulchra quæſtione dicebat D. Alex. conſilio 95. uiſis proceſſibus, colum. 3. libro ſecundo. Et in propoſito notat eleganter Bal. in l. prima in ultimo not. per illum textum. ff. de ſenato-

Herculem contra duos non ſatis eſſe.

natoribus inhærendū esse cōi opinioni, relictis singularibus doctorum sentētiis, cum mille similibus quos retuli infrà in uerbo, Opinio communis. Proinde in proposito adduci potest, quod singula. & uerè inquit Bal. in l.ultima, in pe.col C.de edi.diui Adri. tollen. quod antiqui doctores magna ueneratione fuerunt præstantiores modernis pondere, numero, & mensura, licet dicat Ouidius in secundo de Remed. amoris :

Opinio communis tenē da.

Doctores antiqui præstantiores modernis.

A cane non magno sæpè tenetur aper.

Et vulgatum sit adagium,

Sæpe etiam est holitor ualde opportuna loquutus.

Nubendi conditio, & etiam dotandi, an possit per patrem in testamento committi personæ extraneæ, Bald. singu. uidetur tenere quòd sic, in l. 1. ad fin. C. de nupt. quod est singu. notandum, si est uerum, teste D. Alexā. in l. turpia. in ultimis uerbis ff. de leg. 1. ubi tamē putat in hoc quoad actu nubendi, ut non possit committi alterius iudicio, non esse differentiam inter patrem, & alium testatorem, & cum eo transit etiam ibi pręceptor meus, in principio dictę l. in tertio notab. ubi dicit hoc dictum Baldi esse sing.

O



BEDIENTIA est actus intellectus, & uoluntas humiliter obtemperans superiori, ex debito: & consistit in mandatis, ut habetur 93. distinctio. in summa, & c. si inimicus, de quibus non est exquirēda ratio à superiore, nisi quando contra ius mandat. ur not. per Innoc. in capitulo secundo, de restitu. in integrum. ita eleganter Baldus in l. liberti libertæq; in prima col. circa medium C. de oper. libe. ubi plura in materia.

Oblatio uerbalis constituit in mora, quando creditor protestatur se nolle pecuniam recipere. ita singul. Baldus

dus in l. 1. in 1. col. uersi. modo quæro, C. ne lic. in una eademque causa 3. prou. sequitur Dom. Alexand. post Com. & Paul. per eum relatos. in l. si mora. in quarta col. in 5. fall. ff. sol. matrim. & pro sing. citat Areti. in l. qui Romæ in princ. in primo not. ff. de uerb. oblig. ubi contrarium tenet. quia ll. allegatæ per Baldũ non probant, ut etiam fatetur Do. Alex. in d. l. si mora. licet idẽ D. Alex. in d. l. qui Romæ in prin. in 1. colum. sequatur hoc dictum Bal. & multum commendat pro limitatione. l. qui decem. §. 1. uersic. idem responsum. ad finem. ff. de solut. Et propterea datur singulare remedium ad hoc, ne creditor constituatur in mora per uerbalẽ oblationem, iuxta l. acceptam. C. de usuris. nam dicebat Bar. in l. pen. ad fin. ff. de distract. pignor. quòd quando debitor dicit. Sum paratus soluere: debet creditor respondere. Et ego sum paratus recipere. quod remedium pro singulari commendat Aretin. in d. l. qui Romæ. in primo not. & Dom. Ias. in l. 2. in 63. colum. uersic. circa tamen illud C. de iur. emphyt. & est approbatum per D. Alex. post Imol. qui hoc sibi ascripserat, in d. l. si mora. in 5. col. uers. omnes tamen. ff. sol. matr.

Tutius tamen erit, si creditor dicat, Da mihi nunc. iuxta notab. dictum Bart. in l. qui solidum, in princ. de leg. 2. declarando, ut per Mathes. not. 188. nota, quòd ubi creditor. iunctis his quæ scribit D. Ias. in l. quidam extimauerunt, in 2. not. ff. si cer. pet. quia tali casu oblatio uerbalis non releuat. l. decem, uers. idem respõsum, de solut. Alex. consi. 16. col. 6. non obst. etiam lib. 3. & consi. 39. uertitur lis, col. 1. lib. 5.

Locus ex iure Pontif. *Obolus* ponderis genus est. quod sex siliquas cõtinet. de eo meminit tex. in c. iudices. prima q. 1. & Terent. in Andria: Obolo emptos. de quo late scribit Volaterranus post Plinium in sua Philologia, libro 30. commen. Vrb. ubi de sicla, & de aliis ponderibus. & Budæus de *Locus apud Imperator.* Asse, & eius partibus, in primo, & quinto libro. ubi dicit, quod est medietas scrupuli, & sic quadragesima octaua pars unciæ.

Obryziati

Obryziati solidi dicũtur, quia constant ex auro multipliciter excocto: de quibus meminit Imperator in l. uniuerso. C. de ueter. numis. potes. lib. 11. & l. 1. C. de obligat. uotorum lib. 12. licet in utroque loco uerba mendose scripta legantur. Et ideo aurum obryzum refert Suetonius Neronem exegisse, dum inquit: Argentum pustulatum, aurum obryzum, ut plerique omnem collationem palam recusarent. Diuus Hierony. in Daniele. Ecce uir unus uestitus lineis, & renes eius accincti auro obryzo.

Offensio an in dubio præsumatur ex noua rixa, an ex ueteri, si facta sit ab aliquo, cum quo prius pacem feceram, & postea rupi: Baldus singu. in l. pen. col. uers. sed pone. C. de ædil. actio. decidit. quód ex noua, cessantibus coniecturis de quibus ibi singular. per eum. Cuius decisio tanquam aurea est memoriæ commendanda, secundum Domi. Alex. in l. semel mora. in secunda col. uers. circa prędicta. ff. solut. matr. ubi dicit, quod ita habuit ex facto consuluere, & ita consuluit in cons. 115. ui so themate. in 2. col. in 4. lib. & hanc decisionem Bald. pro singular. etiam cõmendat D. Alex. in l. qui seruum. quam legit cum l. qui insulam. in 2. col. uers. & quando præsumatus. ff. de uerbo. oblig. & ibi etiam Do. Ias. in 2. not. etiam approbat, post Ludonic per eum relatum. & sequitur etiam Aret. cons. 31. considerata. col. pen. uers. ad secundum. & faciunt quæ tradit Fel. in c. 1. colum. 2. & 3. de treu. & pace.

Opem præstans, uel auxilium, qua pœna puniatur? scilicet media, an eadem: habetur in l. is, qui opem. ubi Bart. & alii. ff. de furtis. & prosequitur Angel. in malefic. in uerbo, dicto maleficio semper astitit. post Cep. consil. 27. requisitis. colum. ult. quod tamen intelligi debet, de præstante opem ad id delictum patrandum: quia quælibet assistentia non comprehenditur, ut singul. declarat Bal. in l. prima. ff. de ser. corrupt. in quibusdam add. ut refert Angel. de Arim. in add. ad Ang. de malefic. in uerb. dictus Andreas armatus, circa prin. ubi

allegat Bal.dicere,quòd assistentia ad id non præsumitur, nisi aliter de uoluntate assistentis appareat: quod iudicis arbitrio relinquitur. Sed idem Baldus in l. ob hæc uerba. ad fi. ff. de his qui no. infam.dicebat, quòd non dicitur præstare auxilium ille, qui superuenit, uel stat à remotis, licet esset armatus. Secus, si est propinquus, quia tunc uidetur stare ad id,ut talis delinquens securis peragat intentum suum. nam, ut inquit Baldus in l.non ideo minus, colum.ult. uersic. item quæro. C. de accusat.omnis ille qui offendentem reddit audaciorem, & offensum timidiorem, dicitur impendere auxilium,& fauorem.Et hæc sunt memoria digna,ad decretum Mediolanens.contra præstantes auxilium, & fauorem. quia loquitur, quando ad id præstitum est auxilium circa quod consuluerunt singul. Bartolom.de Saliceto,Gaspar Cald.& Anchar. relati inter consilia Anchara.conf.216.nos Bartol. circa finem.necesse esse ad hoc ut dicantur socii, uel auxiliatores, quòd sint ad id delictum committendum principaliter coadunati: aliàs haberi habent pro principalibus. & sic prout deliquerunt,ueniunt tantum puniendi.iuxta: no.in l.si in rixa. ff.de sicar. & eos sequitur Alex.consil.2.uiso processu, colum.2.uers.& subdit.libro 7.Et Hippol.in l. nihil interest, colum.penult.ff.de sicar, & consilio 67. colum. quinta, & consilio 65.columna prima, & alibi sæpe. Prædicta tamen proced. nisi assistens haberet ratum homicidium patratum,ut inquit Bal. in l.data opera, col. penult.C.qui accus.& sequitur Hippol.cons.34. col.1. & de statuto puniente facientem unionem,seu andatam gentium,quod intelligatur ad id, Alexand. consilio ultimo,lib.2.

Opinio communis iudicando,& consulendo amplecti debet: ut est textus,qui ad hoc communiter allegatur, in l.prima. ibi,sanè crebrior apud ueteres opinio est.ut ibi Bal.ad hoc not. ff.de offic.quæst. & tradit D. Alex. consilio 134. præuiso themate, in fi. in primo libro. & consilio 22. uiso processu,circa finem lib. 2. & D.Fely.

in c.

in c. 1. colum. penult. uerf. nono fallit. de constitut. Decius consilio 131. reuocatur. in ultimis uerbis. Et ideo dicunt Baldus, & Paul. de Castro in l. ultima, C. de instit. & subst. quos refert Dom. Iaf. in l. sciendum. §. ultimo, in secunda columna circa medium. ff. qui satisd. cogan. quod iudicaturus non debet à communi opinione recedere, etiam propter nouas fantasias Bartoli. Hinc notat etiam Bald. in l. 1. in ult. not. de senator. per illum tex. argumentum, quod propter singulares, & peregrinas opiniones doctorum non est à communi recedendum. quod dictum in pulchra quæst. citat D. Alexā. conf. 95. uisis processibus. col. 3. lib. 2. ubi dicit, præsumi per imperitiam illum iudicare, qui relicta communi sententia, singulares opiniones doctorum amplectitur. Et hoc ultimum, etiam reassumit D. Iason in l. 2. in 3. col. ff. de iu. iur. Et ulterius dicebat Ioan. Fab. in proœ. instit. in 3. col. in princ. quòd in dubio debes sequi opiniones communes, & illorum qui consueuerunt à pluribus approbari, ut facit Iureconf. in l. scire oportet. §. aliud autem. ff. de excus. tuto. & summus pontifex in cle. unica. ad fi. de suma Trin. & fi. cath. Proinde Bald. in l. ult. col. ult. C. de pœna iud. dicebat præsumi imperitiam in eo, qui tenet nouas, & insolitas opiniones, per d. l. 1. ff. de senatorib. Ideo monet, ut iudicando nunquam recedas à carrocio prudentum, maximè glossæ. & hoc dictum Bald. pro eleganti nota. Andr. Sicul. in repet. rubr. extrà de fid. instrument. colum. 7. uersic. quot autem modis. 1

1 Ista omnia quæ dicuntur de communi opinione, in iudicando tenenda, secundum Doct. ubi supra, & canonistas in cap. ne innitaris. de constitu. limitantur, nisi cómunis opinio possit bonis rationibus conuinci. quod bonus & acuti ingenii iudex arbitrabitur. vt per D. Iason. in authentica, nouissima. in 5. colum. C. de inoffic. testamen. & in l. ut uim. in penult. col. post medium. ff. de iust. & iur. Secundò singulariter limitatur fauore matrimonii, per singu. dictum Hostien. in cap. secunda.

de cognat. spirit.quòd tamen non puto indistinctè verum per ea quæ latè scripsi suprà in uerbo. Nuptiarum causa. ubi uide. & si cupis doceri, quæ dicatur communis opinio, declarat Feli.in loco præallegato. & Domi. Iason in d.l.ut uim.in penult.col. ubi etiam Do.Claud. in repetit.in 47.col.& seq.ubi dicunt, quòd non constat ex numero, sed ex qualitate doctorum. Tractat etiam D.Iason in l. re coniuncti. in prima quæstione principali, ad finem, in secunda parte, de leg.3.& ideo secundum aliquos Papiens.Mod.in l. prima.in princip.ff. de offi. eius.opinio glossæ, cum qua transeat Bartolus, communis reputatur: Et ita seruat uenerandum collegium nostrum dominorum iudicium Mediolani. Quod autem sit iudicis officium in ualde dubiis opinionibus.in quibus non appareat quæ sit magis communis, & rationes ab utraque parte efficaces adducãtur, uide Deciũ cons. 176.uiso themate.col.pen.uers.& si dicatur post Felinũ. in d.c.1.col.fin.uers.1. nota. & Mediolani solemus ex celsum senatum consulere: ut etiam dicitur in l.ex facto in princ.de uulg.& pupil.

Opinio communis, quamuis falsa, facit ius, iuribus uulg.& latè per Alex.in cons.138.opportune consideratis.per totum, in primo libr. Sed hanc regulam limitat singulariter Bald.in l. secunda ad finem. C. de sentent.ut procedat, quoad solennitates: secus, quoad substantialia.& ideo licet testes adhibiti in testamento essent serui, cum tamen communiter reputarentur liberi, ualet testamentum: quia hoc respicit solennitatem. ita loquitur l.1.C.de testamentis.& §.sed cum aliquis. insti.eod.& firmat D.Ma.Socyn. consil.32. ex his quæ superius.in 8.col.uersic.communis enim opin.in 1.lib. Secus esset, secundum Bald. si testator ipse esset seruus, uel filiusfami.quamuis opinio foret, quòd esset liber, uel emancipatus: quia deficit substantia.istam limitationem pro singulari reassumit Do. Iason in l. Barbarius Philippus.in quinta col.in quarta fallentia.ff.de offic. prætor.ubi dicit, quòd est dubia, si bene consideretur.

eam

eam etiam pro singulari refert D.Iason in l.2.in prima col.C. de edict. diui Adria.tol.ubi ponderat in contrarium gl.ordinariam singul.& communiter approbatam ibi,in uerb.seruus, quæ dicit, quod testator reputabatur communi opinione liber,cùm esset seruus. & ideo ualet testamentum. & licet D. Ias. ibi non respondeat ad illam glossam,tamen respondet in l.1.in 1.col.C.de testamentis.quod loquitur in iudicio possessorio: secus in petitorio.

Opisthographus erat apud antiquos uoluminis species, habilis torqueri, appellatus à Græco uerbo ὀπισθεν, i. retro,& γράφω scribo: quasi retro. scriptus, siue à tergo.iuxta illud Iuuen.in prima Sat.

Scriptus & in tergo,nec dum finitus Orestes.

Et hoc, quia utraque pagina scriptus erat, aduersa & auersa, minutis literis & lituris plenus, à quo fortasse liturarios Ausonius poeta eos dixit. Huius apud nôs meminit Vlpianus in l.quarta.tit.de bon.pos. secundũ tab. apud quem tamen epistographus, uel epigraphus mendosè scriptum reperies. & ideo Plinius Cæcilius in epistola ad Marcum:Electorum(inquit) commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissimè scriptos. Et hanc significationem approbare postea inueni D.Alex. de Alex. uirum literatissimum,Genial.lib.2.c.30. Alii accipiunt Opisthographum,pro eo quod ita scriptum est, ut legi postea non possit, nisi librariis describendum mandetur, Alii pro charta deletili, siue palimpsesto posse capi existimant, & hanc opinionem approbat summus uir Hermolaus Barbarus, in glossematis suis in Plin. dum locum hunc Vlp.citat. *Vlp. locus.*

Opsonatores putabat glossator in l. legatis seruis. in princ.de leg.3.eos dici, qui resonant, & cantant domino in mensa. Philippus Beroaldus uir alioquin eruditus,seueriori calamo inuehitur contra Accursium, omnesq; alios qui Accursio operã dant:& hoc ubiq; seriose facit, tanquã quidam extra alcã censor positus:eoq; *Accursij error.*

duce infiniti alii, qui potius plagiatores, & grammaticæ possunt appellari. hi enim quotiescunque aliquam offendiculam in libris nostris inueniunt, adeò sibi placent, ut finem iniuriis imponere non queant: quia fortè contra eos desint, qui ad notationum uolumina non scribant, quod quidem turpius: est cum de uerborum significatione disputatio suarum potius partium fit, quàm doctorum nostri temporis. nobis enim satisfactum esse per Iureconsf. antiquorum monumenta, clarum est. Rogatos itaque omnes uolo, eos qui de studijs eruditiorib. bene meriti sunt, ut si quando aliquid nota dignum in libris nostris offendent, id modestè proferant. Eruditæ enim inuentiones buccinatore non indigent. Sed ut ad rem redeamus, Opsonatores sunt, qui opsonia, quibus uescimur, scienter emunt. quod uerbum antiquorum usu frequentissimum est. Plautus: Cœnæ opsonaui, idest opsonium emi. Seneca ad Lucilium lib. 6. Adiice opsonatores, quibus dominici palati noticia subtilis est.

Contra Beroald. & quosdam alios.

Obsonatores qui.

Optiones, gradus quidam appellati sunt in turmis decurionũ, & cohortibus cẽturionum: de quibus meminit Vlpia. in l. diuus Adrian. de bon. dem. & Calist. in l. ult. de iure immu. & imperat. in l. penult. C. de apocis publ. lib. 10. ubi Accursi. putauit ita dictus, quia quod optabant, pręcipiebant. Optio enim dicitur optatio, electio. Vergi. Optauitque locum regno.

Locus apud Iureconsf.

Optio.

Ordo multum solet considerari, vulgat. l. quoties. cum similibus. ff. de usufru. & testatur Bal. consi. 152. ista causa consistit. in 2. lib. & latè scribit Corn. consil. 136. uiso puncto. in 2. col. uersic. nec præposteratio. in 3. lib. proin de perfectæ cognitionis non est (teste diuino Ambrosio) scire quid facias, & nescire quo ordine. ut eleganter etiam refert Bald. in præfat. sua in libros Digestorum, in primis uerbis. quem ita citat Curt. in consil. 59. Dux Philippus. in 3. colum. nempe ordo est figura substantiæ cuiuscunque rei. Et nihil constat sine ordinis compositione, ut opportune dicebat Baldus in suo diuino consi.

schismatis

schismatis, posito sub rub. si quis al. testa. prius. in 2. col.& reassumit D.Ias.in præfat.ad tit.de iur.emph.

Et propterea decidit singu.Bald.in rub. extrà de officio iudicis.in pen. col. uers. quæro quid si statutũ,&c. quòd si statutum disponit,quòd iudex in certis casibus procedat omni substantialitate prætermissa, non tamẽ poterit facere præposterationem unius actus ad seipsum,uerbi gratia,quod testis primò deponat, postea iuret. quod ineptum esset, cum uigor depositionis deficiat.& hoc dictum Bal.pro aureo commendat D.Fel.in c.cum dilecta.in 11.col.uers.sextum signum.de rescriptis.ubi post alios, latissimè tractat hanc materiam ordinis.Sed quis esset in casu prçsupposito,si testis primò deponeret, postea in continenti iuraret: tractant Baldus & Saly.post Cy.in l.iusiurandi,in 1.quæst. C.de testib.& omnes canonistæ,maximè Ant.de But.D. Abb. Aret.Felin.& Modern.in c.de testib.extrà de testibus. Ias.in repetit.l.admonendi.col.87.uers. quid si testis. de iur.iur.ubi tenet alios, scilicet quòd probat quando in continenti iurasset. Et ideo dicit in simili Bal. singu. in l.non aliter.col.1.ad finem.ff.de adoption. in prioribus scriptis.quòd si iudex qui debet interponere decretum in fine, post causæ cognitionem, interponit illud in principio:illa præposteratio ordinis uitiat, quia apparet quòd illud fecit sine causæ cognitione.Quod ultimum pro notab.commendat Aret.in c.de testib.in 4. col.in 1.quæst.extrà de testib.& D. Fel.in c.cum dilecta.in 24.col.in princ.de rescriptis.& in c. quoniam frequenter.in prin.in 5.col.uers.prædicta.ut lite nõ cont. sed tamen Bal.in l. 1. in ult.col. C. qui adm.non curat in qua parte instrumenti apponatur,modo ad omnia respiciat.& eum sequitur Imo.in c.cum uos. columna 4. de his quæ fiunt à præl. quæ nota ad §. ante hæredis institi. de legat.

Testis prius deponens quàm iurãs an probet.

Decretum iudicis dẽt in fine interponi.

Orphanotrophiũ dictio Græca est, huius meminit Imperator in l.illud.§. si quis uerò. & in l. penultima. in princ. C.de sacrosanct.eccles.& in l. omnia priuilegia. C.de

Locus Imperatoris.

C de episcop.& cler. Et significat locum, in quo filii orbi, & parentibus priuati nutriuntur. Orphanotrophi uerò sunt hi, qui præponuntur orphanis nutriendis, tanquam tutores, seu curatores minorum, secundum Imperator.in l.orphanotrophos.in princ.C.de episc.& cler.in l.omnia.proximè allegata.De his Spec.in tit.de orphanotropho,& in tit. de his qui alie. nom. in iudic. inter.in uers.orphanotrophus.& in tit.de instr. edit.§. nunc uerò aliqua.uers.62.& §.ult.uersic.sunt etiam orphanotrophi, & tex.in authen. de alien. & emphyt.§. emphyteoses uero. per totum. & in aliis locis non parum multis.

Orphanotrophi qui. Locus apud Imperator.

Orthodoxus, homo rectæ opinionis erga Deum, siue sententiæ, aut fidei. δόξα enim gloriam, & existimationem, siue opinionem, & sententiam significat. hinc orthodoxia, recta opinio, & fides. huius uocabuli mentio habetur in constitutionib. Imperatorum. ut in l.priuil. & in l.iubemus nulli.circa princip.in l. decernimus.C. de sacrosan.eccl.& alibi sæpe.

Orthodoxia Locus apud Imperator.

P



ACTVM nudum non differt à stipulatione in mercatoribus, & aliis qui plurimum negotiantur, in quibus potissimè requiritur bona fides, & legalitas. ita eleganter Bal in c.si pro debilitatione. in 2. columna, uersiculo 2. dicitur. de offic.deleg. quod dictum commendat D. Alex. in l.iurisgentium. §. sed cum nulla. in fin. ff. de pact. ubi tamen non ponit pro constanti, sed eum firmat D. Ias. ibi. in 3.col.in 2.limit.& in l.lecta.in 8.col.uers.4. casus.ff.si cert.pet.& D.Fely.simpliciter sequitur, in ca. 1. col. 1. extra de pactis.

Pactum nudum in ligis, & treugis principum producit actionem, quia pacta publica non egent fomento

uerbo

uerborum.l.conuentionum.ff.de pactis,ita sing. Bal.in c.1.ad fi.extrà eo.quod alibi se non legisse dicit D. Ias. in l.lecta.in 7 not.in 2.casu.ff.si cer.pet.& in l.iurisg.§. sed cum nulla.in 1.not.in 13. fall ff. de pact. Treuga tamen est illius naturæ,ut licet unus contraueniat,non tamen alii propterea à pactis recedere possunt, licet secus sit in pace,ut tradit Soc.cons.262.in causa magnifici.ad fi.lib.2.quod est memoria dignum ad reg. l. cum proponas.2.C.de pact.

Treuga seruari debet etiam nō seruanti eam.

Pacta executiua quæ communiter in instrumentis apponi solét,scilicet quòd creditor posiit fundum propria auctoritate apprehendere, non habent locum nisi quando instrumentum est liquidum. ita eleganter Bal. in l.si causam.in ult.col.uers.or.non quæro.C.de exec. rei iud. ubi ponit exemplũ in instruméto dotali, quod debet liquidari, alioquin pacta executiua in eo contenta,effectum non sortiuntur,etiam stante statuto, ꝙ contra instrumentum non possint apponi,nisi quædam exceptiones.& ratio est, quia ante omnia conditio in contractu debet impleri,ut firmat D.Alex.ubi citat hoc dictum Bal.cons.119.uiso processu,col.1.uers.sed ita est. lib.1.& ideo in primis mulier, si petit se mitti in possessionem, ratione pactorum contentorum in instrumento dotali,adire debebit iudicem, & significare qualiter mortuus est maritus,uel uenit dies restituendæ dotis: & ꝙ matrimonium legitimum inter eos præcessit. & hoc idem in facti contingentia consuluit Aret. ubi sequitur,& cõmendat hoc dictum Bal.in cons. 32.diligéter consideratis,in 1.dub.& tradit etiam D. Alex.cons. 166.uiso puncto,col.2.lib.2.& cons.25.uiso instrumento.col.pen.eo.lib.& Hippo.Mars.in l.si quis ne.q.col. 3.ff.de quæst.& ex facto mihi contigit superiorib.dieb. coram prætore Mediolani. Quod bene nota ad statutum Mediolani de præcepto concedendo ad executionem pactorum,quia fortè aliqui dicerent,& malè,ꝙ instrumentum dotis esset liquidum per se. Et ideo debet ad cautelã dici in instrumento, ꝙ liceat ingredi possessionem,

sionem,& eam retinere ante declarationem,seu liquidationem,pro dicta quantitate,seu pro alia qua apparebit ipsum esse debitorem ex causa prædicta, & hanc facultatem ingrediendi sibi ex nunc concedit, id est ipso die celebrati contractus.ita instruit nos signanter Bar. in l.creditores, in 5. col. in 3. quæstione principali C. de pigno.& sequitur Socy.consilio 82. col.2.uersicu.4. conclusio libro 3.& prædicta etiam practicarentur contra hæredem debitoris,per ea quæ scripsi supra in uerbo.Hęres censetur.Nota tamen quòd non potest iudex concedere licentiam ingrediendi uigore pactorum executiuorum,nisi parte citata,secundum communem opinionem Bar.& aliorum in repet.d.l. creditores,in quinta quæstione principali,licet possit concedere licentiã associandi creditorem ad possessionem,etiam parte nõ citata,& istam differentiam tradit Salic. singula. in d.l. creditores,in 13.quæstione,& Imo.in capitulo potuit, in pen.char.de locato,quos sequitur Alexan.conf.131. in causa,colum.secunda uersiculo secundo, libro quarto,& est multum utilis in actu practico, secundum Iaf. in dicta l.2.colum.35. uersiculo circa autem aliud, C. de iure emphyt.

Pactum quòd credatur scripturæ priuatæ nudæ, tanquam pub.instrumento,non ualet.ita singu.tenuit Bal. in l.Imperator,in ulti.columna ff.de stat.hom.post Innoc.in capitulo cum P.tabellio.post med. extrà de fide instrumen.ubi dixit aduersari iuri naturæ,quòd credatur pelli animalis mortui. & sequitur Socyn. consil.2. columna prima ad finem lib.3. post Ange.in l. pactum inter hæredem,in ultima colum. circa finem ff.de pact. & pro sing.commendat,& sequitur Do. And.Sicul.post Ludo.Roma.per eum relatum,in rep.rub.extra de fide instrumentorum in 3.col.uersiculo quartò pręmitto,& colu.39.uersiculo,sed an ualeat,ubi dicit fuisse de hoc dubitatum à Marchione Ferrariens. dum ibi legeret. & Do.Iaf.in l. iusiurandum quod ex conuentione in princip.in 1. col.ff.de iureiur. & latissime examinat idem.

in

in repet. l. admonendi, colum. 47. uersic. nunquid autem partes, & duab. seq. & col. 82. in fin. & seq. eodem titulo, ubi dicit sing. & communiter approbatum, quamuis ipse teneat contrarium, & pro singu. etiam commendat D. Francis. de Curt. ibidem, in sua repetit col. 55. & D. Felin. in capitulo si diligenti, colum. 3. uersiculo 3 correllarium, de foru competenti, quod nota. ad l. scripturas C. qui pot. in pig. hab. & tangit D. Alex. cons. 113. uiso, colum. 2. lib. 4. ubi uidetur inclinare contra Inno. & sequitur Bal. in l. de quibus, col. 2. de legib.

Pactum de retrouendendo, quo utuntur usurarii, operatur, ut oblato precio statim utile dominium redeat apud priorem dominium, & ideo poterit rem à quocunque possessore uendicare. ita declarat Paul. de Castro, in l. si cum uenderet, per illum textum singu. ff. de pign. act. propterea singulariter decidit unum casum quem habuit in facto. Nam quidam usurarius emerat rem cum d. pacto: postea eam uendidit alteri, primus uenditor offert precium. Quæsitum est, an possit illam rem recuperare à secundo emptore? & dicit per illam sing. l. quòd sic. licet multi contradicerent: quia solùm daretur personalis contra usurarium. Hanc decisionem Pau. pro singu. refert, & sequitur, consulendo Socyn. consilio 80. in quæstione quæ uertitur, col. 1. lib. tertio, & pro ea consuluit Iason consilio 128. libro 4. & Rub. consil. 58. col. secunda ubi alios refert, & pro noua, & sin. citat idé Ias. in l. ab emptione, col. 3. uersiculo secundo limita. ff. de pac. ubi tamen contrarium tenet, & contrarium in hoc consuluit Do. Alex. consilio 10. uidetur fortasse, in primo libro, & eum consulendo sequitur Curt. consilio 12. L. Titius, per totum: ubi addit, quòd iudicando diabolicum esset recedere ab ista opinione D. Alex. sequitur etiam Dec. consilio 187. col. 2. circa med. & est communis opinio: licet Socy. in d. consilio 80. columna prima dicat, quòd non sit minus deferendum auctoritati Pauli, quàm D. Alex. & contrarium sentit Corn. consi. 4. colum. secunda, & consilio 347. colum. penul. infrà al legatis.

legatis. Sed ut fugias difficultates, quæ per Doct. fieri solent in tanta uarietate: consilium est, quòd emptor promittat in instrumento uenditori, dicta bona non uendere: & si contrà fiat, alienatio sit ipso iure nulla, uel res sit inempta: & pro obseruatione pacti, specialiter reseruet hypothecam in dictismet bonis: quia si uenditio postea fieret, non ualeret, per l. si creditor. §. fi. ff. de distract. pig. & tale ius executiuum transiret contra singularé successorem. Istud remedium sumitur ex nota. doctrina Bart. in rep. l creditores col. 10. in 4. quæst. prin. circa fin. de pignor. & in l. qui absenti. §. 1. de acquir. possess. & in l. si ita quis. §. ea lege. col. 1. de uerb. obligatio. Corn. consil. 321. in hac. colu. 1. lib. 4. Ias. in l. filiusfamilias. §. diui. col. 14. de lega. 1. in priori lectura. Et etiam in posteriori lectura, col. 19. uersicu. 2. fallit. vbi etiam alii Mod. latè post Alex. & Aret. in l. qui absenti. §. 1. de acquir. poss. Vbi autem res non esset alienata; dici posset, solo contrario consensu à uenditione recedi: ut quando dictum esset, quòd ubi precium per emptorem non soluatur, uel aliquid aliud fiat, quòd contractus sit nullus: ut per Ias. in l. ab emptione. col. pen. ff. de pact. tamen bonum est addere illa uerba. & eo casu nullum intelligatur translatum dominium, neque possessio. uel saltem dicatur, & eo casu emptor constituit se tenere, & possidere ea bona nomine uenditoris. ut concludunt Bald. Ang. & Sal. in d. l. ab emptione: quibus adde Soc. in d. consi. 80. col. 2. uers. uel etiam. in 3. ubi plus uoluit, quòd sufficiat obligare bona, pro obseruatione contractus. quod ultimum non firmo.

Pactum de retrouendendo an semper sapiat usurariam prauitatem declarat sing. Bal. post Odofre. in l. emptione. circa princip. C. plus ualere. quod agitur. ubi sing. dicit: quòd si constat quòd causa originalis fuit mutuum, & non emptio, iudicatur fœneraticium: secus, si non constaret. dato quòd cum usurario factum esset: quia usurarii sæpè inueniunt ueros cōtractus. quod est nota. dignum, secundum eum, & pro sing. citat Lud. Ro. sing.

Vsurarij sæpe faciunt bonos cōtractus.

sing.365. Quæro an pactum. ubi dicit se super hoc consuluisse.& reperio quòd ita consuluit consilio 423.pro pleniori discussione.in 2.col.uersi. ultra dubitatur.ubi hæc uerba Bald.dicit sing.quæ tamen late declarat Veron.in tract. de contractib. simul. col.61. in 23. præsump.ad fin.& D. Corn consil.4. multum diffusè. in 1. colũ.lib.1.ubi concordat cum alio dicto Baldi in cap.1. col.ult.uersic.quæro de quibusdam pactis.in tit.de feudo dato inuicem legis commissoriæ.& Dec.etiam reassumpsit in consil.167.infra allegato. in ult.col. uersic. nec obstat quòd nonnulli. Et inuenio, quòd ex facto consuluit Bald. consil.359. hunc passum tetigit. in ult. lib. ubi eleganter distinguit, quando pactum de retrouendendo faciat contractum fœneraticium. & ulterius consuluit etiam Socyn. consilio 3. præstantissime Doctor.colum.ult.lib.2.& latius consilio 96.nunquid.per totum.eod.post Alex.consil. 109.uiso. col.fin. lib.3. & consilio 28.in causa & lite colum.1.& seq. lib.5. quod modicitas precij etiam cum hoc pacto, non reddunt contractum suspectum: secundum magis communem opinionem. licet D. Abb. contradicat: & late tractat Laurent. de Rodulphis, in tract.de usuris. quæstio.60. Bart. Veron.in tract.de contract.simul.in 18.col.2.præsumptione:& latissimè col.86. uersic.6.casu principali. ubi per plures colum prosequitur.& idem firmat,quòd prædicta duo non sufficiant secundum communem opinionem. & etiam est communis opinio secundum Bal. in dicto consilio 359. in fin. ubi dicit,requiri ultra prædicta, quòd sit solitus fœnerari:arg. regulæ, Semel malus.de reg.iu. libro 6. cum his quæ scripsi suprà in uerbo. Malus. & tradit etiam Dec. consilio.308. in casu, in 2. colum. & multas coniecturas, quibus conuincitur simulatio in contractu, ponit nota. Paul. consilio 333. uisa petitione.in prima & 2.colum.in antiquis.& late etiam in ista quæstione consuluit Dec. consilio. 167. in causa. ubi refert communem opinionem. & etiam in secunda columna ponit, quomodo modicitas

precii

precij consideretur,& an hæc uera sint in dante insolutum, ubi allegat pulcrum consilium Roma.nume. 304. plura sunt, quod omnino uideas, & Iason cons. 150.lib. 4.& quomodo læsio in precio in hac materia debeat considerari,uide semper Veronens.in allegato tracta.de cõtractibus simul in pen.char.

Inuenio tamẽ,quod Do.Alex.consuluit pro illa opinione D. Abb. quam dicit magis communem, & magis tutam pro salute animarum,consilio 46.circa præsentis colum.prima,& secunda libro tertio, quod est repetitũ consilio 54.libro sexto, & ibi etiam ponit, quòd si pactum de retrouendendo fiat per aliud instrumentum, prout dicit fieri solitum per fœneratores,& idem etiam latissimè consuluit Barb. consilio 51. scripsit sapientiæ fons, col. secunda,& pluribus seq.lib. primo,ubi dicit communem,& fuisse iudicatum.Sed ad saturitatem uide Corn.in dicto cons.4.libro primo,& consilio 347.nisa copia,eodem libro in prima,secunda,& pen. col. ubi refert pulchram differentiam inter pactum de retrouendendo,& pactum de restituendo: & pactum, quod restituto precio res reuertatur,uel restituatur: quia hoc ultimum maiorem suspicionem in se continet, ut ibi per eum. Et quòd duo sufficiant, Afflic. decisio.339. sed loquitur, quo ad excludendum aliquem a iure congrui, sed aliter Ias.in dicto consilio 150.libro 4. Et quòd illa duo sufficiant,late Dec.consilio 692.uiso,ubi dicit communem,& idem dicit Beltr. consilio 86. ad finem libro primo,& consilio 109.eodem libro, Iac.de S. Georg.in l.si quis nec causam §.1.si cer.peta.ubi dicit,quòd seruatur in practica.

Quid de pacto quod res reuertatur.

Palam fieri dicitur cõtractus: & etiam bona fide,quãdo fit in præsentia iudicis agnatorum, uel etiam amicorum,Barto.sing.in l.frater à fratre, colum.15.uersiculo tertio quæro.ff.de condi.indebi.& est singu.& memoria dignum secundum Dom. Ias. in l.singularia, in 7. col. uersiculo pulchrum.ff. si certum petatur,& in repe.d.l. frater à fratre,in 24.colu.in principio, & in l.pacta nouissima

uissima,in tertio notab.C. de pactis, & in capitulo primo,in tertia colum.in principio,qui feud.da.possunt,& not.Bertol.Veronens.caut.258.semper allegatur,& cautel.306.tutores semper, in secunda colum.cum aliis adductis per D.Alex.in l.transactionem,in ult. uerbis.C. de transactio.quod est notandum, pro intellectu l. non existimo,cum simil.ff.de admi.tutor.Tamen potest contrarium probari, ut consuluit Corn. consilio 214. uiso puncto,& copia instrumenti,col.pen.uersiculo non obstat,quod interuenit.in tertio libro Barba. consi.7. clementissimi,col.5.libro primo.Et ideo alibi notab. Bal. instruit tutores,ut in alienationibus, & alijs contractibus minorum adhibeant consilium coniunctorum,in l. polla uersiculo tertio oppono C.de his quibus, ut indi. per glo.singu.ibi,& sequitur Salyce.& omnes moderni ibidem latè tractant,& commendant Cæpol. in d.caut. 306.in tertia columna,ubi idem dicit de præsentia amicorum,si affines desunt:per ea quæ dicunt Barto. Bald. & omnes in l.transactionem C. de transaction. & idem Bal.singu.in capitulo primo in principio,in secunda columna,uersiculo quærit.Iaco. de Beluisio in titulo qui feud.dare possunt generaliter dicebat,quòd ubi est seruata forma, puta consensus fratrum, & decretum superioris interpositum, præsumitur bona fides, & etiam contractus utilis:etiam si esset ecclesia, & reassumit Domi.Felinus in capitulo cum contingat,in 4.colum. in ultima limi.primę conclusionis.extra de rescrip.declarando tamen,ut singula.per Bal.in l.tutores.ff.de confirm. tuto.de quo scripsi suprà in dictione decretum maioris iudicij. Simile uidemus econtrà in matre quæ nupsit cum consilio filiorum: secundum cautellam notabi. Angel.in auth.de non eligendo secun nub.in princ. in penultima columna,uersiculo, & prædicta uera, quam in proposito commendat Bertolo.Veronens.cautella 323. si mater,& plures alii, quos retuli suprà in uerbo. Nuptiarum causa.

Pangratiū certaminis genus est, in quo cōuocatis omnibus

nibus uiribus, & toto corpore contendebant Pancratiastæ de his apud Græcos Suidas, apud Latinos Cic. ad Atticum, Plautus in Bacc. Propert. Gellius, & Quintil. & apud Iureconf. Vlp. in l. qua actione. §. si quis in collūctatione, ff. ad l. Aquil. ubi gloss. noster confinxit quandam differentiam inter colluctationem, & pancratium, quæ iudicio meo falsa est: nunquam enim legi pancratiastas fustibus pugnare, sed solùm pugnis, cubitis, cruribus, & calcibus utebantur. & hi, ut etiam scribit Alex. Genial. lib. 3. c. 9. luctatores simul, & pugiles erant. & in hoc etiam minus rectè loquutus est Bald. in præall. §. si quis. qui putauit, pancratium locum dici, quem uulgus stecatum appellat: quia imo locus est, ubi pugiles, & luctatores se exercebant.

Vlp. locus.

Accursij error.

Baldi allucinatio.

Pandectas, siue Digestorum libros, qua ratione Iustinianus Imperator tria legum uolumina inscripserit, quæri solitum est: proinde quæ ex antiquis auctorib. aliàs excerpsi, subijciam. Pandecta nomen Græcum est, & compositum à πᾶν, quod est totum, & participio huius uerbi δέχομαι, i. capio: siue ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι, quod omnia habeat, quodque omne rerum, & doctrinarum contineat genus. Inscripsit hoc nomine opus suum Tyro Tullius, ut refert Aul. Gell. Noctium Attic. lib. 16. cap. 11. de hoc tit. Pandectarum meminit Plin. in sua ad Vespasianum (siue, ut alij contendunt, ad Domitianum) præfatione: Iamiam, (inquit) mox Pandectæ, enchiridion, pinacidion, inscriptiones, propter quas uadimonium deseri possit. & meminit etiam Aul. Gellius, in fine operis sui.

Digestorum autem nomen inde originem traxit, & duplici F F. significatur: quia antiqui pleraque uocabula primis quibusque literis adnotabant, ut hoc exemplo, Titum, Lucium, Caium. Aulum, per T. L. C. A. intelligebant. Senatus autem consultum, per S. C. scriptitarunt. Eodem exemplo in constitutionib. Imperatorũ, de quibus in Iustiniani principis codice, A. C. Augustũ Cæsarem significant: & sic duo A. A. & duo C. C. Augusti.

gusti, Cæsares. Sed & illud P.R.cond. ut inuenies in fine secundi libri Varronis, dum inquit, Tonsores in Italiam à Sicilia uenisse primum dicunt P.R. cond. hoc est post Romam conditam. licet mendosi passim circunferātur codices Varroniani, ubi inuenies P.R. coss. nullo idoneo sensu. & ita illum locum Varronis interpretatur Plin. histor. suæ 7. lib. prope. fi. ubi Varronem citat. Sicut & illud, Ad urbe condita, A.V.C. sed & uerbum condemno, per c. literam notabatur, siue per K potius: aut quia Græci cataginoscen id dicebat: aut quia ueteres loco C scribebat K. id ex Ciceronis orationibus contra Verrem sumitur. apud quem tamen in plerisque exemplaribus mendosè captarius scriptum est, pro cap pa & arrius: ut etiam animaduertit summus uir, Hermolaus Barbarus Moris enim fuit apud Romanus, ut iudices cognita causa, in cistam, siue urnam tabellas coniicerent, easque stylis inscriberent, literas habentes absolutionis, siue condemnationis. Nota condemnandi, ut dixi, erat C. sicut absoluendi, A. quando uero iudici per lexa & obscura causa uidebatur, iuxta l. uni ex pluribus. ff. de re iudi. scribebant duas literas, N. L. quod significabat, Non liquet. ut docet Asconius Pedianus. Et propterea, cum aliquid factum fuisse iudicare uolebāt; duplici F F. hoc per eos significabatur: ut etiam auctor est Probus, qui integrum libellū super hoc conscripsit: & in simili quæstione dicendum erit infrà, in dictione Spurius. Ex his itaq; Iustinianus uolens significare, ꝙ in his uoluminibus continetur omne rerum atque doctrinarum genus, Pandectas inscripsit: uolēs etiam ex tituli inspectione admonere lectorē, ꝙ in his 50. libris continentur S. C. & principiū constitutiones. Item ea quæ à Cæsaribus facta fuerunt, F F. duplici denotauit: quasi dicas, factæ fuerunt, Quæ quidē quia dispersæ, ab ipso collectæ, & in ordinem redactæ sunt, Digesta nuncupauit Digere enim est disponere, & in ordinem redigere, *Digerere quid.* Verg. Aen. 4. Digerit in numerū, atq; antro seclusa relinquit. Pōp. i l. 2. §. ita libri. ff. de orig. iur. Libri (inq̄t)

Kk digesti

digesti sunt ab Aufidio. Plin. libro duodeuigesimo: Poma serantur, inserantur: uineæ pastinentur, semina digerantur. idem eodem libro: Digerendi (inquit) sunt in dies suos. Digerere tamen quandoque accipitur pro interpretari, & dilucidare, & ideo apud Vergil. Aeneid. libro secūdo legitur illud, Ita digerit omnia Chalchas. Non omitto, quòd Iustinianus in l. secunda §. sed cum omnia C. de uet. iur. enucl. Digestorum seu Pandectarum nomen dicit inditum, propterea quòd disputationes legitimas in se continent, & quasi digerunt. nam quod undique fuerant collectum, in suos sinus receperunt. Et huic opinioni accedit Accursius in præfatione Pandectarum in uerbo, Digestorum. & Gellius in calce Noctium suarum, ubi Pandectas, id est omnium recepta cula interpretatur.

Pandecta unde.

Volumen uerò ipsum Iustiniani Digestorum, seu Pādectarum, dubio procul archetypum, hodie in curia Florentina à summo magistratu publicè obseruatur, magnaque ueneratione (quanquam rarò id, etiamque ad funalia) ostenditur. Est autem liber, haud quota spoliorum prædæque pisanæ portio: sæpè a me in hoc libello, & à iureconsultis ubique citatus maioribus caracteribus, nullisque interuallis dictionum, nullis item compēdiariis notis: in duobus uoluminibus: quibusdam etiam, saltem in præfatione, uelut ab auctore planè, & à cogitante atque generante potius, quàm à librario, & exceptore inductis, ac suprascriptis: cum Græca epistola, Græcoque etiā epigrammate in prima frōte, quod per nos suprà relatum est in dictione, Iuris, ubi de iurisperitis tractauimus. Alciatus ætatis nostræ qua parte uoluit cō summatissimus, aliam rationem refert. Dispunc. 3. c. 15. quæ uerisimilis sine dubio uideri potest.

Pantomimi sunt, hi qui intra uel extra scenā gesticulationes exercent, imitanturq; dicta factaque, mores ve hominum, & natura, & est dicto Græca, & composita. nam apud eos πάντων omnium, & μῖμος imitator uocatur, uel ut Diomedes autumat, à μιμέομαι, id est imitor

Latinè

Latinè autem, iste effictor potest appellari. De Pantomimis Sueto. in Nerone: Seditionibus Pantomimorum ex parte proscenii superiori, signifer similiter ac specta tor aderat. Et Plin. in sua præfactione, secundum Hermolai Barbari lectionem, Nostri, inquit, crassiores antiquitatum, exemplorum, artiumque facetissimi lucubrationum: ut qui ait, Bibaculus eram, & uocabar Pantomimus. Horum meminit & Lampridius, qui refert Alexand. nanos, & nanas, & moriones, & pantomimos populo donasse. *Effictor qui.*

Mimus etiam poematis nomé est, in quo habetur imitatio cuiuslibet sermonis, uel facti, sine reuerétia, nam etsi aliæ comœdiæ idem faciant, solus tamē mimus quasi priuilegio quodam, quod commune erat, possedit, & quasi suum uindicauit. Hanc fabularum speciem Latini uocant Planipediam. Huius poematis scriptores dicuntur mimographi, ut Philistio, ut Publius, ut Laberius: quorum apud Gellium plurima mentio. Sueton. in Cæsare: Decius Laberius eques Romanus mimum suū egit. Plinius Naturalis historiæ li. 7. Mythicum Pātomimū, hoc est fabularem quendam uocauit: ceu. Pātomimorū duo sint genera, scenici, & mythici, quod & Tranquillus ferè demonstrat, qui ait: Primis temporibus quęcū que in scena fierent, in comœdia quoque agitari consueuisse, nam, & Pantomimos (inquit) & choraules in comœdia canebant: postea separata sunt comœdorū à pantomimis artificia. Causam Diomedes Grammaticus exequitur. Mimorum autem apud Græcos multæ sunt species. quas ex Athæneo, Polluce, & Strabone refert Hermolaus, & secundum prædicta, corrigenda sunt uerba Iuliani, in l. si libertus artem, de oper. liber. & Vlpi. in l. ædiles aiunt. in fi. de ædil. edic. apud quem numi mendose legitur: Sed mimi castigandum est. Et Iureconsulti in l. 3. §. si liber homo ff. de cond. ob caus. *Mimus qui.*

Papa legitime electus, est Deus in terris: sed non legitimè electus, est diabolus & apostata, capitulo. 2. 79. dist. & ideo nō hēt claues cœli, sed inferni. ita egregie in *Locus Iurecons.*

quit Bal.in l.ulti.in 1.notab. C.ſen.reſcind.non poſſ.& commendat Barb.in repet.rub. extrà de fid. inſtru.col. 26.circa fi.& Fel.in c.ego enim col.1.ad fi.& ſeq.de iu reiur. Et propterea alibi ſing.dicebat Hoſtien. in c.quanto.de translat.quod Chriſti, & Papæ idem eſt conſiſtorium, quod dictum pro ſing.citat Andr.Sicul.in tracta. de præſt.Card.in 1.q.primæ partis in 4.col.Item Alibi Baldus dicebat eleganter in uno ſuo conſilio, ut refert Socynus conſilio 164.uiſa bulla Bonifacii.in 2.colum. in ſecundo libro. ꝙ in Papa omnia illa tria concurrere præſumuntur, quæ conſiderantur in actibus hominum, bona uoluntas, modi congruitas, conceſsionis poteſtas: quia Papa eſt uiuus fons iuſtitiæ, tenebras fugans. Et eſt omnia, & ſuprà omnia in ſpiritualibus, teſte Bald. in l.Barbarius.ad finem de offic.præſ. in priori lectura.ubi utitur auctoritate diui Bernardi, & late ſequitur Barbatius conſilio 1. colum. 20.lib. 1. In temporalibus uerò Cæſari omnia attribuuntur l. deprecatio. ad leg. Rho. de iact. & illo carmine:

Omnia Cæſar habes, quibus eſt natura ſuperba:
Poſtq; Deum quæ ſunt omnia, Cæſar habes.

Papa auferens mihi beneficium de plenitudine poteſtatis, tenetur tamen mihi prouidere de æquè bono.ita ſing.not.Baldus argum.unius glo.ibi.in capitulo primo §.ad hoc.in 4.col.uerſ.quæro an in hoc caſu.de pace iuramen. firm. cuius dictum pro ſingul.not. Do.Iaſ. in l. quoties, in 3.col.uerſi.nota tamen.C.de rei uend. & in l.Barbarius Philippus in octaua col.ff.de off. præt. Sed utrobique reprobat: quia plenitudo poteſtatis Papæ non recipit talem reſtrictionem, ut latiſſimè ultra eum concludit D.Maria.Soci.conſil. 13.pręſens conſultatio. per totum.in primo lib.& Andr. Siculus in conſil. 1. ex ſacris.in 17.col. & 12. ſeq. lib. 1. poſt Bal. in l.reſcripta.col.2.& ſeq.C.de pręcib. Impe.offe. Vbi inter alia dicit, ꝙ omnia beneficia mundi ſunt obedietialia, & manualia reſpectu Papalis poteſtatis, qui poteſt pro libito uoluntatis, epiſcopum de ſuo epiſcopatu ad alium tranſferre

Papa poteſtas.

ferre, quod ultimum retuli suprà in uerbo, Beneficiũ, & dicit Card. in clemen. 1. in 10. not. de lite pendente, ꝙ tanta est auctoritas Papæ, ꝙ potest quemlibet suo beneficio ét sine causa priuare, & sequitur Decius consil. 173. uiso, circa prin. similiter dicit Bal in l. 2. in 6. q. C. de ser. & aqua. ꝙ Papa habet plenitudinẽ potestatis in iurisdictione spirituali: secundum Innocentium. Et ultra ea dicit singul. Baldus in l. qui se patris. col. pe. uer. hoc scias. C. unde liber. ꝙ potest pontifex uel Imperator etiam sine causa concessionem uel priuilegium reuocare, post ius alteri iã quæsitum: nisi tamen hoc prætextu aliquid esset lucratus à suscipiente, quod æquiualeret priuilegio, & hoc dictum pro singula. commendat Ias. in l. 1. col. 11. uersi. benefacit. C. de iure emphyt. & Socy. consilio 156. pro fundamento. in 2. col. in prin. in 2. lib. & consilio 164. uisa bulla. in 7. col. uersi. secundus casus. in e. uol. quem etiam sequitur Alexan. consi. 216. nec arguendi. col. 1. libro secundo. Et memoria dignum est, pro declaratione eorum quæ de priuilegio concesso. Veneris, per Imperatorem, retuli suprà in uerbo, Exemptus, & maxime dum Ludo. cito. Nihilominus illud dictum Bal. in dicto §. ad hoc, pro notab. in specie sequitur, & confirmat Do. Felin. in capitulo quæ in ecclesiarum, in 12. co. uer. 1. declaratio. extra de constitu. & D. Ias. in l. ultima colum. prima, uersiculo facit bene, C. si contra ius uel utilit. pub. & consilio 1. col. 9. lib. primo. & ideo, ut refert Bal. in c. 1. in principio de natura feudi, in usibus feud. & consilio 327. Pridie, colum. prima libro primo, damnatur Celestinus pontifex, qui de mane faciebat beneficii gratiam, & de sero auferebat, & alii concedebat. Vnum non omitto, circa potestatẽ summi pontificis, quod pro singula. dicebat Vguc. & retulit Arch. in c. non liceat Papæ 12. quæstio. 2. ꝙ papa mortaliter peccat, si uult res ecclesiasticas consumere in turpes usus: uel dare cõsanguineis, ut eos præ aliis diuites faciat: uel ut ipsi inde palatia ædificent. & hoc dictum Vguc. etiam pro sing. reassumit And. Siculus in trac. de

præst. Card. in 3. quæstione primę partis, in 15. col. & in quarta quęstione eiusdem partis, in 2. colum. ad finem, & Socy. consi. 13. præsens consultatio. in 2. col. in 1. lib. Secundò notandum est, ꝙ singula. decidit August. Anconit. in tractatu de potestate ecclesiastica, q. 55. ar. ult. ꝙ Papa non potest statuere, ꝙ credatur testi non iurato. Cuius decisionem tanquam stupendam, & legistis incognitam, commendat, & sequitur D. Felin. in c. constitutus, in 9. col. in 2. fallen. de rescriptis, sed de ea late scripsi infrà, uerb. Testi non iurato, ubi uide.

Papa licet sit doctor utriusq; iuris, eo ipso quòd est Papa, tamen istud solum intelligitur auctoritate, non scientia. quia multi sunt, qui ius ciuile ignorãt. ita non minus eleganter, quam uere inquit Bal. in c. 1. in ultim. uerbis. per illum tex. de confessis, & reassumit D. Feli. in c. nonnulli. in prin. colum. 28. uers. præterea si esset. extrà de rescriptis.

Papa non potest ardua expedire, sine consensu Cardinalium. ita singu. dixit Bal. in l. cum multa C. de bo. quæ lib. quem sequitur Alua. in c. primo in prin. colu. 5. uers. an autem Papa, in tit. episcopum uel Abb. & D. Felin. in c. primo col. 4. uersi. 3. declarat. de probatio. & pro sing. refert Do. Ias. in l. placet, in 3. col. in 1. not. C. de sacrosan. eccl. in lectura Ticinensi: & in lectura Patauina, in 4. col. in prin. & in prælu. feu. col. 24. uer. præ dictis adde, in c. 1. in prin. in 2. col. in prin. qui feu. dar. poss. & reassumit in pulchra q. Andr. Sicul. in consilio 1. col. 9. uersi. præterea facit Cardinales, & col. 11. uers. dicit etiam Io. Mo. in 1. lib. & idem ex facto consuluit Bal. consi. 324. quæritur utrum Papa in 1. lib. Tamẽ hoc dictum Bal. reprobat idem Andr. Sicul. in præallegato consil. 1. colu. 46. uersiculo nec etiam oblig. illud, &c. ubi dicit, quòd non habet contestem: sed possumus dicere, quòd imò ultra Aluarotum suprà relatum, idem etiam uelit Card. Flor. post Abb. antiquum, in commento c. perpendimus, circa prin. de sententia excommunicationis, ubi dicit, ꝙ Papa non potest tollere priuile-

gium

gium capit si quis sua dente diabolo. 17. quæstione 4. datum clerici à lege positiua. Sed posito quod posset, nihilominus oporteret adhibere cõsilium Cardinaliũ, & sic solus non posset quod dictum pro singul. refert & sequitur idem Barba. in trac. de præst. Cardin. in prima quæstione primæ partis in 12 colum. Secundo addo, ꝙ idem etiam tenet Arch. post Laur. per eum relatum, in c. sunt quidam 25. q. prima, ubi singulariter dicit, ꝙ Papa non potest facere legem generalem, super uniuersali statu ecclesiæ, sine consilio Cardinalium. & hoc dictũ commendat, & sequitur Domin. Abb. in sua disputatione, episcopus. & quidam rector curatus in 9. colum. uer sic. his tanquam, ubi per hoc allegat tex. singu. in ca. per uenerabilem §. rationibus, & ibi etiam D. Abb. ad hoc notat qui filii sint leg. Est uerum, quòd solum doctores supra relati loquuntur de consilio. Sed Baldus etiam de consensu, & in hoc stat singularitas, & difficultas: & multa possent adduci, quæ omitto, quia latè & subtiliter disputat Do. Abb. in locis præallegatis: & latè per D. Feli. in rub. de const. in prima, & secunda col. & latissime per And. Sicul. in solenni tractatu de præst. Cardinali. in secunda basilica, primæ partis: ubi late concludit, ꝙ negotia ardua expedita per Pont. sine Card. tanquam inualida debent retractari.

Legem uniuersalem an possit Papa condere super uniuersali statu ecclesiæ sine Cardi.

Papa potest regni causa dispensare, quod monachus exeat claustrum, & ducat uxorem. ita singula. Bal. in l. si paterfa. §. ult. per illum textum, ff de adop. & retuli suprà, Filius unicus, & de potestate suprema summi põtificis plura eleganter tradit Bal. in rescripta, in 2. & 3. col. C. de precib. Imper. offer. ad quem semper recurritur, & Barb. consi. 1. col. 20. lib. 1.

Papa ligatur promissione, iuramento, & uoto: neq; potest se absoluere, cum non possit alium sine causa absoluere. ita singu. D. Anto. in c. 1. col. 3. de consti. ubi refert, ꝙ propter hoc Cardinales oẽs deseruerunt Gregorium 12. de mense Maii, & iuerunt Pisas, quia cõtrà pactionem iuramentum, & uotum suum, ante Papatũ in

in conclaui firmatum,propter sedandum schisma,quod durauerat 30.annos,creauerat quatuor Cardinales. Et propter hoc cum multi timerent ne quid noui eueniret,subdit D. Antonius,Deus uelit quòd negotia bene succedant.hoc dictum Do.Anton. commendat late Andreas Siculus in pulchra quæstione, in consilio primo ex sacris,columna quarta libro primo,&pro singula.refert D.Felin.in d capitulo primo,colum. 11.in 6. declarat.tertiæ limitationis principalis,& est singul. notandum propter hos sex Cardinales, qui à Iulio secundo Pontifice recedentes,Ticinum applicauerunt: Quorũ aduentus amicis, & inimicis fuit perniciosissimus. Ex horum enim suggestionibus allecti Galli, cum ingenti exercitu Rauennam usq; ditioni suæ parere coegerãt: ibique cum copiis pontificis Romani, & regis Hispaniæ, atrociter in die Paschæ resurrectionis Domini,anni 1512.& præcedenti,pugnatum est: in quo prælio periere circa uiginti milia hominum, & inter alios uicerex Franciæ,cum pluribus ducibus magni nominis.unde quis illius certaminis fuerit superior, haud facile fuit diiudicare:licet Hispani, & Romani milites castra deserere coacti sint, unde uehemẽtius cõmotus postea Põtifex, maximũ numerum Elueticorũ cum reliquiis domus Sforciæ in Italiam reduxit,qui per totum mensem Iunii eiusdem anni totã Galliã Cisalpinã nomine Maximiliani Sforciæ vicecomitis subegerunt, Gallico exercitu dissipato. Proinde hi sex Cardinales, tam amicis quàm inimicis infensissimi facti sunt. Sed ut ad rẽ, unde sumus digressi,redeamus: Id quod dicit Do. Anto.suprà,quòd sine causa non possit Pontifex: uidetur restringere hoc dictum,cum in principe regulariter pręsumatur iusta causa:ut concludit Domin. Alexan. consilio secundo uisis codicillis,columna ultima,& consilio 94.consideratis his,columna ultima,& consil. 101. uisis instrumentis,colum.sexta,& consilio 136.uiso, & examinato,columna prima,libro primo. Socy. consilio 164.uisa bulla Bonifacii,in quarta columna, uersiculo sed

ſed contra præmiſſa, in ſecundo, & late tradit Domin. Iaſ.in l.ſi teſtamentum,in primo not.C. de teſtam.& latius Do.Feli.in capitulo quę in eccleſiarum,in 24.col. uerſiculo quinta concluſio,extrà de conſtitu. ubi tamẽ multis modis limitat. Et cuius dictis forte dici poſſet, quòd hoc caſu in Papa non præſumitur iuſta cauſa,cùm timeatur turbatio Chriſtianitatis, ut etiam latè tradit Barba.in tract.de præſtat. Cardina.in prima quæſtione primæ partis,colum.12.& ſeq.& boni paſtoris officium ſit,pecus tondere,non deglubere: ut eleganter dicebat Bal.conſilio 324.quæritur utrum Papa.ad finem, in 1. libro. Cogitabis etiã, ſi alio modo poſſet declarari hoc ſingu.dictum D.Ant. ut non procedat ex noua cauſa ſuperueniente.arg.tex.ſingu.& aurei: licet uulgati,in l.ſi hominem.ff.mandati.cum 40.ſimilibus, quę in propoſito adducit Andr. Sicul. in commento rubri. C. qui admitti.in 23. col. & ſeq. cum hoc etiam liceat epiſcopo, ergo multò magis pontifici:per ea quæ ſingu. not. Bal. in l.omnes populi.colum.4.uer.ſed hic dubitatur. ff.de iuſti.& iure.quem retuli ſuprà in uerbo Epiſcopus. Et propterea ſing.& uere dicebat Bal.in extractis iuris canonici,ꝙ licet Papa ſit dominus legum,& canonũ, non tamen eſt dominus morum.quem etiam retulit An.Barba.in trac.de præſt.Cardin.in 4.q. ſecundæ partis.in 2. & 3.col.Iſta tamen requirerent altiorem indaginem: & audio diligenter conſultum per excellentiſſimos Gymnaſii Papienſis Doctores:& inter alios D.Iaſ.& Domi. Phil. Dec. & conſilium Decii in hac materia, unà cum ſermone eiuſdem, circa concilium Piſis nouiter inductum,poſtea editum fuit in conſilio 151. & Iaſon conſilio 95.lib.4.

Paſtoris officium.

Papa non eſt dominus morum.

Papa an corrigatur per concilium, ſcripſi ſuprà in dictione Iudex,poſt gl.no.in c.ſi Papa.in glo. magna.per illum textum 40. diſti. Quibus adde,quòd iſto caſu Papa eſt deterioris conditionis quàm Cardinales:quia cõtra eum ſufficiunt duo teſtes,ut dicit gl. ſingu.in c.præſul.2.q.5. cum tamẽ contra Cardinales requirãtur 72.

ſi eſt

si est episcopus. uel 54. si presbyter, ut ibi dicit textus. quem not. & declarat Lud. Rom. sing. suo 207. ad idem dicit statutum. Et ratio est, quia ex quo sine comparatione aliorum creatus est maior, ideo sine spe ueniæ condemnandus est tanquam diabolus. iuxta cap. principium. de pœnit. distin. 2. & in hoc illa gl. est singu. secundum Barb. in tract. de præsta. Cardi in 8. quæsti. primæ partis. in 2. col. & D. Felin. in c. pastoralis. in prin. in penult. col. uers. 7. fallit. de offic. deleg. nam uita principum quædam censura est. & qualis princeps, tales reliqui ciues esse solent. Et ideo alibi glo. singul. in ca. homo Christianus. 40. dist. & in extrauag. Bonifacii octaui. quæ incipit, excommunicamus. in uerb. Anathematizamus. ad fin. dicunt, quòd homo constitutus in dignitate magis peccat, & magis punitur, quo ad Deum, quia magis uidetur contemnere maiestatem diuinam, exemplo Luciferi, de quo in d. cap. principium. Proinde secundum diuum Aug. in lib. de pœnitentia transumptiuè, in ca. consideret. in 1. col. de pœnit. distinct. 5. Adam tanto magis peccauit, quanto apud Deum maior erat: & in proposito notat pulchrè Bal. per gl. ibi, quam putat aureis literis scribendam, in l. penult ff. de hæredi. instit. & in l. 2. C. de com. rerum alienatione. quòd principes debent sibi magis cauere ab omni re illicita, quàm alii. & quòd plura sunt licita aliis, quam ipsi principi. & reassumit idem Bald. consil. 324. quæritur utrum Papa in 1. lib. & Alexand. consil. 2. uisis codicillis, colum. 3. lib. 1. quod est repetitum consil. 87. in 2. lib. & Curt. consil. 49. recolendæ memoriæ. colum. 32. uersicu. 8. coadiuuant. Accedat, quòd alibi pulchre scribunt Hostiens. Io. And. & Anton. de Butr. in cap. ultimo de filiis presbyt. & Bald. qui reputat not. dignum in l. Paulus respondit, uersic. ultimo, nota. ff. de statu homin. quòd si Papa dispensat cum genito ex coniugato, & soluta, & coniugatus erat comes, uel magnus princeps, de cuius qualitate in literis non sit expressa mentio facta, talis dispensatio per hoc uitiabitur: quia adulterium

Homo constitutus in dignitate magis pec-

terium

terium in principe est maius crimen. dicto cap. homo, & l. si qua illustris. C. ad Orfician. proinde si hoc fuisset expressum, difficilius impetrassent. & hanc decisionem etiam reassumpsit Do. Alexand. in pulchro casu, cons. 62. assumam in consultatione, in 3. col. lib. 1. quod est repetitum cons. 195. lib. 2. & tradit etiam Alexand. cons. 138. opportune consideratis, colum. 3. eod. lib. Hinc etiam cecinit Iuuen. *Princeps plus peccat.*

Omne animi uitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Tamen.

Ardua res hæc est, opibus non tradere mores:
Et cum tot Crœsos uiceris, esse Numam.

Vt etiam inquit Martial.

Hinc nata refertur parœmia,
Felicibus sunt, & trimestres liberi.

Papa confirmando generaliter statuta Mediolanensia, non intelligitur confirmare ea quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam. ita notab. inquit Bald. in l. omnes populi. col. 5 uers. sed nunquid Papa. ff. de iust. & iure. cuius dictum sequitur & commendat Do. Fely. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in secundo not de constit. & pro sing. approbat D. Alex. cons. 59. uiso instrumento & tit. quæstionis. in pen. col. uers. sed in generali. lib. 1. Commendat etiam D. Iason in l. more. col. 6. uers. adde etiã. ff. de iur. om. iud. & Alex. cons. 209. statutis, colum. 3. in princ. lib. 2. & in statutis Viterbii dicit etiam Corn. consil. 9. attentis narratis. col. 1. uers. nec uidetur obstare. lib. 3. & ideo dicit alibi Bald. in c. 1. uersic. sed iuxta. in tit. per quos fiat inuestit. quod generali confirmatione priuilegiorũ facta per Pontificem, non comprehenduntur ea quæ iuri cõmuni contraria sunt: quæ potius obreptitie impetrata præsumuntur. allegat nota. in l. si qua loca. C. de fund. & salt. rei dom. lib. 11. Imò fortius dicebat Bal. in l. legata. inutiliter. uersic. ult. hæc lex. quem ibi sequitur Imol. ff. de leg. 1. argumento illius text. & quod ibi not. Bar. ꝙ licet Papa reprobet quadã statuta

forte

fortè contra libertatem ecclesiasticam, per hoc non uidetur confirmare alia inualida, nisi essent per Papam examinatā & in dubio intelliguntur examinata, si fuerunt sibi lecta: aliàs non. Quod dictum commendat D. Felinus in c.2.col.23.uers.amplius dicunt, Bal.& Imo. extra de rescript.post D.Alex.in cons.59.suprà relato. in 4.col.uers.item dato quòd Papa.& de ueritate appa ret ex his quæ scribit Aret.cons. 8. abunde. per totum.

Periculi ratio habenda est.

Par in parem non habet imperium.l.ille à quo.§. tẽpestiuum.ff.ad Trebel.cum his quæ tradit D.Fel. in ca. prudentiam.in princ.in 2.col.de offic. delega. & in ca. cum inferior.in 1.& 2.col.de maior.& obed.Sed limitatur singulariter, quando mora esset periculum allatura. quo casu decidit singu.Bal.in c.1.ad fi. qualiter iurare deb. uas. domino fid. quòd si duo sint dominiunius castri,& alter offendat alterum, peterit offensus punire offendentem, si periculum sit in mora.& hoc dictum Bal. pro sing citat D.Iason in l. 1.in prin. in antep. col.ff.de offic.eius cui mād.est iurisd.& in l.de pupillo.§.si quis riuos.in 1.no.ff.de ope.no.nunc. & est memoria dignũ, pro ampliatione ad tex.not.in l.si quis filio exhæredato.§.hi autem.ad fi.ff.de iniusto rup. & pro limitatione eorum, quæ in eadem quæstione concludit Barto. post Guil. de Cu. in l.ult. ad fi. ff.de rer.diuis.& idem cum Bald.tenuit etiam Angel. post Guil.in fortioribus terminis, scilicet ubi non erat periculum in mora, in l.est receptum.circa princ.de iur.om.iudic.licet aliqui contradicant, ut ibi per Alex.& etiam latè scribit D. Feli. in c.pen.col.1.ad fi.& seq.de maio.& obed.Et propterea in proposito dicebat singu.Innoc. in c.uenerabilem. ad fi.extra de electio.quòd ubi periculum est in mora, neque habetur copia superioris, potest quis propria au ctoritate contrauenire iuramento: quamuis aliàs absolutio necessaria uideretur.quod pro singu.refert D.Felin.in c.1.col.19.post medium.de constit. cum similib. traditis per D.Dec.in c.cum dilecta.ante fin. de confir. util.uel inutili. Vlterius etiam notandum est, quòd sicut

eat par in parem non habet imperium, multo minus minor in superiorem: ut in notab. quæstione cōcludit Bal. in l. 1. in 3. col. uerſ. ſed ubi aliud. C. de ſer. ſug. de cuius dicti ueritate ſcribit D. Fel. poſt Barb. in c. cum contingat. in 1. col. de reſcript. Proinde dicit in propoſito Bal. in l. 1. col. 3. uerſic. ſed iuxta hoc quæro. C. de ſum. trin. & fid. cat. quòd imperator etiam propter bonum publicum non poteſt permittere uſuras, quia inferior non poteſt permittere illud quod uetat ſuperior, id eſt ipſe Deus. iuxta cap. cum inferior. de maior. & obed. & hoc dictum latè reaſſumit D. Alexan. conſil. 57. quoniam in quæſtione propoſita in 2 col. uerſic. benefacit. lib. 1. & in conſ. 1. circa primum dubium col. 2. lib. 2. & in conſil. 107. pro inueſtigatione col. 2. in princ. eod. lib. licet in cōtrarium facere uideantur quæ retuli infrà in uerb. uſuræ poſſunt.

Paranymphus, de quo mentio habetur in c. ſponſus. 23. diſtinc. ab antiquis auſpex dicebatur. præerat enim nuptiis celebrandus, in quib. auſpicium capi conſuetum erat: & ideo à Græcis paranymphi appellantur. & ſicut auſpex pro uiro, ita pro parte ſpōſæ pronuba adhibebatur, ut ſcribit diuus Hierony. *Locus decret.* *Auſpex.* *Pronuba.*

Et cum hodie religio noſtra non admittat auſpiciorum ritus, ut latè traditur 26. q. 3. 4. & 5. propterea eorum loco ſacerdotes adhibentur, qui etiam pronubi uocitantur. Augu. lib. 14. de ciui. Dei, Nonne omnes; inquit, famulos, atque ipſos etiam paranymphos, & quoſcunque ingredi quælibet neceſsitudo permiſerat, antè mittit foras, quam uel blandiri coniunx coniugi incipiat. *Auſpiciorū ritus prohibitus.* *Pronubi.*

Paraphernalia an fiat mariti, diſputat Vlp. in l. ſi ego, §. dotis cauſa. ff. de iur. dot. & D. Alex. in l. pen ff. ad leg. Falci. licet in uulgatis codicib. apud Vlp. paſſim Paraphrenalia legatur: & ita etiam proferant omnes ætatis noſtræ Iureconſult. cum tamen paraphernalia dicere debeamus: ut etiam apud Imperatorem obſeruari licet, in rubr. & toto illo tit. C. de pact. conuent. dictio enim *Vlp. locus.* *Error cōis.*

Græca

Græca eſt,& cōpoſita à παρὰ, quod eſt præter, & φέρνη dos,& ideo Sidonius Appollinaris Paraphernica dixit, non Paraphrenica, à matre puellæ ſponſæ tradita. Hæc volui dixiſſe:ne æſtus nos conſuetudinis abſorbeat, & ad ſermonis morem vſitati trahat. Et quæ dicantur paraphernalia, declarat in pulchra quæſtione Alex.conſi. 42.ſuper præmiſſo themate.col.6.uerſ.nec obſtat.lib.1. & in conſil.63.ſuper prima.col.ult. lib.2. poſt Bald. in d.§.dotis cauſa.

Paratitla Græca dictio eſt,qua utitur Iuſtinianus in l.1.§.penul.C.de uet.in enucl.apud quem tamen Pirati cia mendoſe legitur. Paratitla autem in eo loco Iuſtiniani, apud nos ſummas rerum interpretari poterunt: quales ſcripſerunt Azo. Et alii,qui per titulos admonitoria quædam,ſiue prælndia collegerunt: quod ab Imperatore ibi permiſſum eſt.

Pater maledicendo filio,cum cauſa ſufficienti ad exhæredationem,non uidetur eum exhæredare: quia nec benedicendo uidetur eum heredem conſtituere. uerba enim dignationis,uel indignationis non diſponunt,niſi illud quod ſonant.ita ſingu. Bal.in proœm. Gregor. in ult.col.uerſ.item quæro,& pro ſingu. ſimpliciter refert & ſeq. D.Iaſ. in authent. non licet.in 1. col. uerſic.nota tamen.C. de lib. præt. & authenti.nouiſſima. in 7. col. uerſ.quid autem eſſet ſi pater.C.de inoffic.teſt.& in l.ſi quis in fundi uocabulo.in princ.in 2.col. de leg.1. & in l.ſi pater tuus.in 1.col.C.de hæred.inſtit. ubi tamen reprobat:& latius eum etiam reprobat in l.3.in princ. in ſecundo not.ff.de lib & poſthum.

Pater obligatus ſoluere condemnationem filii,an teneatur etiam ad pœnam quanti plurimi, quæ à ſtatuto taxatur non ſoluentibus intra certum tempus? Bal. ſingul.in l.ſi qua pęna,ff e his,qui ſunt ſui vel al.iur.decidit quod non.& pro ſing.late ſequitur D.Iaſon in l.1.in ult.col.ff.de in lit iur.Quod autem in filio,qui ex contumacia bannitus fuiſſet,diſputat late & ſubtiliter Baldus in l.cum filiusfami.in princ.ubi alii omnes. de uerbo.

bo.obliga.& sequitur Abb.cons.66.lib.2.& Corn.cons. 143.licet in hac consultatione.in 2.col.lib.2. & latè ex facto consuluit Corn.idem cons.97.licet in hac per totum,in ult.lib.cum multis similibus quæ latè retuli infrà in uerb. Statuta quod bannitus. Sed quid erit,si pater non teneatur aliquo iure soluere pro filio: an saltem poterit cogi soluere de legitima filij: uide Bart. in l.1 §.si impubere.ff.de collat.bon.& in l.fi.ff.de lib.agn. & Bal.eleganter ex facto cum incidisset,consuluit,quòd non: quia uiuente patre filius non habet legitimam, in consi.257.quæritur utrum filiofamil in 3.lib. ubi idem dicit de bonis quæ filio debētur ex dote matris præmortuæ:quia donec uiuit pater, usufructus pertinet ad genitorem.ut per eum. Tenēdo autem.quòd pater ex forma statuti teneantur: quomodo considerabimus legitimam,ex quo potest augeri & minui?Baldus notab. in l. quanquam.circa finem.C.ad l.Falc.tenet, quòd inspici debeat tempus delicti.& sequitur Corn. consil. 1. circa primum.col.7.uersic. pro facit, lib. ult. quod nota, ad ea,quæ scripsi infrà in uerb. Testamentum in quo pater præteriit,&c.

Filius uiuē-te patre nō habet legiti mam.

Paupertas excusat.l.2.C.de pat.qui fil.dist. Propterea stante statuto, quòd appellans soluat quinque pro centenario,aliàs appellatio sit deserta.si aliquis appellauerit, & postea propter paupertatem non soluerit gabellam, non per hoc eius appellatio remanet deserta. ita singula Bald.in l. secunda. § si quis in iudicio.in ultim.quæstione.ff. si quid caut.ubi refert Guil. de Cun. in l.eos.§.super his.C.de appellat. diceret, a se liberatum unum pauperem à pœna furcarum. & est memoria dignum,secundum eum.& commendat Mathes. not.ultim. & pro singu.citat Crem. not.121. statuto cauetur. cum aliis concord.adductis per D.Alex.in d.§ si quis. in 1.not.& per D.Ias.post gl.& alios,in l.inuitus.in ult. col.C.de procur. late D. Fel. ubi ponit sex paupertatis priuilegia.in c.significantibus.colum. 1.ad finem. & sequenti.de offic.de lega.& ultra eos cōsuluit Bal.cons.5. quæritur.

quæritur utrum uiduæ.in primo libro.

Et ideo si aliquis tenetur dare fideiussores, & propter paupertatem non inuenit qui pro eo promittat, excusatur,& stabitur eius iuratoriæ cautioni:ut singul. tradit Baldus in authentic.cui relictum: in 2.col. uers. attende hic.C. de indic. uid. tol. de quo scripsi suprà in uerb.Cautio cum fideiussore.

Pauperes dicuntur et, qui malis moribus imbuti sunt.

Et ista intelliguntur in illis qui uerè pauperes sunt respectu bonorum,non autem inspectis malis moribus: quia etiam illi pauperes censentur, qui malis moribus imbuti sunt.ut eleganter not.Bal.in l.humilem.in fi.C. de incest.nupt.& reassumit Socy.in cons.17. supradicta causę positio.in pen. col.ad finem, in primo libr. Mali autem mores excusare non solent, ut sing.dicit Bald.in dicta authentic cui relictum.in 2.col.

Paupertas repellit à testificando: quia uilis de facili corrumpitur,secundum Bal.sing.in c.si qui testium.col. 2. de testibus.ubi tamen declarat procedere: quando incidit in paupertatem propter uitium suum: quia talis sicut rebus propriis,ita famæ non parcet. secus si absque uitio:quia aut est bonæ famæ,& non debet repelli, aut neque bonæ,neque malæ: & tunc minus creditur, ut ibi not. per eum. cuius uerba refert & commẽdat D.Alex. consil.237.perspectis,col.1.lib.6. Quòd est memoria dignum,ad ea quæ latè refert Deci. cons.163. in causa, col.4. ubi tradit, quando paupertas repellat testem in causa matrimoniali,uel criminali.

Paupertate legata, uenit hæreditas tota, etiam si legans esset diues. ita singul. Bald.in rubr.C.de uerbo. signifi.in ult.quæst. per textum in l.Lucius Titius. §.hæredum.& ibi Bar.not.ff.ad Treb. quod dictum pro sing. Cre.not.23. quidam ditissimus. & sequitur D. Iason in l.si constante in princ.in secunda quæstione primæ partis.ff.solut.matrimo.Licet in d.§.hæredum.sciolus nescio quis corrector, ne dicam deprauator, pro paupertate hæreditatem supposuerit, refragantibus antiquis codicibus: & quod plus est, prohibente etiam ibi hoc

expresse

expresse Bart.& Angelo.

Pax seruari debet ab omnibus, ut dicit tex. in cap. 1. extrà de pactis, quia est uinculum charitatis, ut inquit Ioan. Andreas in rub.& in cap. 1. extra de treug. & pace. imò est effectus ipsius charitatis, secundum Thomam secunda secundæ, art. 3. ut refert Corn. consi. 185. licet in hac consultatione ad finem in 3. libro, & ideo fauore pacis multa specialiter contra communes regulas conceduntur, ut pulchre concludit Ludo. Roman. consil. 332. quò ad primum, in ult. columnn. in 4. dub.& considerat Dom. Felinus in cap. quæ in ecclesiarum, columna 22. uersiculo 2. nota in hac materia, de constitu. & Dom. Alexand. post Angel. ibi per eum relatum, in consilio 136. uiso,& examinato processu, columna ultima, uersiculo non obstat postremò libro 1. & est text. singul. in cap. nisi essent, de præbend. quem pro singul. ad hoc citat D. Felin. in cap. ad audientiam, el 2. in secunda colum. in secunda conclusione, de rescript. Inter quæ nota, quòd licet regulariter mandatum expiret morte mandantis re integra. l. mandatum. C. mandati. l. & quia. in fin. ubi omnes. ff. de iur. omn. iudic. late Dom. Felin. in cap. relatum. in prima colu. & ibi alij scrib. extra de offic. deleg. Tamen hæc regula singulari limitatur non proc. in mandato concesso à uulnerato, ad pacem faciendam cum inimico, quia fauore pacis non expirat, mortuo mandante, etiam re integra. ita singul. decidit Bal. in paraphrasi sua ad Specul. in tit. de homic. in ultimis uerbis. & pro sing. multum commendat D. Ias. in l. eius qui in prouincia. in uers. placebat. in 4. fall. ff. si cer. pet. Et ideo optime cecinit Prudentius poeta Christianus, in sua Psychomachia.

Mandatū expirat morte mandantis re integra.

Pax plenum uirtutis opus, pax summa laborum.
Pax belli exacti precium est, preciumque pericli.
Sidera pace uigent, consistunt terrea pace,
Nil placitum sine pace Deo.

Et multa bona quæ ex pace proueniunt, collegit eleganter Bal. in tit. de pace Constantiæ. in penult. colum.

uerſ.in huius fœderis fine. & melius, quàm alibi inueniri poſſit, excellentiſsimus Roter. in libello de Pacis querela.

Peculium, ut refert Vlp. in l. depoſiti. §. peculium, tit. de peculio. dictum eſt, quaſi puſilla pecunia, ſiue patrimonium puſillum. Peculium autem Tubero quidem ſic definiuit, ut Celſus in lib. 6. Digeſt. refert, quòd ſeruus domini permiſſu, ſeparatum à rationibus dominicis habet: deducto inde, ſi quid domino debetur. Idem Celſus in l. diffinitio peculii, eo. tit. Peculii diffinitio, inquit, quam Tubero expoſuit, ut Labeo ait, ad uicariorum peculia non pertinet, quod falſum eſt. nam eo ipſo quòd dominus ſeruo peculium conſtituit, ut uicario conſtituiſſe exiſtimandus eſt. idem Celſus in l. ſi chorus. §. 1. de leg. 3. refert peculium id appellari, quod præſidii cauſa reponeretur, ut Proculus ait quibuſdam bellis ciuilibus factitatum, & ſæpe audiſſe ruſticos ſenes ita dicentes, Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe. Inter has diffinitiones multiplices dubitauit Laurent. Valla, quam ſequi deberet, cùm Feſtus præſertim ita ſcribat. Peculium ſeruorum eſt à pecore dictum, ſicut & pecunia nobilium. Et Seruius grammaticus: Peculium, patrimonium. ita enim maiores dicebant, à pecoribus, in quibus eorum conſtabat uniuerſa ſubſtantia. vnde etiam pecunia dicta eſt à peculio, quod propriè ſeruorum eſt: prout etiam uoluit Vlp. in l. paterfam. peculium. ff. de uerb. ſig. dum inquit: Peculium habere nõ poteſt paterfam. quemadmodum nec ſeruus bona. licet etiam peculium, abuſiuè tamen, pro patrimonio dicamus. Propterea dicit Laur. Hanc rem, tanquam arbiter onerarius diiudicabo, & quidam breuiter hoc modo. Peculium eſt, quicquid labore noſtro paratum eſt, in quacunque perſona, licet in ſeruis iura uelint dominorum accedere conſenſum, (ut etiam ſuperius dixi.) & ita ſenſit Verg. in Buc. carmine,

Peculium unde. Pecunia unde dicta. Peculij diffinitio.

Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.

Et ibi etiam Seruius, & Horatius.

Rem

Rem poteris seruare tuam, redit uncia, quid sit
Semis, ad hæc animos erugo, & cura peculi.

Et Cicero in Paradoxis: An eorum seruitus dura est, qui cupiditate peculii nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis? Et illos quoque rusticos senes, de quibus Celsus meminit (quem superius retuli) dictantes pecuniam sine peculio fragilem esse: intelligi debent, sine lucro industria parto. Nam cur habenti pecuniam maior pars præsidii collocetur in pusillo quod reposuit, quam in ipsa pecunia? cum præsertim peculium sit pars pecuniæ. & in hoc putauit Valla defecisse nostros Iureconsul. sed in quo? Equidem non uideo quomodo à Iureconsul. dissentiat, licet sub uerborum inuolucro seipsum decipiat, maligne cupiens calumniari. Et dum superius dixi, maiores nostros à pecoribus pecuniam denominasse, quia omnis pecuniæ pecus fuit fundamentum. hoc etiam uoluit Colum. qui in 7. scripsit. In rusticatione, uel antiquissima est ratio pascendi, eademque quæstuosissima: propter quod nomina quoque pecuniæ, & peculij, tracta uidentur à pecore, quod non solum ueteres possederunt, sed adhuc apud quasdam gentes unum hoc usurpatur diuitiarum genus. Plin. lib. 36. scripsit, pecuniam sortitam esse nomen à nota pecudis, quoniam antiquitus numi effigie pecudis signabantur. Hinc Plutarch. in Publicola asserit, in uetustissimis nummis signum fuisse ouis, & suis, bouisque conspectum. Legimus & apud Plin. quòd bos olim erat numisma Atticum, bouis nota percussum, Didracmum alio nomine dictum. Proinde reprehensione dignus non est Iulius Pollux, qui in expositione eiusdem carminis Homerici, quod apud nos retulit Paul. Iureconsul. in l. 1. ff. de contra. empt. putauit boues apud poetam intelligi posse pro nummis, in quibus bouis effigies impressa conspiciebatur: quod hodie etiam possumus dicere in illis nummis, quos uulgus Ambrosinos, seu Caualletos appellat. Et posteaquam de peculio tractauimus, obiter castiganda est ostendicula in eod. titu- Pau. locus.

de peculio. in l. quis ergo casus. ibid. sed in omnibus erit concessio. & scribendum: Sed in nominibus erit concessio. item paulopòst in l. summa. uers. sed dolum. Dolo (inquit) cum caret. castiga, Dolo non caret.

Pecunia est uita hominis. ita pulchrè inquit Bal. in l. si tuis. C. de operis liber. argum. l. aduocati. C. de aduocatis diuersorum iudiciorum. ubi Francisc. Are. ad hoc not. illum textum. & ideo non minus eleganter quàm uerè dicebat Bal. in l. receptiua. in 2. col. uers. & neminem. per illum tex. C. de non num. pecu. quòd qui habet pecuniam, habet omnem rem quam uult habere: nam secundum Aristotelem numus futuræ necessitatis est fideiussor. Hinc cecinit Petronius arbiter:

Quisquis habet nummos, secura nauiget aura,
  Fortunamque suo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaen, ipsumque licebit
  Acrisium iubeat credere quod Danaen.
Carmina componat, declamet, concrepet, omnis
  Et peragat causas, sitque Catone prior.
Iurisconsultus paret, non paret, habeto
  Atque esto quicquid Seruius & Labeo.
Multa loquor, quiduis nummis præsentibus opta,
  Et ueniet: clausum possidet arca Iouem.

Hinc satis opportunè dicit Bald. in tit. de pace constan. in uerb. libellaric. in fin. quòd ecclesiæ Lombardiæ non curant de seruitiis armorum, sed de redditibus bursalibus. Proinde communiter pro feudis ecclesiarũ præstari solet certa quantitas pecuniæ, uel frumenti, quolibet anno. & ideo putat Bal. quòd in talibus feudis succederet mutus & surdus etiam à natiuitate: qui aliàs ad feuda non admittuntur. cap. 1. an mut. uel surdus. & etiam quilibet alius hæres, nisi tenor inuestituræ uel consuetudo ecclesiæ repugnarent. & hoc dictum Bald. reassumit D. Alex. cons. 136. uiso & examinato processu. col. 2. lib. 1. & cons. 9. põderatis his. col. 2. lib. 5. & talis concessio non est propriè feudalis, sed est potius emphyteotica, uel contractus innominatus: teste eodem

Bald.

Bal.in l. liberti libertæq;. in ult.col.uers.item nota.C. de oper.libert. quem sequitur Corn.cons.16.col.3. ad fi.& seq.in 1.lib.post Alex.in locis præallegatis. & Soc. cons.257.uisis.col.1.lib.2.declarando tamen ut per Comen.cons.164.prælatus.in 1.dub.Et propterea talis uasallus non tenetur præstare iuramentum fidelitatis, secundum Bal.sing.in d.l.liberti.col.ult. circa med. & sequitur Alex. in l.utrum turpem. col. ult. de uerb. obl. Ias.cons.117.in fi,lib.4.Hinc teste Plauto, pecunia rerum ac solicitudinum causa est & caput.

Pædagogia in legato fundi instructi, quid significet apud Vlp.in l.quæsitum est.§.sed si fundus. ff. de fundo instructo . alias dubitatum est inter aliquos non paruæ auctoritatis uiros:cum tamen clarum sit,in hac lege pro genere seruorum accipi debere.Sueton. tamen Trãquillus in uita Neronis, uerbum hoc usurpauit pro puerorum concubitu,& stupro,cum inquit : Super ingenuorũ pædagogia , & nuptiarum concubinatus uestali uirgini Rubriæ uim intulit.nisi tamen cum Hermolao malimus in Suetonio legere proagogia,id est productiones. Ego tamen ueriorem lectionem existimo , si apud Iureconsf. pædagogica legamus : hoc enim nomine ministeria seruorum appellantur à Grecis. inde παιδαγωγικὴ, Latinè ministram significat.

Pedamenta,de quibus meminit Vlp.in l.4.de ser.rust. prædiorum.sunt munimina & pali, quibus uitis caduca fulcitur.ut ex Catone docet Alex.Genial.lib.2.c.10.& pedamentorum tria sunt genera:unum robustum,seu fixile,ex quercu,castanea,uel iunipero , quod ridica dicitur. aliud è pertica conficitur, hinc palus dicitur : & est teres. tertium ob necessitatem ex harundineto conficitur: ut Varro & Colum.in tractatu de re rustica tradiderunt:Et propterea Plin.Pedatas uineas dixit,ut etiam refert Sipontinus in expositione 28.epigrammatis. Et sunt memoria digna ad l.pali.de leg.3. ubi lignorum appellatione non continentur pali, neque perticæ, quod in numerum materiæ redigendi sunt. quod tamen re-

ſtringendum eſt, niſi ex uetuſtate ulterius ad uſum uitium apti non eſſent.

Locus apud Iuſtinianū. *Pedicones* gladio puniuntur, teſte Iuſtiniano Inſtit. de publ. iudiciis. §. item lex Iulia. quamuis quidam apud Imperatorem in eodem loco, in alio capite legis Iuliæ, hanc pœnam conſtituant: & propterea textum uiridum deprauantes, non peccatoribus, ſed prædicatoribus legendum contendunt. Tamen quia hæc eorum lectio mi nueret pœnam, non puto ab antiqua lectione recedendum: cum alioquin tales uita priuari debeant, ut ſancitum eſt in authentico, ut non lux. contra naturam. circa fin. & in l. cum uir. C. ad l. Iul. de adul. ſecundum intellectum Bal. Inconueniens enim eſſet tam deteſtabile uitium puniri, ſolùm priuatione dimidiæ partis bonorū, ſi honeſti ſint. ſi humiles, corporis cohertione, cum relegatione (ut ipſi uellent) cum alioquin & crimen adulterii, & inceſtus acrius puniatur. & Iureconſ. in l. 1. ad fi. ff. de extraord. cogn. dicat, eum qui ſtuprum ſuadet, capite puniri debere. & diſtinctio l. Iuliæ ibi per Imperatorem relata, quam hi uellent extendere, ſolùm punit eos qui uiduas uel uirgines ſtuprauerūt, ſecundum Matheſ. not. 101. nota text. licet gloſſatur neſcio quid ineptè ſubintelligendum putet. Præterea nonne legimus apud Auguſtum, quòd peius eſt contra naturam, quàm cum matre coire: ut habetur in c. adulterii. & c. ſeq. & ſeq. 32. quæſt. 7. ideo conſequens eſt ut maiori pœna, & exquiſita ad hoc coerceantur: ut etiam diſponit Imperator in l. cum uir, præallegata. Accedit etiam, quia prædicator ſecundum aliquos, apud idoneos auctores non recipitur, ſed pedico: licet hæc latinitas apud Imperatorem ſæpiuſculè deſideretur: vt etiam eleganter ſcribit Bal. in c. 1. §. & quia uidimus. in 6. col. uerſ. & interdum. qui feud. dar. poſſ. & opportunè retuli ſuprà in uerb. Liberum. Hac pœna etiam puniuntur non ſolùm maſculorum cubitores, ſed etiam qui cum fœminis tali uitio ſe coinquinant: ut per Dec. in l. 2. in 7. not. C. de ſecund. nup. Aflict. in conſtit. regni. in 3. lib. in 42. rub. & adeò

execra

execrabile censetur, quòd utens fœmina dormiente cõtra naturam, & post clamante, potest puniri etiam pœna capitis, tanquam eam rapuisset: secundum Firmian. in uerb. Sodomita. ubi dicit, se ita consuluisse. An autem per uitium Sodomitæ liceat vxori à uiro diuertere, latè Barb. cons. ult. lib. 1.

Pœna insolita adiecta in præcepto à iudice, excusat non comparentem à contumacia, ut non possit mulctari: puta cum in ciui lib. consueuerit iudex apponere pœnam 25. aureorum, si non comparuerit: & nunc dixerit, compareat sub pœna æris & personæ. ita sing. Ang. in l. ult. C. de canone largit. tit. lib. 10. quod dictum alibi in mundo non inuenies, secundum D. Iason. in l. 1. §. 1 col. 1. ante fi. ff. si quis ius di. non obt. sed ego hoc dictum etiam ibi in lectura Angel. impressa non inuenio. Addo tamen quod hoc dictum etiam pro sing. ad hoc citat D. Ias. in l. testamentum. in ult. no. C. de testamen. & refert D. Felin. in cap. 2. in 8. colum. uersic. stylus curiæ de rescrip.

Et ultra eos notandum est pro extensione, quòd fortè idem esset, si solùm adiecta esset pœna pecuniaria: sed multò maior, quàm consuetum erat: quia amissio magni lucri, est iusta causa timẽdi: ut sing. dicebat Cyn. in l. interpositas. C. de transact. quem pro sing. commendat And. Sicul. in cons. 1. ex sacris. col. 42. uers. modo in casu lib. 1. & hęc decisio Ang. est memoria digna, pro defensione amici qui contumax diceretur. Et in proposito facit quod dicimus, quòd pœna insolita reddit actum suspectum: vt dicit gl. quæ ad hoc communiter allegatur in l. si quis sub conditione. in gl. 1. ff. de cond. insti. imò etiam usurarium: iuxta glo. sing. in l. cum allegas. C. de usuris, de quibus latè suprà in uerbo, Clausula insolita. iuncto sing. dicto Bal. in l. fideicom. §. si seruo. de leg. 3. Et ideo alibi dicit eleganter Bal. cons. 75. spurio per interpositam. in 2. lib. quòd clausulę extraneę, & insolitus contrahendi modus, reddit actum suspectum.

Pœnam petens debet clarè & plenè probare. tex. est

Ll 4 in

in l.in testament. la 1. ff. de condit. & demonstrat. qui est sing.secundum Lud.sing.474. testator. & Bald. post Iac.de Bel. in c.1.ante fi. in tit. qual. dom. proprietate priuetur. Et ideo in pœnis nunquam deferatur sacramē tum in defectum probationis, quòd aliàs in causis dubiis sepe deferri solet. ita singul. Bal. in l. 1. in 2. col. in 3.oppo.C.de his quæ pœ. nom. quod dicit menti teneri dum. sequitur Alex.cons.34.uiso themate suprascripto. col. 1. in 1.lib.& cons.33. uiso themate & instrumento. col.1.lib.1.& pro sing. late reassumit D. Ias. in rep.l. ad monendi.col.108.uersic.7.infertur.ff.de iureiu. ubi defendit ab obiecto Lud. Rom. qui ibi contrarium tenebat.& est notand.ad regul.in pœnis.de reg.iur. lib.6. cū suis concord. Et propterea sing.dicit idem Bal.in l.ult. §.emptor.qui est.§.ultimus,in 1.opp.C. communia dè leg.quòd stante statuto Mediolani, quòd nullus forensis possit in territorio Mediolan.emere, cum sit contra ius commune, ut l. 1.in fin.ff.de contrah. empt. & statutum non statuat, quòd in pœnam contrafaciens perdat precium: ergo neque nos extendere debemus, per tex. expressum in l. 1.C.non lic.habit.metro.lib 11. imò poterit retineri res empta, donec reddatur precium. per l. si non sortem.§.si centum.in fi.ff.de cond.indebiti. Et hoc dictum pro sing. commendat. & simpliciter sequitur Crem. not. 95. statuto cauetur. & pro eo benefacit glo.sing.in c. ult.de iure patro. quam ibi ad hoc not. D. Abb.quòd pœna priuationis à iure eligendi uel præsentandi, non debet imponi nisi à iure exprimatur. Et illam gl.ad hoc etiam pro sing. not. And. Sicul. in tract. de præst.Card.in 1.quæst.primæ partis.col.15.&D.Ias. in l. 1.col.pen.ad fin.C. de transact.cum his quæ scribit D.Alex.in l.etiam.§.1.in 3.colum. uers.extra gl. ff. sol. mat.& in cons. 103. uidetur prima consideratione. col. pen.uers.pro hoc facit.lib. 1.& Dec.cons.90.col.1.uers. sed tamen. Et miror quòd Bald. eam non allegauerit. quia d. l.1. per quam mouetur Bald. iudicio meo non probat, propter dictionem tantum, ibi in text. positam.

Medio statutum.

quo

quo casu expressè constat, quòd imperator noluit contra facientem teneri ad pœnam: sed solùm ad restitutionem precii, quoad numeratum fuerat. Et in illa l. est sing. casus. quòd obligatio naturalis contrahitur, etiam quando alienatur res alicui. cuius commercium non habet: secundum Lud. Rom. qui dicit se primum notasse singul. 764. an obligatio. licet contrarium teneat Bal. in l. 1. in ult. col. ff. de donat. & Docto. simpliciter cum sequuntur in l. multum interest. ff. de uerbo. obligat.

Prædictis etiam annecti potest aliud notab. dictum Bal. in l. ult. in 1. col. C. de excep. rei iud. de quo scripsi suprà in uer. Notarius. Sed tamen contra ista uidetur facere, quod sing. not. Bal. in l. placet. per illum tex. in fi. C. de episc. & cler. quòd si per statutum prohibitum sit, ne doctores salariati uadant ad allegandum, & contra faciant: quod tamen debent puniri priuatione matriculæ & salarii illius anni. & hoc ultimum pro sing. refert & sequitur Lud. Rom. sing. 264. prohibet statutum. Sed responderi potest, quòd eius dictum debet intelligi secundum d. l. placet. ubi imperator procedit pœnam imponendo.

Hinc Ioan. Andr. post Hostiens. & Tho. de Aquino in c. relatum. extrà de cler. uel monac. posuit mirabilem doctrinam: quòd si in aliqua regula, puta fratrum prædicatorum, contineatur aliquid sub pœna: uerbi gratia, ut contrauenientes ieiunent per duos dies sequentes: ex quo pœna est limitata, non incurrunt peccatum mortale, quamuis iurauerint & uouerint regulam seruare. & hanc doctrinam commendat etiam Mathes. not. 78. nota doctrinam. Accedat etiam, quod alibi sing. decidit Bal. in c. licet magister. in 3. no. extrà de suppl. neg. præl. ubi sing. concludit, quòd statutum puniens eum, qui fuit in mora à Calend. Maii. usque ad Calend. Nouembris, non habet locum in eo qui fuit in mora à Calend. Augusti usque ad Calend. Nouembris: & etiam à Calend. Maii anni sequentis usque ad Calend. Augusti: quia licet ista mora duorum trimestrium comprehendat *Pœna limitata tollit peccatum.*

hendat sex menses, ut etiam probatur in illo c. licet. tamen non est decussa cum illo modo, quo loquitur forma statuti: sed est elapsum quoddam tempus in genere ita multum sing. licet inuolutè, decidit ibi Bald. quod dictum dicit perpetuò notandum, quia peregrinum, & quia ad multa prodesse potest. Fel. in com. c. cū dilecta. in 19. col. uers. pro istis etiam facit. extrà de rescrip. & hoc dictum Bal. citat etiam D. Ias. inducens contra vnā limitationem Pau. ibi per eum relatū, in auth. quæ supl. in 4. not. C. de precib. Imper. offer.

P*enoris* legato quid contineatur, satis abundeq́ue scriptum est apud Vlp. in l. 3. ff. de pen. leg. tamen legenti mihi Noctes Atticas Gelii, occurrit quæstio circa ipsum scitu, & memoria digna, quam subiicio. Is lib. 4. refert, Phauorinum percunctasse quendam Grammaticum, quid esset penus, & quo sensu id uocabulum dicatur. Cui Grammaticus: Quæris (inquit) rem minimè obscuram. quis adeò ignorat, penum esse uinum, & triticum, & oleum, & lentem, & fabam, atque huiuscemodi cætera? Etiamne (inquit Phauorinus) milium, & panicum, & glans, & ordeum, penus est? Sunt enim propemodum hæc quoque huiuscemodi. cumq́ue ille reticēs hæreret. Nolo (inquit) hoc iam labores, an ista quæ dixi penus appellentur. Perinde igitur nunc te rogo, ut quid sit penus dicas, non ut aliquid ex penu nomines. Tum ille: Philosophias, inquit, ego non didici, nec discere appetiui. etsi ignoro, an ordeum ex penu sit, aut quibus uerbis penus diffiniatur: nón ea re literas quoque alias nescio. Scire (inquit, ridens iam Phauorinus) quid penus sit, non ex nostra magis est philosophia, quàm grammatica tua. Meministi enim credo, quæri solitum quid Veg. dixerit, penum struere, uel longam, uel longo ordine: utrunque enim profectò scis legi cōsuetum. sed ut faciam, æquiore animo ut sis: nec illi quidem ueteris iuris magistri, qui sapiētes appellati sunt, diffinisse satis rectè existimantur quid sit penus. Nam Q. Scæuolam ad demonstrandum penum, his uerbis usum

usum audito. Penus est, inquit, esculétum aut póculentum. quod enim ipsius patris, aut liberorum patrisfam. eiusque familiæ quæ circum eos, aut liberos eius est, & opus non facit, causa paratum, (ut Mutius ait) penus uideri debet. Nam quæ ad edendum bibendumque in dies singulos prandii, aut cœnæ causa parantur, penus non sunt: sed ea potius, quæ huiusce generis longę usionis gratia contrahuntur, & reconduntur. ex eo, ꝙ non in promptu sint, sed intus & penitus habeantur penus dicta sunt. Præterea de penu adscribendum hoc ẽt putaui, Seruium Sulpitium in reprehensis Scæuolæ capitibus scripsisse, Aelio placuisse: non quæ esui tantum, & potui forent; sed thus quoque & cæreos in penu esse, quod esset eius fermè rei causa comparatum. Masurius autem Sabinus in iuris ciuilis secundo, quod iumentorum causa apparatum esset, quibus dominus uteretur penori ad tributum dicit. ligna quoque, & uirgas & carbones, quibus conficeretur penus, quibusdam ait uideri esse in penu. ex his autem quæ promercalia, & usuraria in locis iisdem essent, ea sola esse penoris putat, quæ sint usui annuo. Sed posteaquam in l. 3. de penu legata incidimus, obiter hoc annectamus, dum Vlp. ibi refert Aristonem notasse, legato penoris contineri garum, amurcam, mel. Garum liquamen est ex scombro pisce confectum, ut scribit Colum.

Amurca autem ea dicitur, tam quæ pręcedit oleum, quàm quæ subsequitur. Plin. lib. 15. c. 6. De oleo (inquit) quando fit, & è cortinis in labra fundentium, ut fæces, & amurca liquentur. Colum. Postero die cribatur, & nouo fisco inclusa prælo supponitur, uehementerque premitur, ut exsudet quantulumcunque habet amurcæ. Proprie autem amurca olei est. Pallad. Deinde cum amurca subsederit, oleum parum triginta dieb. exactis in uitrea uasa transferri. De amurca meminit Verg Georg. 1.

Et nitro prius, & nigra perfundere amurca.

Scribitur autem per c, sed per g, pronunciatur, ut C.

Gaius,

Caius, Cn. Gneus, & alia huiuſcemodi, teſte Seruio. Hinc uerbum examurcari, id eſt ſordibus purgari. De amurca ſcribit etiam Plin. libro 23. capitulo tertio Aliqui tamen codices in hoc loco Iureconſulti non amurca, ſed muria legunt. Nam muria, ſiue muries, non à muro, ſed à mari (ut quidam exiſtimant) deducitur. Eſt enim aqua ſalſamentorum. apud Colum. muria capitur pro ſale cum aqua medicato, & indurato, fit autem hoc modo: Sal in pila tunditur, inque ollam fictilem coniicitur, poſtea in furno procoquitur. Muria etiam genus liquaminis eſt, quod ex thynno piſce conficiebatur. Perſius:

Examurcari quid.

Tingit holus ſiccum muria uafer in calcie empta.

Item dum paulopoſt ſubdit Vlpia. Sed & chartas ad ratiunculas, & ad legatarium paratas contineri: in hoc etiam loco puto hallucinationem eſſe, tam impreſſorū, quam interpretum: licet Maſeus Vegius in libello ſuo de uerb. ſig. ſequutus ſit communem lectionem. Aliqui codices legunt Ad logatarium. Sunt qui ad logarium, quod quidem uocabulū à Græco deducitur: apud quos λόγος rationem ſignificat, ut etiam ad Paulinum ſcripſit diuus Hieronymus, & declarat etiam apud nos Accurſ. in l. quidam decedens, in prin. ff de adm tut. & hāc ſenſit gloſſator noſter, apud Latinos tamen logos quandoque accipitur pro dicto ridiculo. Cic. pro gallo: Ego te certo ſcio omnes logos, qui ludi dicti ſunt animaduertiſſe. Et à logos fiunt, Catalogus, epilogus, dialogus, ellogium, analogia, alogiſta, logica, & alia non parū multa. in hoc tamen loco intelligendum eſſet de libro rationum, in quo res domeſticæ continentur, & ideo Iureconſul. hic uoluit, chartas paratas ad conficiendum librum rationum domeſticarum, penoris eſſe.

Vlp. locus.

Maſei error.

Nihilominus neque iſta lectio in totū ſatisfacit, quia eſſet idem bis repetere, cum prius de ratiunculis mētionem fecerit: quod inconueniēs uidetur, & niſi extraneā mutationem timeamus, fortè rectius breuiarium legeretur, quod alio nomine compendium appellatur, & hanc

lectionem colligo ex illis Suetonii uerbis, dum refert Galbam ordinario dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse. idem in Aug. Fecit (inquit) & breuiarium totius imperii, quantum militum sub signis ubiq; esset, quantum pecuniæ in ærario, & fiscis, & uectigalio rum residuis, ut in hoc loco intelligamus, de chartis pa ratis ad ratiunculas, & ad breuiarium: sicut. & superius chartas epistolares dixit contineri. Tamen non eo inficias, multum à communi lectione diuerti.

Et ex prædictis uenit etiam castigandus alius Iureconsult. locus, in l. quidam decedens in prin. tit. de admin. tuto. apud quem Alogistas scribendum est, ab priuatiua particula, & λόγος ratio, licet Accur. nō animad uerterit, quē postea sequutus est Ioan. Petrus Ferrarius in forma libelli, quo agitur ad reddendam rationem tu telę, & Moder. in l. cum necessitatem, C de fideicom. & Docto. ubique, & Aret. in tractatu de testamen. colum. 208. in uerbo tutores autem, in princ. *Locus Iureconsf.* *Alogista.* *Error communis.*

Peromnia, dictiones simul iunctæ, multum operātur, & important omnem substantiam, & qualitatem, ut per Barb. consi. 13. præclarè. col. ult. eo. libr. Iaſ. consi. 161. col. fi. lib. 4. & propterea sing. decidit Bal. in l. omnia C. de episcopis, & cler. q̄ si studium Ticinense sit per omnia æquatum Parisiensi, & post talem adæquationem priuilegiorum, sint concessa noua priuilegia studio Pariensi, q̄ talia noua priuilegia etiam pertinebunt ad studium Ticinense: quia istud peromnia non solum respicit modum, sed etiam tempus. & hanc decisionem Bald. pro singula: refert, & sequitur Dominus Iason. in l. prima in primo notabili per illum textum ff. de legatis primo.

Perduellionis reus est, qui hostili animo aduersus rempub. uel principem animatur, secundum Vlpia. in l. ultima ff. ad legem Iul. maiest. Huius memoria post mortem etiā damnabatur: ut testatur Iust. in §. interdū authen. inst. de hær. quæ ab intest. defer. Veteres autem

(ut

(ut refert Caius in l. quos nos. in prin. ff. de uerb. sig.) perduelles eos appellabant, quos nos hostes appellamus: per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Vnde autem nomen hoc acceperit, dubium est, nam glo. in d. §. interdum, in uerbo Perduellionis, refert Placentium dixisse, Perduellionis nomen inde originem traxisse, quia per duellum fiebat certamen, si aliquis criminis huius diceretur reus, quod aliquid in principem, uel rempubl. adtentasset. nam secundum Romanorum iura, pugna talis licita erat: licet hodie reprobetur, ut concludit Ioan. de Imo. in l. is qui reus, in 18. columna, uersiculo est etiam tertia purgatio, &c. ff. de pub. iud. & Domin. Alexand. in l. ex diuerso §. ultimo, in penultima columna ff. soluto matrimonio. post ...al. cons. 165. casus talis est, col. 2. & cons. 344. illustris. in primo dubio, in secundo libro, & Placentino astipulatur etiam glossator ibi. quorum sententiã approbat Io. de Legnano in tract. de bello: & refert Zabarel. in Clemen. pastoralis, in quinta quęstione, de sent. & re iudic. hanc tamen opinionem reprobat glossator in l. cum filius, §. ulti. ff. de leg. 2. & in d. l. ultima ad l. Iul. maiest. & in d. l. quos nos. Et ubique exponit perduellionis, id est hostis: per ea quæ dixit Caius in pręallegata l. quos nos, & hanc sequitur Card. in d. Clemen. pastoralis, in quinto not. & omnes tenent. Mihi tamen neque ista satisfacit, quia si Ciceroni credimus, in secundo Officiorum: Pirata non est perduellionum numero diffinitus: & tamen est communis hostis. Et ideo si in dubiis sententia libera cuique est, ut nota. in l. continuus §. cum ita per illum tex. de uerbo. oblig. Perduellionis reos puto dictos, quia á duorum iudicio iudicabantur hi qui maiora crimina perpetrabant. hocq; colligo ex Liuio: qui in primo ab Vrbe condita de Horatio loquens, refert eum propter mortem sororis accusatũ, ad duumuiros á principe remissum, in hæc uerba. Rex cõcilio populi aduocato, duumuiros (inquit) qui Horatio perduellioné iudicent. secũdum legem facio. Lex horrendi criminis

Duellum hodie prohibitum.

erat

erat, duumuiri perduellionem iudicent: si à duumuiris prouocarit prouocatione certato: si uincent, caput obnubito, infœlici arbori reste suspendito, uerberato, uel intra pomerium, uel extra pomerium. Hac lege creati duumuiri, qui se absoluere non rebantur ea lege, ne innoxium quidem posse, cũ condemnassent. Hactenus Liuius. Huius criminis meminit etiam Iureconsf. in l. cum filius §. ultim. ff. de leg. secundo. His præmißis, quæro. Duo Hispani principes sub pœna magna promiserant, in die diui Petri eorum controuersia armis diiudicare. Venit dies, unus recusat pugnam: an perdere debeat pœnam? quilibet Ferrariæ ex facto cum incidisset, dicebat, quod sic: tamen contrarium de iure notabiliter determinat Imol. post Ange. per eum relatũ, in repetitione l. is qui reus, in 18. col. uersiculo ex prædictis not. ff. de pub. iud. sequitur late, & confirmat Domi. Iason in l. ex hoc iure. in 3. & quarta colum. ff. de iust. & iure. cũ multis similibus latissimè adductis per Calcaneum, in consilio 2. licet ista materia in primo dubio. & ante omnes singul. concludit Bal. consilio 343. illustris domine in primo dubio. in secundo libro, & Iason nouissimè consilio 144. infra allegato. in 7. colum. & Decius consilio 686. columna prima. *Pœna adiecta in negligentiam pugnæ an committatur.*

Secundò quæri posset, Commissa est causa capitalis, quæ inter duos uertebatur, ut duello iudicaretur an uictus in duello, debeat mori, est singula. decisio Bal. post Nicolaum de Mat. in l. ulti. C. de prob. ubi concludit, quod licet conuictus per testes deberet mori, tamen conuicto per pugnam (quæ est præsumptiua probatio) non infligitur mors, sed amputatur manus. Et sic minuitur pœna de toto ad partem, secundum Nicolaum Mat. tamen putabat Bald. in hoc standum consuetudini: quia hodie talis pugna prohibita est. ut supra dixi. & sequitur Barba. consilio 61. illud. col. 8. libro secundo, & pro singula. commendat, & confirmat Domi. Feli. post Aretin. in c. qualiter, & quando el secundo §. ad corrigendos, in 7. colum. uersic. 3. causa, extra de accus. ubi enumerat *Succumbens in duello an puniatur.*

merat septem causas, ex quibus potest iudex enumerare pœnam delicti. Quod autem duellum sit omni iure prohibitum,& quod acceptatum renui possit, latè Ias. cons. 144. in 2. dubio, lib. 2. Dec. cons. 487. in quæst. ubi etiam de electione armorum & cons. 686. magnus Pirrhus. per totum. ubi etiam, quis sit actor.

Duellum acceptatū potest sperni.

Peremptorÿ uim obtinet monitio facta parti presenti à iudice, quamuis unica tantum interuenerit. ita singu. Bal. in l. 2. col. 1. & ult. ante fin. C. quomodo, & quando iud. ubi reputat nota. dignum, & pro sing. approbat D. Iason in rub. C. de in ius uoc. in uer. adde quòd ista, &c. Sequitur etiam Do. Felin. in c. pastor. in primis uerbis. de iudic. uni citat Bald. idem dicentem, in cap. consuluit, col. 1. de off. deleg. & ita saluatur, & intelligitur singul. dictum Innocen. in cap. ad petitionem, col. 1. ad fin. extra de accus. secundum Mathes. not. 132. nota unum singularem, & adeo uerum est, quòd constituit reum in uera contumacia: ita quòd non poterit appellare, si non comparuerit. ut sing. not. Angel. in d. l. 2. per gloss. ibi. quam ad hoc dicit sing. & hoc dictum Ang. pro singul. commendat Bartolom. Veronens. cautel. 89. septima cautela.

Quando autem opus sit peremptorio, & quando nō, habemus sing. doctrinam Salyc. in l. si ea quæ. in penul. col. C. qui accus. non poss. quam pro singul. commendat Do. Felin. in c. causam quæ in 2. col. uers. quando, extra de rescrip. iunctis his quæ scribit Mathes. not. 133. nota quod citatio. & Dom. Felin. in c. consuluit, colu. 4. & seq. de off. deleg. & Iac. de S. Georg. in l. ad peremptorium. col. 1. & 2. ff. de iud. ubi etiam in 3. col. ponit, q̄ præsumatur facta citatio peremptoria ad instantiam partis, quando in actis apparet de commissione citationis, & de citatione & relatione, secundum Abb. in ca. 1. in 3. not. de iudic. & 27. fallentias refert Soc. reg. 352. & ponit etiam Marian. in tract. de citat. in 27. articu. in 7. quæst. & seq. & Dec. post Barb. in c. consuluit. in 9. & 10. colum. de offic. deleg. ubi idem tenet etiam in monitione

nitione facta per nuncium apud acta de mandato iudicis, per dictum Bal. in d. l. 2. columna 1. uersic. & idem dicitur.

Periurium non committitur sine dolo. ita sing. Bal. in l. obseruare. §. proficisci, in 3. col. uers. sed nunquid iudex. ff. de off. procons. & leg. & pro singul. citat D. Alex. in l. ult. ad finem ff. qui satisd. cog. ubi Bal. sequitur, cũ concord. traditis per eum consil. 92. perspectis his, columna penult. uersic. item posito, libro 1. & pro singul. etiam adducit Dom. Iason in l. si quis maior. in primo not. C. de transact. & in l. in actionibus in 5. columna, uers. per istam. ff. de in litem iur. qui tamen utrobique tenet contrarium.

Perpetuum dictio regulatur secundum subiectam materiam, ut concludit gloss. singularis in cap. ea enim. in uerb. Perpetua. 10. q. 2. & Corn. cons. 59. diu. col. 1. uer. & uerbum, lib 2.

Proinde sing. decidit Barto. in l. annua. §. Titia. ff. de ann. leg. quod legatum annuum factum in perpetuum, debet restringi solum ad centum annos: & hæc decisio ampliatur, ut procedat etiam in legato facto ecclesiæ, secundum Bart. in l. si usus fructus municipib. ad fi. ff. de usufruct. leg. & ita dicit se consuluisse, & obtinuisse Do. Alex. licet alii contrarium consuluerint, in l. 2. in prin. in prima colum. ad finem. ff. solut. matrim. & eius consilium est in primo libro, numero 60. omisso multiloquio, ubi dicit, quòd ita se habet magis communis opinio, à qua in iudicando non est recedendum secundum eum. Adde quòd in primo dicto Bart. contrarium tenet Soc. in repetit. §. ult. in l. 3. in 8. colum. uersic. & ex his ego infero. ff. ad l. Fal. quamuis opinionem Bar. sequantur Anchar. & Petrus de Perrus. ut ibi per eum. Item in secundo dicto Bartol. & sic in ecclesia, contrarium concludit Dom. Iason in l. in anna lib. circa medium. C. de legat. & in l. uideamus. §. deferre. in 2. colum. ff. de in lit. iur. & in l. 2. in princip. in primo not. ff. soluto matrimo. in quibus locis dicit, dictum Barto. esse singu.

Tamen in practica, durum esset recedere ab opinione Bart.confirmata per D.Alexã. quem sequitur D. Lancel. Dec.in d.l.2.in princ.in primo not.post Anan. consil. 39. præsupposito quòd legatum. & secundum hæc debet declarari notab.dictum Bal.in l.hæreditas. in vl. quæstione.ff.de hæredi.instit.dum concludit, quòd legatum factum monasterio durat, licet monasterium destruatur. & pro eo capiet ecclesia Romana quæ Deum repræsentat: de quo ultimo feci mentionem suprà in uerbo, Absens. Sed quid in emphyteosi ecclesiastica, concessa in perpetuum? est singu. consilium Bald. numero 372.tempore diui Federici.in 4. lib. & consuluit etiam eleganter Socyn. consi. 114. in causa quæ uertitur.colum.17.uers.2.præmissa confirmantur. lib. 2. sed eius dicta reprobantur per Dec.consil.171. in causa uenerabilium monialium.in ult.col. & tractat Fel.in c. in præsentia.col.12. de probat.ubi hanc dictionem Perpetuum exponit, id est transitorium ad quoscunque, post Ancha.consil.327.discurrit materia: ubi loquitur in contractu facto cum uniuersitate, quæ regulariter nunquam moritur. Quid autem operetur ista dictio apposita instrumẽto,ut quis perpetuò teneatur:dic quòd tollit cursum præscriptionis,ut per Cep.caut. 119.potest dari.& Bar.singu. de quo ipse non fuit memor in l. 3.in princ.ff.quib.mod.usufr.amit.& Bal. eleganter in l.quod si nolit.§.si quid ita.ff.de ædil.edict.cum simili bus adductis per And.Sicul.conf.53. præclarè scripsit. col.antep.& penul.lib.2. In materia autem seruitutis, quando quis promisit aliquid in perpetuum pati, uel facere,uide Veronens.in seruit. urb. tit.de seruit. oneris ferendi. col.2.

Petitio coram arbitratoribus non est necessaria, quia compromissum habetur pro petitione.ita sing. Bald.in c.ult.in 2.colum.uersic.quæro quare aliud. extra de re iud.& pro sing.sequitur & confirmat Lanfran.de Oria. in tract.de arbitrio in 10.q.5.partis.

Phormiones cõtineri domus instrumento legato,scriptum

ptum reliquit Vlpia. in l. quæsitum est. §. acetum. tit. de fundo instructo. post Pegasum, & plerosque alios. quo in loco quid phormiones essent, satis dubitaui. Neque aliqui eorum qui apud Latinos, dictiones collegerunt, mentionem fecerunt. Eras. in adagiis suis etiam meminit, chiliade 2. in hæc uerbis, τιφάλς φορμιωνος, Thori Phormionis: de stratis, inquit, sordidis ac frugalibus, minimeque delicatis, qualia sunt cubilia militaria, & quale sibi apud Homerum parat Vlysses, ex arborum congestis frondibus, ac ramis humi substratis. Refertur à Suida: Phormio Dux quidam militum fuit, in perferendis militiæ incommodis notæ, sicut coniicio, patientiæ: adeò ut exuccus redditus sit, & marcidus. Donatus quoque grammaticus magni nominis, in Terentium scribit, phormionem Græcis tegeticulum significare, à quo insternitur pauimentum. & inde parasitus uilissimæ conditionis Phormio dictus est. Idem alibi refert, Phormionem Græco uocabulo dici stramen nauticum, à cuius rei capacitate uel utilitate, etiam ab Apollodoro parasitus phormionis nomine nuncupatur. Sed & in dictionario Græcolatino, Phormos storea interpretatur. Erit igitur mens Iureconsul. nostri, ut in legato domestici instrumenti ueniant lecti uiles, & qui seruorum causa parari consueuerunt. & propterea opportunè Iureconsul. ibidem dicit, Centones etiam tali legato contineri. stragula enim sunt quædam grossiora, uillis passim pendentibus: quibus lecti uilissimarum personarum sternuntur, ut superius latè suo locò ostendimus.

Vlp. locus. *Prouer. Thori Phorm.* *Phormio unde.* *Storea.* *Centones.*

Pityocampæ sunt erucæ uenenatæ, in pino nascentes, vnde etiam nomen inditum est. πιτυς enim apud Græcos pinus. hinc Pithyusæ insulæ, Græcis dictæ à ferendis pineis, monumentis scriptorum inclitæ.

Pityocampæ. *Pityusæ insulæ.*

Campe uero significat brucum, siue erucam, à flexura, quæ Græcis dicitur καμπὴ. Quæ uero sint Pityocampæ, docet Plin. in 23. lib. Vsus sapæ contra cantharidas, buprestin, pinorum erucas, quas pityocampas uocant,

Campe quæ.

ſalamandras, & contra uenenata mordentia. idem lib. 29. de cantharidib. ſcribens inquit: Vis earum adurere corpus, criſtas obducere, eadem pityocampis picea naſcentibus. Hæc admonent nos. mendoſa eſſe uerba Marcelli in l. 3. §. adiectio. tit. ad l. Corn. de ſic. & etiam animaduertit Phil. Beroal. licet quidam alii ſubtraxerint. Proinde caſtiga pityocampas, ubi inuenies pituocarpas. Scribit etiam Colum. lib. 12. Beſtiolas quæ à nobis appellantur erucæ Græcis campe nominantur. Idem in lib. de hortorum cultu refert, has beſtiolas occidere homines, & ſi mulier quæ in menſtruis eſt, ſolutis crinibus, & nudo pede, ter circum areolas horti ducatur, moriuntur. Carmen Colum. eſt hoc.

Marcelli locus.

Erucæ.

Voluitur ad terram diſtorto corpore campe.

De his uermiculis meminit & Palladius in 1. libro rei Ruſticæ: Campas (inquiens) nonnulli ficulneo cinere proſequuntur. Ad hæc, quia apud eundem Iureconſul. inueniuntur errata quædam, ideo breuiter reaſſumo. Pigmentarii: hi ſunt, qui pigmenta, uel unguenta conficiunt, uenduntve, quorum meminit diuus Hieron. in Exodo: De aromatibus (inquiens) mundiſſimis opere pigmentarii.

Pigmentarij qui.

Cicuta, hæc herba eſt uenenoſa, quæ creſcit uſq; ad duo cubita. ſemine tantum & foliis in uſu eſt, ad refrigerandum, ſecundum Pli. in alio tamen ſignificatu uſus eſt Verg. Buc. 2. illo carmine,

Cicuta quæ.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis

Fiſtula. uolens deſcribere ſpacium inter canarum nodos, ut Seruius interpretatur. Salamandra: de ea ſup. ex Plin. Aconitum, herba eſt, quæ ex Cerberi ſpuma conſperſa, uenenum efficaciſſimum contraxit, quo tempore eum Hercules ab inferis extraxiſſe dicitur. dictum ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc eſt à cote, ut etiam ſenſit Ouidius illo uerſu.

Salamādra quæ.

Aconitum.

Quæ, quia naſcuntur dura uiuacia caute,

Mortales Aconita uocant.-

Meminit etiam idem Metam. lib. 1. ſunt tamen qui aliter

ter deducant. Bupreſtin: Bupreſtis animal traditur ſimillimũ ſcarabeo, longi pedi, rarum in Italia. fallit inter herbas, bouem maximè: unde etiam nomen inuenit. deuoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat: teſte Plin. lib. 30. qui etiam multa remedia enumerat aduerſus bupreſtis uenena. De mandragora, de quo Iureconſ. meminit, res ſatis clara eſt. Duo eorum genera traduntur à ſcriptorib. Candidus, qui ma. eſt: & niger, qui fœmina exiſtimatur. Mandragoram foſſuri cauere debent à uento aduerſante, & occaſum ſpectent: uis eius in poculo ſomni fera eſt, ac etiam olfactu. De quib. meminit Colum. dum inquit: Mandragoræ pariat flores. Et dum ſubdit Iureconſ. Cantharidas. de his Plin. quem ſuperius retuli. Senſus itaque Marcelli erat: teneri lege Corn. de ſicar. pigmentarium, ſi huiuſcemodi res cuiquam inconſulto tradiderit: De pityocampis & bupreſtis in hanc ſententiam uenit Alex. de Alexand. uir doctus: Genialium lib. 2. cap. 10. licet ſibi hæc aſcribere uideatur.

Bupreſtis.

Mandragora qua.

Plagiarÿ nomine quid ueniat apud Iureconſult. aliàs dubitabatur, uel apud Vlp. in l. congruit. ff. de offic. præſid. & in aliis locis non parum multis, ut in tit. ff. & C. ad l. Flau. de plag. Accurſius, cui alii aſtipulantur, plagiarios intelligit, eos qui ſubripiunt filios, uel ſeruos alienos. Ego puto etiam plagiarium poſſe dici, eum qui liberum hominem aſſerit in ſeruitutem. quique hominem emit quem ſcit liberum eſſe, & qui huiuſcemodi hominem ſciens uendidit: ut docet Vlp. in l. 1. ff. ad l. Fla. de plag. item qui pro ſeruo tenet, aut qui libertum emit, uenditve: item qui ſeruo ſeruæve perſuadet, ut à domino dominave fugiat: uel eum, eamve, inuito uel inſciente domino, dominave, celat, uinctumque habet: quive in ea re ſocius erit, ut declarat Caliſtr. in l. pen. ad fi. eo. tit. & ideo Martial. decenti metaphora plagiarium appellat furem librorum ſuorum, quia illos tanquã ſuos teneat in ſeruitutem, dũ Quintiano ſcribens inquit: Imponens plagiario pudorem. Plagioſus etiam

Accurſii locus.

Plagioſus.

Lex plagiaria. dici poteſt, qui ſuauitate uerborum retrahit à propoſita uirtute. Dictus eſt autem plagiarius, quod lege Phannia plagis damnatus eſſet: ipſa uerò lex, plagiaria crimen, plagium uocatur. Alii ſunt, qui potius plagiariũ, à uocabulo Græco dici contẽdant, ſcilicet πλάγιος, quod apud nos obliquum ſignificat, & tranſuerſum. nam qui plagiarius eſt, quaſi ex obliquo, & trãſuerſo in ſeruitutem trahit illum qui liber eſt.

Propterea ſecundum eos, in plagiario ſyllaba prima corripitur, in plaga uerò producitur, tamen iſta ratio nobis neceſſario non probat, ut apparet ex his quæ ſcribit Quintianus noſter in 2. Epographia.

Accurſii locus. Aliam huius nominis interpretationem confinxit gloſſator, in rub. C. ad l. Flaui. de plag. uidelicet à plaga ora maritima, ubi ſerui, uel liberi ſubtracti uendebantur piratis, & barbaris. Plagiarius etiam dicitur is, qui plagas, ideſt uulnera infert: & plagiator, ſiue plagioſus *Plagiator.* magiſter, qui plagas inferat, de quo diuus Hierony. ad Florentinum: Magiſtrum autem pueri tui, de quo dignatus es ſcribere, quem plagiatorem eius eſſe non dubiũ eſt. Pœna autem pecuniaria (ſecundum Hermog. in præallegato titu. ad fi.) ſtatuta lege Phannia, in uſu eſſe deſiit. nam in hoc crimine detecti, pro delicti modo cohercentur, & plerunque in metallum damnantur. licet *Locus apud Iureconſ.* apud nos iure municipali cautum ſit, ut plagiarius indiſtinctè laqueo ſuſpendatur. Non tamen pretereo, quòd in tit. præallegato paſſim, & in rub. & in legib. dicitur, ad l. Flauiam de Plag. cum tamen (iudicio meo) potius debeamus dicere ad l. Fanniam, ut obſeruauimus apud *Lex Fãnia.* oratores. Hæc lex Fannia lata eſt anno poſt Romam conditam (ſecundum Gelii opinionem) quingenteſimo octuageſimo octauo. De hac lege Sammonicus Serenus ita refert: Lex Fannia ſanctiſſimi Auguſti, ingenti omnium ordinum conſenſu peruenit ad populum, neque eam prætores aut Tribuni, ut pleraſque alias, ſed ex omnium bonorum conſilio, & ſententia ipſi conſules pertulere, cum reſpub. ex luxuria conuiuiorum maiora

quàm

quàm credi posset detrimenta pateretur. Si quidem eo res redierat, ut gula illecti plerique ingenui pueri, pudicitiam & libertatem suam uenditarent, plerique ex plebe Romana uino madidi in comitium uenirent, & ebrii de reip. salute consuluerent. Hæc Sammonicus, & post eum Macrob. Saturn. lib. 3. Possumus etiam legere in rub. & toto tit. ad l. Flauiam. ut præsupponit Pomp. Lætus, uir ætatis nostræ doctissimus, in suo libello de Legib. & hoc etiam modo corrigenda sunt uerba Iureconsf. in l. uerum. in fi. ff. de furtis. & in multis aliis locis, & tu met poteris adnotare. & huic ultimæ opinioni adhærere uidetur D. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres in 2. & in 10. col. ff. de uerb. obl. ubi hoc modo citat illam Rub. C. ad l. Flau. de plag. quam etiam ita citant aliqui ex mod. Iureconsf. *Lex Flauia.* *Locus Iureconsf.*

Plumbum (teste Iaboleno in l. malum. ff. de uerb. sig.) quod pro tegulis poneretur, ædificii esse ait Labeo, sed id quod in ripa hypatheii tegendi causa poneretur, contra esse. Hunc locum glossator noster (ut multa alia) ingenue fassus est se non intelligere. & quidem modestius, quàm ex commodo interpretationem confingere, ut quandoq; facit. Aliqui codices legunt, in Ripa Thei: Codices antiqui, hypa ethrii. & hæc ultima lectio dedit ansam quibusdam, ut coniunctis duabus dictionibus, Hypethrii legendum putent, cum diphthongo æ. *Locus Iaboleni.*

Sunt autem hypæthria, hypethraque secundum eos, loca manifesta, & sub diuo exposita, id est cœlo patente. Vitruuius lib. 1. Ioui fulguri, & cœlo, & soli, & lunæ, ædificia hypæthra constituentur. Horum enim deorum & species effectus, in aperto mundo, atque lucenti perlucentes uidemus. Idem lib. 5. media uero spacia quæ erunt sub diuo inter porticus adornanda uiridibus uidentur, quòd hypæthræ ambulationes habent magnam salubritatem. Latino uocabulo subdialia, & subdiualia possunt appellari: vnde subdiuales deambulationes, & subdialia pauimenta à Plin. dicta sunt. Illud igitur quod paratum est ad huiuscemodi loca obtegenda, ædificii *Hypæthria quæ.* *Hypæthra ambulationes.* *Subdialia.*

esse, Iaboleno uisum non est.

Locus Vlp. *Polia* quid significet apud Vlpi. in l. ædiles aiunt. ad fi. ff. de ædil. edic. & unde deducatur, sæpè quæsitum est. Equidem puto poliam idem esse quod equinum, hoc est equorum mandram, seu armentum equinum, descendereque non à pluralitate, ut Accursius uoluit. sed potius à Græco nomine πωλος, quod pullum, & maximè equinum significat. unde πωλοδαμάζειν est, equos domare.

Equitium.

Pollicitatio in instrumento, operatur effectum pacti simplicis, ut instrumentum aliquid operatur. ita singul. Bal. in l. 1. uer. item oppo. C. de dot. promiss. & pro sing. citat Bal. iunior. in tract. doctis, in primo priuileg. 6. partis, in 2. col. ubi dicit, quòd licet aliàs ex mera policitatione non possit agi etiam de iure canonico: tamen non proc. propter fomentum instrumenti.

Pollinctores dicebãtur, curatores cadauerum, de quibus Plaut. in prologo Pœn. Eorum, inquit, alter uiuit, alter est mortuus. Propterea apud nos dico confidẽtius,

Locus Vlp. quia mihi pollinctor, dixit, qui eum pollinxerat. De his expresse sensit Vlpia. in l quicunque. §. idem ait. ff. de instit. actio. dum inquit, isque mortuum spoliauerit: licet alii aliter, & minus recte.

Possesionis commoditas multa operatur §. commodũ institu. de interdic. & tradi solet in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acqui. poss. & est glo. singu. in c. nulli dubium, 12. q. quinta. ponit Bar. in l. 1. §. 1. ff. de bono. poss. secundum tab. Corn. consi. 90. uiso processu, columna 3. libro secundo, & ex hoc colligit pulchram cautelam Cepol. caut. 161. nota diligenter, & caut. seq. & caut. 176. si duo possidere dicuntur, & de duobus creditoribus ex eodẽ iure uenientibus, quod præferri debeat qui prius possessionem acquisiuit, iuxta l. si debitor. ff. de pignor. plura scripsit Anto. de Fano in trac de pign in secundo membro, quintæ partis, uersi. 3. ex prædictis, & ꝙ ratione possessionis in causis magnis deferatur iuramentum suppletiuum, Bal. in l. in bonæfid col. pen. uersi. 3. C. de rebus cred. Ias. consilio 129. ad finem libro primo, post Alex.

Alex.consilio 122.colum.51. libro secundo. Et ideo singu.decidit Bal. in capitulo capitulum sanctæ crucis, columna prima de rescrip.quòd si duo eodem die impetrarunt à summo pontifice Boniensem præturā, neque appareat de prioritate,nullus admitti debeat,nisi alter eorum in possessione reperiatur: quia pro eo præsumitur,& idem est in feudo,concesso eodem die in diuersis bullis,& in diuersis testamentis. quòd dictum pro sing. commendat And. Sicul. in repetione rubri. C. qui admit.in secunda col.& approbat D.Felin in dicto capitulo capitulum sanctæ crucis,in 18.colu.uersiculo de concursu duorum,cùm his quæ tradit Do.Iason in l.1.in 1. colum.& sequent.ff. solut.matrimo. & Domi. Felin. in d. capitulo capitulum sanctæ crucis, in quinta colum. uersiculo limita fallentiā, ubi ponit, quid si unus prius præsentet scriptum, & in dubio Pontifex debet consuli, & secundum eius responsum est procedendum, secundum eum, & in pulchra quæstione consuluit Bald. consilio 274.licet allegationes sint notabiles. in secundo libro.

Possessio ciuilis penes duos insolidum esse nō potest, l.3.§.ex contrario,ubi Domin.Alex. & Moderni,de acquiren.possess.& ideo cum T.uendidisset fundum Caio, & à Caio illum in emphyteosim conduxisset, posteaque eundem fundum Fabricio uendidisset pleno iure, & pariter de eodem fundo se à Fabricio emphyteosim inuestisset, & utrique canonem soluerit, & Fabricius tale suum directum ad cridas posuisset: dictum fuit, non potuisse præiudicare Caio priori domino, licet cridis non contradixisset: quia ex dispositione ordinum cridarum Mediolanen. pro bonis alienandis requiritur, quòd ponens possideat, & nulla possessio apud Fabricium esset; non quidem ciuilis, quia illa erat apud Caiū, neque etiam naturalis: quia erat apud emphyteotam, qui in ciuili non potuit domino primo præiudicare:ut declarat glo. in l.1.in glo. magna ff.usufruc.quemad.cau.& Domin. Alexan.post Imol.&

Paul.

Paul.in l.interdum.§.ultim.colum.2.de acquiren.poss. & ibi dicit Pau.quod est singu.& tradit Alexand. consi. 153.colu.2.lib. 6. neque uirtus constituti esse potest in consideratione,quia cum constituens non possideret ciuiliter illam transferre non potuit in Fabricium,secundum doctrinam Angel.in l.quamuis. §.1. de acquirenda poss.cum quo transit late Alex.cons. 10. uiso processu.circa prin.lib.4.Iason consilio 148.colum.2.libro 4. Dec.consi.247.columna 2. & communiter tenetur maximè cum in dubio possessio præsumitur prius peruenisse ab illum, qui prius titulum habuit.prout sing.per illum tex.not.Cyn.post Iaco.de Aret.in l.quotiens. C.de rei uend.& sequitur Dom.Alex.consilio 92.uiso,& opportunè.colum.2.uersi.fortifico.libro quinto.ubi etiam addit,quòd si per uiam constituti primò peruenit possessio ad unum,ille præferri debet: etiam. quòd alteri secundo emptori actualiter possessio traderetur, secundũ Io.Andream Bal.& Butr.ibi relatos.& dicit fuisse prius decisum à Guido.de Suz.in l.ultim.C.de sacrosanct.eccle.& ita uidi obseruari in uenerando collegio iudicum Mediolani,antequam conderetur decretum quod cridæ non præiudicarent dominis directa dominia habentibus super bonis.

Reliquiæ dignitatis quid operentur.

Potestas multum honoratur: & propterea offendens eum tempore syndicatus,ita debet puniri,ac si offendisset tẽpore officii, propter reliquias pristinæ dignitatis. ita notab.Bald.in l.obseruare.§.proficisci. in tertia col. uersi.septimo quæritur.ff.de offic.proconf.& lega.quod dictum in pulchra, & singu.quæstione sequitur Do. Iaf. in l.principalibus.in ulti.col.ff.si cert.pet.cum his quæ scripsi supra in uerbo. Dignitas. ubi ultra mod. plures cumulaui effectus,qui resultãt ex reliquiis pristini officii, uel qualitatis. quibus adde, quæ de reliquiis feudi considerat Bald.consilio 16. facti euidentia. ante finem in primo libro.Item alibi singu. Bal. in capitulo primo §.iniuria.in primis uerbis. de pace iura. firman. tenet, quòd si quis daret unam alapam prætori propter singu-

larem

larem inimicitiam, poteſt capitaliter puniri, & pro ſingula. refert Domi. Iaſon in l. 1. in primo notabili C. de precibus Imper. offer. & in l. qui iuriſdictioni. in prima col. ff. de iur. omn. iudicum. ubi latè ponit de ueritate. & tradit D. Felin. in c. inquiſitionis. in prin. in pen. colum. uerſiculo ultimo tangit hic Innocen. extra. de accuſa. & Decius conſilio 100. in cauſa inquiſitionis, columna penul. uerſiculo circa ulti.

Pragmatica ſanctio, dicitur ordinatio diſcuſſa, & firmata in conſilio principis, ſecundum glo. in l. fin. C. de diuerſ. reſcript. & in c. peruenit. 101. diſt. & tradunt Canoniſt. in rubr. de conſti.

Practica eſt uera intellectrix legum. ita elegánter, & uerè inquit Bal. in c. primo. in prin. uerſ. & ideo quãdo capiuntur. de feudo ſine culpa non amit. Cuius dictum reaſſumit Deci. conſ. 131. reuocatur. in ultimis uerbis. Proinde alibi Bal. in l. illud. ff. de excuſa. tuto. per illũ textum not. ſecundum aſſeſſores, quòd ab antiqua practica non eſt recedendum, & idem dicit Bald. conſilio 472. ſtatuto communis Papiæ. in ſecunda col. in 1. lib. quæ uerba ſæpè reaſſumunt, & commendant conſulendo Modern. Iureconſulti, & inter alios Deci. conſ. 11. quoniam iudicantium reſponſa. in octaua colum. uerſi. ad hoc fundamentum.

Hinc etiam eleganter dicebat Bald. in l. de quibus. in 7. col. uerſi. item quæritur. ff. de legib. quòd quotiens ſtilus infringitur, non ualet quod agitur. cũ his quę latè ſcribit Do. Belin. in ca. 2. in 8. colum. uerſic. ſtilus curiæ facit extrà de reſcrip. Alibi etiam pulchrè idem Bal. in c. ex tenore. circa medium extrà de teſtib. dicit, quòd leges ſapiunt cum practicantur, & tunc fructus ex arbore colliguntur. propterea uulgatum, iamq; uſu tritum eſt & receptum adagium: Leges in ſcola deglutiuntur, in palatio digeruntur. quia practica eſt ſcientia digeſtiua: & ubi theoricus deſinit, practicus incipit. ita etiam inquit Bal. in repe. l. Aemilius. in 10. col. uer. leges in ſcholis. ff. de minor. & reaſſumit Do. Lancial. Deci. in l. lecta *Prouerbiũ. Leges ĩ ſchola, &c.*

in

in 2.col.uersi.nam ut inquit ff. si cert.peta.ubi conderat uerbum degluciuntur, quòd proprie auidorum est, ut in lectionibus diuinis patet, dum legimus: Cum exurgeret homines in nos, forte uiuos deglutissent nos.

Deglutio.

Praelatus locans ad nouem annos rem ecclesiæ, & lapsis uno uel duobus annis, si locaret eidem ad aliud nouennium, non ualet locatio: quia præsumitur in fraudē. ita sing. Card. in l. prima §. ult. in quinta q. de rebus eccle. non al. sequitur, & commendat Ias. in l. manumissiones, col. 2. de iust. & iur.

Praescriptio longissimi temporis, licet regulariter cēseatur odiosa, ut in auth. ut eccles. Roma. & ideo ad eam probandam non admittatur iuramentum, in defectum probationis: ut sing. dixit Bald. in l. admonendi, in septima columna, uersiculo quid autem si reus ff. de iureiur. ubi Do. Ias. in 108. col. uersilo 8. sequitur, &c. hoc approbat, tamen in feudis fauorabilis iudicatur, uel saltē non odiosa: quia utriusque gratia introducitur, uasalli, & domini. ita singula. Bal. in capitulo primo, §. si quis de manso. in secunda col. uer. oppo. ista litera, &c. in tit. de controuers. inuest. & pro sing. commendat D. Ias. in l. 3. §. Nerua, in ultimis uerbis ff. de acq. poss. & in l. 1. col. 8. circa med. C. de ser. fugit.

Praescriptio seruitutis, puta ductus aquæ, statim incipit currere, non obstante ciuili possessione domini, quæ statim amittitur. ita sing. Bal. in l. si quis diuturno, ad fi. ff. si ser. uend. pro sing. commendat Do. Ias. in l. 1. in ult. col. uersi. 4. limito C. de ser. fugit.

Praescriptionis exceptio potest reiici ab arbitratore, qui ex forma cōpromissi debet iudicare, ut uir bonus, & secundum conscientiam, & secundum Deū: quia est iniqua. ita singu. Bald. in l. prima uersic. item si causa. C. de præscripti. 30. uel 40. anno. Tamen hoc dictum uidetur dubium, cum arbitrium boni uiri debeat regulari secundum leges, ut concludit Do. Alex. in l. si sic legatum, in princ. in 3. col. de leg. 1. & latè D. Felin. in cap. 1 col. 2. de constit. cum his quæ retuli suprà in uerbo Apices, & hoc

Arbitrium boni uiri regulatur à legibus.

hoc argumeto in simili utitur etiã D.Ias.in l.ult.& §.et si præfatam,in ult.col.uers.quarto limita,C.de iure de. lib. Præterea contrarium in terminis in hoc concludit Bart.sing.in extrauag.ad reprimendum,in uerb.Videbi tur,in fine:quia esset auferre ius alterius, quod est con tra naturalem æquitatem,& hoc dictum Bar. commendant Imol.& Mod.in d.l.si sic legatum,& pro sing.not. Mathes.not.14.nota ꝙ ubi iudex,& Ange. Aret.in §.in bonæfidei,in ult.col.instit.de actio.& Dom.Francis.de Aretio in capitulo dilecti filii,col.secunda,uersi.in con trarium,extrà de iud.ubi etiam Feli.col.2.& late sequi tur Rom. in repe. rub. de arbi. in primis uerbis,& Do. Fel.in d.c.1.col.pen.uer.secundò nota.de consti. & doctores ubique approbant.

Sed tamen his non obstantibus,puto dictum Bal.pos se saluari,& procedere,quãdo præscriptio causata esset ex mala fide,quia tunc uidetur præsidium iniquissimũ, ut dicit tex.in auth.ut eccles.Roma. Sed si cum bona fide pręscriptum fuisset,tunc bene proc.sing.dictum Bar to.in d.extrauag.ad reprimendum,cum concor.ultimo loco adductis, & istam distinctionem sumo ex his quæ in pulchra quæst.scribit Ludouicus Rom.cons.148.con clusionem primam,in pen.dub. Et cõfirmari potęst per notab.dictum Pau.de Cast.in l.ult.§.1.in fi.ff.rem rat. habe.inducendo ut per D.Fel.in c.ult.col.5.uer. demũ circa prædicta, extrà de pręscrip.

Præsentia consanguineorum facit cessarę præsumptionem metus reuerentialis: Barto.& scrib.in l.transactionem C. de transact. & idem in præsentia honestarum personarum dicit Angel.in l.quæro §.primo ff. de ædil. edict.& requiritur, quod sint duo ad minus, ut per Socynum consilio 263.capio primum, columna sexta, libro secundo. nisi esset præsentia Papæ. Dec. consilio 219. uiso puncto ad finem, & ideo tali casu uolens probare metum adhibitum, grauatur maiori, & ualidiori probatione: secundum Bald. in dicta l. transactionem,& sequitur Alexan. in l. si cum dotem §. eo tempore

tempore.col.6.ff.sol.mat. Fel.in c.causam matrimonii. col.4.uersic.4.declaratio.de off.del. & tali casu non sufficerent duo testes,sed requiruntur tres ad probandum contra hanc præsumptionem, causatam ex præsentia consanguineorum:secundum Paul.de Cast.in d.l.transactionem.cuius dictum,tanquam sing.approbat Curt. consil.43.super contingentia.col.6.& pluries ex facto, cum incidisset,uidi obseruari:ut confirmatur ex not. decis.Spec.de probat. §.fi.uers.ult.not. quam pro stupenda refert,& sequitur Ias.in l.sciendum.col.3.uersi.nota tamen.de uerb. oblig.

Quæstio circa regnum Siciliæ.

Primogenitus excludit secundo loco genitum: ut in pulchra quæstione late scribit Socy. In cons. 100. uisis instrumentis.per totum.in 2. lib. in tantum quòd decidit sing.Bald.per illum tex.in c. 1. ad fin. de filiis natis ex matri.ad Morg. contract. in regno Siciliæ. quòd ex pacto defertur primogenito, quòd secundus genitus etiam non succedit mortuo primogenito sine hærede: sed ad Papā liberè spectabit,de regno disponere. quod dictum pro sing. & memoria digno multum commendat Ias.in l.quoties. col.penul.uersic.illud etiam.C.de rei uend.& cum eo transit Decius consil. 216. uisa transactione.col.1.Tamen de eo ualde miratur Nicol. Perusinus,in tract.successi ab intest.in 11.char. circa mediū. & Pichus præceptor meus, in l. quod te.in glo. 1. ff. si cert.peta.propter ea quæ de conuentionibus super dicto regno Siciliæ scribit eleganter Bald. in l. cum antiquiorib.in 4.col. C. de iur. delib. ex cuius inuestituræ forma patet dictum Bal.in casu non suo non posse procedere. Nisi dicamus, quòd potuerunt diuersis temporibus uariæ consuetudines extare:neque enim Bal. uno & eod.tempore scriptis super Feudis, & super 6. C.lib. Sed quid si Rex habet duos filios legitimos,quorum alternatus est antequam in regno succederet, alter postquam coronatus est quis eorum erit præferendus, tanquam primogenitus? Bald. singu.in l.imperialis.§. his illud.per illum tex,C. de nuptiis:dicit præferri debere eum

eum qui post coronationem primo loco natus est. & hoc dictum pro sing.not. Crem.not. 50. uidi. ubi refert se ita respondisse Duci Mediol.cum his quæ latè tradit D.Felin.in c.prudentiam.in princ. in 3.col.uers.quid si aliquis.de off.deleg.& in c 4.col.1.circa princ. de offic. deleg. Quid autem si duo eod. instanti nascerentur, & de ordine uel prioritate non appareat, quis eorum tanquam primogenitus regnabit? Istam quæst. format eleganter Bal.in proœ. Digestorum, §. si itaque. in ult.col. uers.item consuetudo, &c. ubi arguit ad partes: & postea concludit, quòd ambo regnabunt eodem tempore: nisi ex aspectu corporis posset colligi, quis primo in lucem uenisset: ut si eorum alter esset formosior, uel robustior. & hoc dictum Bald.refert Aret. consi. 163. diligenter & maturè. col. 3. uersic. & pro istorum. & late scribit D.Felinus in ca.capitulum sanctæ crucis. in 20. col.uersic.de duobus natis. extra de rescrip. ubi plures similes quæstiones in proposito cumulauit. & in c.licet causam. in fin. de probat. Nunquid autem primogenitus legitimatus, excludat legitime natum secundo loco: Ioann. Andr. multum eleganter hoc disputat, in reg. sine culpa. in nona col. & quinque sequentib. de reg.iur.lib.6. in Mercurialibus, & post quosdam alios concludit, legitimatum excludi: loquens tam in legitimato per rescriptum, quàm per subsequens matrimonium. Tamen dicit, quòd Tremulus hoc tenet proinde contrarium in legitimato per matrimonium subsequés disputando singulariter tenuit Florianus in disputatione, Baro quidã de nobili stirpe progenitus. in 4. charta. & hanc opinionem Florian. commendat & putat ueriorem D.Fel.in c.prudentia.in prin.in 3.col.uers. primo genitus legitimatus, de off.deleg.per tex.in c. tanta.qui fil.sint legit.tamen cum Ioan. Andr. transit Anch. consil.427.col. 1. & Alex.consil.25.col.1. uersicu. adducit etiam. lib. 1.

Princeps uerus & bonus debet in concessorum liberalitate constanter persistere, sicut polus de cœlo: & dicere:

re,quod ſcripſi ſcripſi.ita eleganter Bal. in conſil. 327. pridie enim conſului col.2.in 1.lib.& refert Dec. conſ. 197.ad fi.& conſ.588.uiſo puncto.col.ult.& alibi ſçpe. & ibi Bal.ſubdit, magnos principes hoc ſolo carere, ut non habeant qui eis ueritatem dicant. quod eſt notandum per conſiliarios,& illos qui principib. aſſiſtunt. & ideo in uita diui Aureliani Imperatoris, legimus Diocletianum principem iam priuatum dixiſſe, nihil eſſe difficilius quàm bene imperare. Colligũt enim ſe quatuor uel quinque, atque unum conſilium ad decipiendum Imperatorem capiunt. dicunt quid probandum ſit:Imperator autem qui domi clauſus manet, uera non nouit:cogitur hoc tantum ſcire,quod illi loquuntur:facit iudices, quos fieri non oportet: amouet à republ. quos debeat retinere.Quid multa?Bonus,cautus,optimus uenditur Imperator. Eſt tamen ſpeciale in principe,ut ſine cauſa poſſit priuilegium à ſe conceſſum reuocare,ſi tamen in contractum non tranſiuit, ut ſingulariter inquit Baldus in l.qui ſe patris.col.pe. C. unde lib. ſequitur Iaſ.conſ. 1.col.7.lib.1.& Maria. cõſ.25.col.5. lib.1.& propterea Cæpol.caut. 91. domini. dat cautelam, ut priuilegium inſeratur in reformatione ſtatutorum:quia hoc modo non poteſt reuocari. & ſcripſi etiã ſupra in uerbo Exemptus.

Imperator bonus uenditur.

Princeps,ergo unus,ita Bal.in proœ.C.col. pen. ubi citat Ariſto. 12.Metaphyſices.ad fi.dicentem, quòd entia nolunt malè diſponi neque bonum, pluralitas principatuum, & propterea diuus Hieron. ad Ruſticum medicum,relatus in c.in apibus.7.q.1. refert quòd in apibus,unus tantùm eſt princeps:& grues unam ſequuntur ordine literato: & Imperator unus, & Roma una tantùm reperitur.

Princeps excedens iuſtitiæ terminos, nunquàm præſumitur uelle excedere,niſi in modico. ita nota. inquit Bal.in l.1.ff.de conſtit.princ.cuius dictum commendat D.Iaſ.in l.quoties.in 3. not. per illum tex. C. de prec. Imper.off.& latè ponunt Cano.poſt Abb.in c. quę in ecclesiarum

clesiarum.de consti.ubi latè Decius in 15.col. & seq & idem Dec.in c.super eod.in 2.not.per illum tex.de off. delega.Proinde alibi Bal. in l. ex facto.in princ. per illum text.de uulga.& pup.notat, quòd talis præsumitur fuisse mens principis,qualis de iure esse debuit.& reassumit Fel. in c.3.ad fin.de except.cum his quæ retuli infrà in uerbo, Rescriptum.& sequitur Dec. cons.11.quoniam iudicantium responsa.col.5.& consil.114. col.3. uersic.2.principaliter.

Priuilegia latissimè interpretanda sunt.l. ult.ff.de cōstit.principium.& c olim tibi.extrà de uerb.sig.

Intellige,modo per hoc alteri præiudicium non fiat. & propterea multum sing.cōsuluit Old. cons.268.quęstio est, utrum per priuilegium concessum: & reliqua. quòd priuilegium concessum Titio de non soluendis decimis, de quibuscunque possessionibus: restringitur ad possessiones, in quibus ecclesiæ non sunt in quasi possessione exigendi eas, quamuis debitæ sint: seu sin decimis quas actualiter percipiunt, quia ad illas priuilegium non extenditur.& hoc consil.multum commendat D.Felin.in c.causam quæ.col. 10.uers. & procedunt hæc extra de rescriptis. ubi multa cumulat ad priuilegiorum.interpretationem.& est memoria dignum, propter dictionem uniuersalem quibuscunque, quæ solet dispositionem multum extendere, etiam usque ad improprietatem: ut in notab. quæst.tradit Bald.in c.imperiale.in prin.in pen.col. uers. deinde uides quòd uasallus. in tit.de prohib. feud.al.per Fed. cuius decisionem pro sing.citat Do. Ias.in l.cum filiofa.col.13.uersic. successiuè in quantum Bar.de leg. 1.& aliis locis, quos retuli suprà in uerb.Feudum concessum.& ideo in proposito refert Alex. in l.ult.in add.magna, in ult.col.circa med.C.si contra ius uel uti. pub. fuisse per dominos de Rota,decis.366. item in commissione, &c. conclusum ꝙ in sup. narraui principi quòd aduersarius gaudet beneficio talis priuilegii, & talis statuti: & petii ut princeps dispensaret, ut non obst. priuilegio, uel statuto, *Quibuscunque dictio*

N n præter

praetor Mediol. de causa cognosceret, & iudicaret. & princeps rescripsit, praetor uideat, & iustitiam faciat: quòd per hanc simplicem signaturam non est derogatum iuribus illius, contra quem fuit supplicatum: non obstan mentione statuti, uel priuilegii in sup. habita. & hoc dicit memoria dignum. D. Alex. ibi. quia quilibet dixisset contrarium. & reassumit etiam pro not. D. Felin. in cap. nonnulli. in princ. col. 33. uers. 18. & ultima conclus. extra de rescript. ubi tamen non putat uerum, per ea quae latè ipsemet cumulat in cap. super literis, col. 7. uers. 4. reg. eod. tit. ex quibus patet, quòd generalis concessio, uel gratia declaratur secundum petitioné specialem. imò secundum opinionem Alex. rescriptum parum, aut nihil prodesset, contra ea quae late retuli in uerb. Actus. Hinc etiam sing. decidit Bald. in repet. l. 2. in 5. col. in 7. q. C. de ser. & aqua. quòd licet Papa concesserit mihi aliquod castrum de plenitudine potestatis, nihilominus contra me poterit praescribi: quia mea possessio non est papalis, sed priuata. & ideo mutata persona, mutabitur priuilegium. l. sed etsi restituatur. circa princ. ff. de iudi. cum simil. quae in pulchro casu tradit Socy. consil. 93. circa primum. col. 7. & consil. 152. in 6. col. & hoc dictum Bald. pro sing. commendat & sequitur Andr. Sicul. in tract. de praest. Card. in secunda quaestione primae partis. in 1. col. ubi dicit, se super hoc consuluisse contra dominos de Corregio. Et ideo alibi sing. Bart. in proposito decidit, quòd si alicui nobili cõpetit ius colligendi paedagium, contra eum potest praescribi, minori spacio quam contra principem praescriberetur. ita sing. Bart. in l. si publicamus. §. ult. in 1. quaest. ff. de public. quod est memoria dignum, propter feudatoris, qui hanc Bart. decisionem auersi intuentur. iunctis his quae in pulchro casu scribit Oldra. consil. 172. quia omnes fere obiectus, &c. Cuius decisionem approbant Paul. de Cast. D. Alex. Aret. & Mod. in l. his qui putat. super gl. 2. ff. de acq. haered.

Priuilegia debent interpretari per concedentem. c. cum

cum uenissent.ubi omnes,& maximè Felin. qui late declarat,de iudic.Bald. in l.si qui ad ciuilia.C. ad appell. Hoc tamen sing. declaratur non procedere quādo princeps concessisset mihi immunitatem pro castris, & bonis meis, & quibuslibet in eis habitantibus, quia tunc ad me pertinet declaratio, quibus uelint talis priuilegii immunitatem acquiri. ita sing. consulendo declarat And.Sic.cons.26.sapienter scripsit,col.5.uers.ex quib. lib.2.& pro egregio approbat Alc.in l. nominis & rei. in princ.de uerb. sign.

Probatio sine tēpore non includit tempus,quod erat necessario probandum. & ideo si agerem cōtra te actione exempto,& probo,quòd tu mihi fundum uendidisti, & ꝙ solui precium:non tamen probo,ꝙ ante litem contestatam,uel tempore litis contestatæ, uel tempore iuramenti calumniæ, ex his non debes condemnari. ita singu Bald.in l. 1.in ult.col.uers.restat. C.si plures una sententia.& pro singu. reassumit Crem.not.17. pone ꝙ egi.& not.119.statuto cauetur.ubi eadem repetit, fretus adagio,Bis terq; pulchra.& in effectu cōcludit Soc. cons.266.eleg.& subtil.in princ.col.lib.2. *Bis, terque pulchra.*

Probationes plures possunt coniungi,quando unumquodque iudicium est per se sufficienter probatum. ita notab.declarat Bal.in l.si quis ex argentariis.§.1.uers. quid enim.ff.de edēdo.per illum tex. quem ad hoc pro sing.allegat And.Sicul.in tract.de præst. Card. in 2. q. primæ partis,in ult.colum.& D.Fel. in c. causam quæ. in primo not.de off. deleg. & illud dictum Bald. commendat Do.Alex.in consil.13. ex his quæ in themate. in ult.colum.in princ.in 1. lib. cum his quæ late retuli supra in uerb. iudic. ubi adduco sing. dictum Bald. in l. gallus.§.ille casus,col.2.de lib.& posth.Et ultra ea sciendum est,ꝙ probationes factæ in iudicio summario,non coniunguntur,neq; probant in plenario, sicut etiam dicimus,ꝙ sententia lata in summaria causa, puta alimentorum,non facit ius in ordinaria.l.pen.cum ibi notatis per gl.ff.de his,qui sunt sui uel al.iu.Limitatur tamen, *Probatio in summario, quando probet in plenario.*

 nisi

nisi probationes receptæ in summario iudicio fuissent plenariæ: quia probant etiam in ordinaria causa. ita sing declarat Iac. But. in l. ab hosti. §. sed quod simpliciter. ff. quibus ex causis ma. & pro singu. & solemni citat D. Alex. in repet. l. sæpe, col. 37. ad fi. & col. 39. uer. ité circa sextum requisitum, &c. ff. de re iud. ubi latè insistit, & in l. naturaliter. §. nihil commune, col. 50. uersi. cum ergo. ff. de acquir. poss. & in l. à diuo Pio. §. si super reb. in 2. col. uers. similiter dico, ff. de re iud.

Procurator generalis cum libera potest expedire omnes causas, in quibus etiam speciale mandatum requiritur. Bald. sing. in l. illud, circa fin. de minor. ubi putat memoria dignum, & reassumit late Alex. cons. 133. circa executionem, col. 1. lib. 6. & pro sing. citat D. Ias. in l. indebitum, in 2. not. ff. de cond. ind. & commendat Do. Fel. in c. nõnulli, §. 1. in 1 col. in 1. ampl. extrà de rescr. post Ang. de Are. in §. præterea etiam, col. 32. uers. ad unum tamen. inst. de excep. ubi dicit semper memoriæ commendandum, quia ut plurimum in mandatis adiungitur illa clausula, dans plenum & liberum mandatũ, cum plena & libera administratione. addens, ꝙ non credit hoc procedere, quando requiritur mandatum in indiuiduo. ut ibi latius per eum. sequitur etiam D. Alex. cons. 44. uiso, col. 2. lib. 2. & propterea Bal. in l. nam & nocere. in 1. not. per illum tex. ff. de pact. dicebat, ꝙ speciale mandatum, & generale cum libera æquiparatur, tam in contractibus, quàm in iudiciis. & putat memoria dignum. Et quomodo procurator cum libera cõstituatur, habes per Barto. & omnes, in l. procurator cui. ff. de proc. & in l. 1. ad fi. ff. de offi. proc. Cæs. Est uerum, ꝙ si quis dubitat, ne iudicium postea cum tali procuratore refricetur in dubium, tanquam persona minus legitima agitatum, potest adhibere talẽ cautelam, ut in principio litis opponat contra talem procuratorem omnia quæ obiici possunt. Et faciat iudicare, talem procuratorem admittendum, non obstan. istis exceptionibus contra eum oppositis: quia tali casu iudicium ualidum

redditur,

redditur.ita sing.not.Spec.in tit.de exceptionib. & replicatio.§.nunc uidendum restat,in ult.col.uers.in summa nota cautellam,&c.Idem dicens in tutorib.syndicis, & aliis similib.personis:motus, quia aliàs agens cũ tali persona approbata, posset sub fide superioris circũueniri,contra l. 1.in fi.C.de his qui uen.ætat.impet.& l.bonorum,C.qui adm.& hoc dictum Spec.commendat D. Bartol.Veron.& sequitur caut.24.nota cautelã.ut si uelis,&c. Declarando tamen,ut per Alex.cons.202. super causa,col.ult.uers.nec eis.lib.2.post Bart.in l.licet,col. fi.uersi.secundus casus,C.de procur. Circa quod etiam secundò aduertendum est,pro alia notabili cautela,quã ponit Bart. in l.inter quos,§.alieno,in fi.ff.de dam.inf. ubi consuluit, ꝙ in quocunq; actu fiendo cum procuratore,dicatur,litigo sub hac exceptione : saluo, si ipsum apparebit non esse procuratorẽ, quia tunc nolo habere ratum.Et pro sing.practica impediendi ratificationem à domino fiendam commendatur à D.Felino in c. causam quæ,el 1.col.ult.de iudic.& prosequitur D. Alex.in d. l.licet,in 3.& 4.col.C.de proc.ubi etiam D.Ias.& Mod.

Procurator potest constitui ad iurandum in animam domin.& requiritur speciale mandatum gl. ult. in c. 1. de iud.lib.6.& formam talis iuramenti ponit Innoc. in c.præsentium,col.2.uers. & est nota dignum, de testib. lib.6.licet legatur,in tit.de testib.in decretali. ubi subdit, ꝙ debet esse informatus de ueritate pro literas domini,uel aliter.& propterea Bald. in Margarita in uer. iurans in animam dicebat,quòd iurans in alterius animam,debet respondere id, quod domino uidetur, non quod sibi.allegat Innoc. in cap.ult.de iur. cal. Et cum proximis diebus ex facto Mediolani incidisset, in mandato facto ad iurandum affirmatiuè, uel negatiuè, prout procuratori melius uisum fuisset : dictum;fuit, tale mandatum non ualere,per doctrinam Bart.in l.qui bona fide.§.si alieno in fi.de dam.inf. sed prædicta melius conueniunt.

Procurator propter mortẽ domini fit dominus litis.l.

 si de-

si defunctus. ff. de proc. cum simil. & not. Guid. Papæ quæstione 109. iure canon. & sic limitatur regula, quod morte constituentis expirat mãdatum. de qua in l. mandatum. C. mandati. Sed hoc singulariter declaratur, ut proced. si hæreditas constituentis adeatur, alias non. ita notab. Bal. in l. 1. col. 2. C. de actio. & oblig. & dicit ex facto incidisse, & obseruatum, Ang. in quæstione, Astensis miles. col. 1. & consulendo sequitur D. Ias. consil. 138. col. 2. lib. 4. & Fel. in c. quoniam frequenter. in princ. in 4. col. uers. per istam, ut lite non cont. & declarat latè Dec. in c. relatum. in prima & secunda col. de offic. deleg. ut proc. quando hæreditas est vacans: secus, si iaceret. quia tunc hæreditas defunctum repræsentat.

Procurator constitutus ad solutionem debitorum recipiendam, non potest agere in iudicio. est notab. dictum Bal. in l. 2. uersic. ex prædictis infero. ff. de iu. om. iud. & commendat Barb. in repet. rubr. extrà de fid. instrum. col. 15. uers. faciat.

Procurator emit fundũ nomine meo, ex pecunia sua, eumque multis annis possedit: an si ego repetam postea fundum, possim fructus quos ipse percepit, in sortem compensare? Bal. sing. decidit quòd sic. in rub. C. de contrah. emp. in 15. quæstione. & hanc decisionem pro singul. citat Francis. Crem. notab. 168. Titius. & commendat D. Ias. in l. 2. §. 1. col. pen. in 15. fall. ff. si cert. pet. & in l. non amplius. §. in ultimo. in secundo notab. de leg. primò. & in l. diuortio. §. primo. circa fin. ff. solut matr. ubi dicit, quòd hoc modo acquiram fundum, sine aliqua solutione pecuniæ. Tamen hoc declarari debet, non proc. secundum tex. notab. in l. si uero non remunerandi. §. si mihi. ff. mand. Item quando procurator petiisset pecuniam suam sibi restitui, quam in capsa non erat retenturus, per tex. notab. in l. socium qui in eo. in princ. ff. pro socio. & in l. 3. §. ultimo. & l. seq. ubi scrib. ft. de eo quod certo loc. benefacit l. 1. C. mand. ubi clarè Bald. in 1. & 2. oppo. cum his quæ latè scribit Do. Alex. in l. diuortio. in princ. in 12. col. uersic. prædictis

etiam.

etiam.ff. soluto matr. Ex quibus uidetur difficile dare casum, in quo dominus habeat fundum sine solutione pecuniæ.& maximè inter Ianuenses & Florentinos,qui nummos in arcam non recondunt. Nisi donationem in dubio uelimus præsumere, contra l. cum de indebito. §.pen.ff.de probat.cum uulgaribus.

Procurator in causa capitali, non potest constitui ad protestandum: quia nec ad comparendum.& protestatio succedit loco comparitionis. ita sing Bal in c.plerunque.in 1.col.uersic.nota ergo.extrà de rescri.& pro sing.commendat D.Ias in l.properandum. §. sin autem uterque.in 2.not.C.de iudiciis.

Procurator falsus præiudicat domino,quādo scit causam per talem procuratorem defendi: & non protestatur, quòd actus istius procuratoris sibi displicebant. ita eleganter Innocentius in c. ex parte decani circa med. de rescriptis. & pro eleganti citat D. Alexander post Angelum per eum relatum.in commento l.sæpe. col. 44.uersic. in gloss. in uerbo.de proprietate. in 50. col. & 4.seq.ubi saluat hoc dictum ab impugnātibus,in multis casibus.ff. de re iudic. & in l. 2. §. ultimo. in quarta col.uers.in gl.ff.soluto matrimonio.cùm his quæ etiam tradit Do.Ias.in l.à iudice,in 2. col.in 4.fall. C. de iudic.& D.Fel.in d.c.ex parte decani.in 3. col.uersic.subdit. & hoc dictum pro eleganti & singulari citat Do. Alex.consil.157. uiso instrumento col.3. uers.bene facit.lib.2. & Andr. Sicul.in repet. rubr.extrà de fid. instrum.col.57.uer.1.moueor. Et faciunt quæ de scientia & patientia latè tradunt Doct.ubique,D.Ias.in l.patre furioso. in 3.col. & seq.ff.de his qui sunt sui uel al. iur. & in l.2.§.uoluntatem.in primo not. & latius in l. quæ dotis ff. soluto matrimonio. & notab. dictum Guil.de Cu.in l.1.§.magistrum autem.ff.de exercit. de quo scripsi suprà in uerbo.Delegatus.Item facit,quod sing. decidit Bar.in l.post mortem in ultimis uerbis.ff. de adoptio.quem sequitur Ludouic. Roman.in l.uulgo. ff. de litem iuran.& pro sing. commendat & confirmat D.

Scientia, & patiētia an præiudicet.

Iaſ.in in repetit.l.admonendi.in 9.col.uerſic.confirmo etiam.per illum.ff.de iureiur. & in l.certi condictio. §. quoniam.in 5.col.ad fin.ff. ſi cert.pet.& D.Felin. poſt Aret.in c.2.in 3.col.uerſi.3.mouetur.extrà de iudiciis. Iſta omnia induci poſſunt ad deciſionem ſingul. quæſt. quam Bald. indeciſam reliquit, in l.ſi ut proponis.ad fi. C. de nuptiis. ubi quærebat: Monachus cum omnibus ſuis bonis tranſiuerat de una religione ad aliam, priori monaſterio ſciente & patiente,& in tota uita talis monachi,nunquam contradicente.Sed eo demum mortuo,cœperunt monachi prioris monaſterii petere bona: an per patientiam intelligantur ſibi præiudicaſſe, quaſi tacitè conſentiendo? Bald.non decidit: quia debebat in cauſa iudicare: ſed per illum text. dicit uideri argumentum quòd ſic. & per ſuprà relata.hancque Bald. deciſionem reaſſumit latè.Do. Alex.in l.quæ dotis. in antepen.col. uerſic.faciat etiam.ff. ſolut.matr.dicens pendere ex his quæ ſcripſerat in l.2.§.uolũtate.eo.ti.ubi uide. Nihilo minus præallegatum dictum Innoc. dicit communiter reprobari D.Fel.in c.cæterum.col. 3.uerſic.5.conſidera tamen.de iudic.

Progenies,quod etiã alio nomine familia dicitur,ſolennitatem teſtamenti mutare poteſt: & ſic conſuetudinem inter ſeſe inducere, & ſtatutum condere.ita ſingu. Ioan.Andr.referens Vber.ita tenere,in add.Spec.de inſtrumen.edit.§ compendioſe.uerſic.ſed nunquid dicemus,in hoc ſufficere, &c.in uerbo uel caſtri.quod alibi ſe nõ legiſſe refert.Angel. in l.3.ff.de teſtam.& eſt optima ampl.ad l.omnes populi.de iuſ. & iur. ut etiam ibi teſtatus eſt D.Crotus.in 4.col.

Promiſsio de faciendo & curando, non requirit interpellationem: ſed intelligitur, quàm primum poteſt, & ſufficit ſola ſcientia.ita ſingu.Bald.in c. 1.§.ad hæc.circa princ.in tit. hic finit lex Federici & pro ſing.commendat D.Iaſ.poſt D.Alex.in 6.col.ad fi.in l. quod te. in 8. col.uerſ.2.adduco.ff.ſi cert.peta.& ſequitur Aret.conſ. 142.ex facto proponitur.in 1.dub.in princ.& in l. ſi ita

ſtipulatus

stipulatus. §. possum. in primo not. de uerbo.oblig. D. Dec.consi.2. in prima col. & latius in pen. ubi disputat de eius ueritate.& sequitur & commendat D. Alex.con sil. 148.uiso themate circa princ.lib.7.

An autem liberetur talis promittens, si fecit quod po tuit, ut T. ratum haberet. latè Deci.ubi consulit quòd sit liberatus, neque pœnam incidat, consi.313. promisit D.Io.Maria.ubi citat Aret.& Ias.

Prorogatio iurisdictionis, si facta sit per cõfessionem, non habet locum pœnitentia. ita sing. Bal. in l. penul.C. ne de stat.defunct & pro sing. refert & sequitur D. Ias. in l.pen.in 3.not.C de pactis,& in l. si conuenerit.in 3. col.ad fin. & seq. de iur.om. iud. ubi tamen aliqualiter dubitat.sed eam sequitur ibi D. Alex.in 6.fall. Et potest confirmari: quia probatio per confessionem.tñ partis; est fortior probatio de mundo.ut p D. Ias. in l.cũ te trã segisse in tertio not.C.de transact. & est plenissima pro batio, ut dicit Corn.consi.261.de duob.col.2.uersi. con fessio. lib.ult. Et propterea dixit sing. Innoc. in c. quia plerique.col. 1.extrà de immu.eccle. quòd licet contra præsumptiones iuris non admittatur probatio, tamen admittitur per confessionem partis. & ideo si pars, in cuius fauorem lata est sententia, confiteatur eam iniu- stam: talis confessio operatur.ut non solùm non possit sententia exequi, sed etiam debeat retractari: de quo di cto scripsi infrà in uerb.Sententia. Et hæc etiã possunt confirmari ex his quæ sing.tradit Bal. in l. filium quem habentem.in pen.col.uers.ego breuiter.C. fam. hercis. de quo etiam scripsi suprà in uerb. Inuentarium. *Confessio partis quid operetur.*

Prothyrum & hypothyrum, ualuarũ hians cauitas ap pellari potest.nam ipsa ostiorum latera antas dicimus: & in hac significatione accipitur à Pomp. in l.penul de uerb. signi. & ab Vlp.in l.quæsitum.§.Papinianus.ff.de fund.instr. Vitruuius tamen scribit, prothyra pen. cor- repta, esse uestibula in domorum ianuis: quasi sit ma- gnum secretum. nam Grecis θύρα ianua, & πρὸ ante in- terpretatur. *Antæ. Pomp. & Vlp. locus*

Protinus dictio importat idem quod statim, & incōtinenti. tex. est in l. prima in prin. ubi Aret. in 3. not. & alij Mod. & in l. 3. §. in amittenda, ubi Do. Alex. in 1. not. & alij ad hoc not. ff. de acquir. poss. & adeò celeritatem desiderat, quòd dicit singu. Bal. in l. 2. in tertia not. per illum textum C. ut lit. pen. Quòd si constat iudici de crimine commisso in iudicio, potest punire, & imponere pœnam ordinariam, absque oblatione libelli, & ordine iudiciorum. & hanc decisionem Bal. approbat D. Alex. in d. §. in amittenda in primo not. & ibidem Do. Ias. in tertio notab. & Do. Ias. i. d. l. 2. in 4. not. & pro singu. citat Areti. in l. prima §. primo in 2. col. in prin. ff. de uerbo. obliga. & dicit uideri dubium, ex multis quæ ibi refert, & in eadem materia adducuntur contra aliam singu. decisionem Bal. huic similem, in l. quoniam la 1. C. de appella. de qua scripsi suprà in dictione Mox.

Hospitale. *Locus apud Imperator.*

Ptochotrophium Græcum uocabulum est, significatq; locum in quo πτωχο, id est mendici aluntur: ut scribit Suidas. Nos communi uocabulo hospitale uocitamus. Et in hunc significatum accipitur ab Imperatore in suis constitutionibus, licet codices plerique omnes mendosi circumferantur, ut in l. omnes qui §. priuilegiis, & in l. si quis ad declinandam, § sin autē ampliores, & §. hæc tamen loca, & in l. omnia priuilegia C. de episcopi, & cler. & in l. illud §. 1. ubi glossator, & in l. pen. in prin. C. de sacrosanct. ecclesi. & in authen. de alien. & emphy. in prin. & in §. emphyteoses uerò.

Pubertati proximus qui.

Pupillus, dicitur proximus pubertati, quādo excessit decimum annum cum sex mensibus. Pupilla uero, quando nonum annū, & dimidium decimi, glo. est not. licet uulgata in §. pupillus, in uerbo proximus, insti. de inut. stipul. & similis gl. in l. 1. in glo. ult. post princ. ff. de noua. & ibi Bar. in 2. col. uersic. uenio ad uersiculum illud, &c. latè tractat. Sed hæc proc. in ciuilibus. In criminalibus uerò, ad hoc ut pupillus dicatur proximus pubertati, ut possit puniri, debet solum distare à pubertate per sex menses. ita sign. Bal. in l. excipiuntur, per illum tex. ubi

ubi etiam Ludo.ſt.ad Syllan.& uidetur ſenſiſſe Bartol. in loco præallegato,dum reſpondet ad l.ulti.§.pen. ff. de lib.hom.exhib.& iſtam limitatiouem pro ſingula.cõmendat D.Iaſ.in auth ſacramenta puberum, in 4. col. uerſiculo ſequitur in tex.C.ſi adu. uend. & in l. properandum §. 1.in 2.not.C.ſi iudic.ubi alio modo limitat, quando malitia ſuppleret ætatem.iunctis his quæ latè, & ſubtiliter tradit Socy.in l. 1.§. 1. in prima,& ſecunda columna ff.de acquir.poſſ.& Do.Alex.in addi. ad Bar. in d l. 1.de nouat.

Pupillus cui pater arrogator ſubſtituerat pupillariter,non poteſt etiam cum tutore ſine iuſta cauſa aliena re res grauatas fideicommiſſo:quia adueniente caſu reſtitutionis,poſſet ſubſtitutus reuocare alienata.ita ſing. uoluit Bald.in l.nec ei,circa finem princip.ff.de adopt. ſequuntur Lud.& D.Alex.quos refert D. Iaſ. ubi dicit eſſe ſing.& memoria dignum,in l.ſi arrogator, in 3.no. in 10.col.eo. tit.

Purpuræ appellatione quid ueniat,quęſiuit Vlp.in l.ſi cui lana,§.ultimo titul.de legat.3.cuius uerba ſunt hæc Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto, ſed coccum non continebitur, fucinum, & iachinum cõtinebitur. Locus iſte proculdubio etiam cæcis médoſiſſimus poſſet uideri, licet Maf.Veg. in ſuo libello de uerb.ſign.clauſis oculis pertranſiuerit. Sunt qui ſuccinum reponant:ſed iudicio meo,non conuenit. Vera lectio eſt,Buccinum,& Ianthinum,eſt enim buccinum inter genera concharum,minor purpura,ad ſimilitudinem buccini,quo ſonus editur. quod uulgares cornu nuncupant.Buccinum non niſi petris adhæret,circaque ſcopulos legitur,de per ſe damnatur:quia colorem non retinet, undę pellagio alligatur, qui nimiæ illius nigritiæ dat auſteritatem illam, nitoremque. ita fit eximus ille color amethyſtus, de quo Plini. Naturalis hiſtorię libro 9.cap.36. cum quatuor ſequentibus capitibus,ubi latè tractat naturam buccini. & de Amethyſto idem Plin.lib.ulti.c. 15. Amethyſtum etiã inter gemmas

Vlp.locus.

Buccinum quid.

Amethyſtus color.

gemmas enumerat Pomp.in l.& si non sunt §.ulti.ff.de
Ianthinum aur.& argen.leg.Ianthinum autem,uiola est purpurea:
unde,& ianthina uestis,nam Greci uiolas ἴα uocant,ut
tradit Plin.lib.21.c.6.Martialis,

Coccina famosæ,& donans,& Ianthina mœcchę:
Vis dare,quæ meruit numera,mitte togam.

Ibi Ianthina uestis uiolacea interpretaturi ἴον enim uio
la,& ἄνθος flos: quia ex colore floris uiolæ,unde & Papin. Violantillam suam Ianthida dixit. Animaduertendũ tñ est quia Pliniani codices aliqui pro ia habẽt ita:
& pro ianthi,iacinthi,& hyacinthina uestis.quã lectionem si quis amplecti maluerit,in hoc nulla dignus esset
Hyacintus flos. reprehensione.Nã hyacinthus flos etiam, sicut,& lapis
est,à purpureo non multum distans colore,fulgore uio
laceo.Plin.lib.ulti.c.36.& lib.21.c.26.ubi radicem eius
pro cocco mangonicis notam dicit.Priori tamen,lectio
ni magis adhæreo.Hyacinthus flos ruber est,teste Vergil.dum iuquit:Et suauè rubens hyacinthus. Oritur ex
herba eiusdem nominis.ab huius similitudine,rubeę ue
stes hyacinthinæ nominatur.Persius.

Hic aliquis cui circa humeros hyacinthina lena est.
Diuus Hieronym.in Exod.scribit, pelles hyacinthinas
appellari à colore:& uelum ex hyacintho cocco, bysso
purpuraque contextum, in quo hyacinthus aeri deputatur,sicut coccus ętheri,byssus terræ, purpura mari, &
idem cum Iosepho asserit Ouid.lib.10.Metamorph. An
nua prælata redeunt hyacinthina pompa. Color autem
Hysginus color. hyacinthus,etiam hysgimus appellatur,à genere herbę
quæ hysge dicitur.Plin.tradit,hyacinthum, qui in Gal
lia plurimum prouenit,hysginum tingere, radicemque
habet bulbaceam: quam mangones idcirco habent in
precio, quòd pubertatem arcet. neque pilos erumpere
permittit.Hyacinthi color,ut dixi, purpureus est: ut ẽt
in amethysto, & in gemma illa iaspidũ genere, de quo
loquitur Plin.in præallegato lib. ulti. quam multi Ve-
Veneris gemma. neris gemmam appellant, albicante purpuræ deiectu.
Et hæc iuuat seriose retulisse, ut etiam corrigamus uer


ba

ba apud Imperatorem deprauata, de ueste hyacinthina, in l. prima C. quæ res uendi non poss. nam in codicibus impresis hyacinthia, pro hyacinthina, mendosè repositum est. *Locus Cod.*

Puteus qui seruit uiciniæ, uel alio modo communis sit, debet communi impensa refici: aliàs reficienti competũt illa remedia, quæ tex. dicit in l. cum duobus alias l. si fratres §. item respondit, qui cessantis. ff. pro socio & tradit Bar. qui loquitur, in molendino impetu aquarum destructo, in l. quominus, in ultima columna ff. de flum. ubi etiam Iason, & Ripa, ambo, in 24. columna super 17. quæstione Bartol. sequuntur quatuor modis limitantes. Vltra quos inuenio unam singula. limitationem Odofr. quam refert Alber. in d. l. si fratres §. item si communem, ut proc. solum in ædificiis urbanis: secus autem in rusticanis, quæ tamen limitatio uidetur confundi per doctrinam Bar. suprà allegatam: quæ communiter approbatur, cum loquatur in molẽdino: quod est potius rusticanum ędificium, quàm urbanum, ut firmat Bald. in l. certi iuris, in quarta quæstione C. locat. & sequitur Deci. consi. 262. in causa magnifici, in secunda columna, & eandem quæstio. etiam in molendino firmat Veronen. in seruitu. urba. titulo de refectione, in quarta columna, & caute. 153. sæpè contingit, & Cremen. not. 97. decidi pulchram, & de puteo habes decisionem Specu. in titulo de censibus §. primo, uersiculo item pone, quædam uicina, & sequitur Lud. sing. 68. puteus, & propterea tex. in d. §. item respondit, non sine mysterio loquitur de insula, quæ tam rustica quàm urbana dici potest: ut declarat gl. in §. insula, insti. de rei ũ diuis. Bar. in tracta. Tiberiadis. ca. de insula col. 1. gl. & Doc. in l. si insulam, ubi Alex. in 3. col. de uerbo. oblig. Alc. in l. urbana, de uerb. sign. & similiter Aret. in §. sequens, in antepen. columna insti. de actio. & Ias. in l. creditor, la prima ad finem ff. si cer. pet. generaliter loquuti sunt de re communi, & de puteo Do. Ias. in l. secunda in 6. not. de iure emphy. qui tamen sine dubio ita conuenit

uenit rusticano ædificio, sicut urbano. & probatur in l. is qui in puteum. in princ. ff. quod ui aut clam. Hæc quæstio hodie in facto pendet, & iudex inclinat, quòd d. §. idem respondit. generaliter debeat intelligi. & est memoria dignum, pro purgatione fontanilium, & fossatorum: de quibus Alex. loquitur cons. 54. uiso processu. col. ult. lib. 5. cogita tamen, quia magna est auctoritas Alber. in practica. qui etiam aliter, & secundo modo in l. 1. §. ult. ff. de impe. in reb. dot. fac. limitat d. §. item respondit. ut proced quando fit impensa in re, in qua socius habet aliquod ius dominii, uel seruitutis: aliàs secus. tamen Albe. in meis lecturis non legit illum titulum: ideo fides sit penes eos, à quibus ego didici.

Q



QVALITAS legis uel statuti, ex qua quis agit, dêt allegari & probari. Bar. î l. 1. §. 1. ne quid in flum. pub. & tradit Dec. cons. 13. col. 5. uers. non obst. successiue, &c. loquês in duabus qualitatib. à statuto requisitis. & ideo sing. Io. And. c. 1. in 2. col. ad fi. in uerb. Christianorum. de homic. lib. 6. in nouella per illum text. se euasisse, quendam prælatum, contra quem erat probatum quòd fecerat assassinari quendam hominem: sed non est dictum ꝙ esset Christianus: & ideò cum deficeret qualitas necessaria, per illum cap. fuit liberatus. Et hoc dictũ elegãter reassumpsit Bal. in l. si quis non dicam rapere. col. 3. C. de episcop. & cler. ubi monet aduocatos, ut in formandis capitulis seruent uerba legis, uel statuti: quia alias probationes non releuarent. & illud etiam multũ pro sing. citat D. Alexan. consi. 3. in causa & lite. in 2. col. in 2. lib. & sequitur Corn. cons. 17. in hac consultatione. col. penult. lib. 1. & latè D. Fel. in c. audistis. col. pe. uersic. 2. conclusio. extrà de præscrip. & in c. 2. col. 14. uers. restrin-

restringitur.de rescrip.& in c. super his.col.9. uersic.4. conclusio.de accusat.post Alex.in l.diuus.in 5.col.ff.de re iud.& cons.ult.uiso.col.1.lib.2. & cons. 172. uisis & opportunè.col.2.co.lib. quod est repetitum consil.41. lib.4.Dec.cons.159.lætatus sum.col.2.& Alex. cons.1. col.6. uers.hoc probo. lib.3. & cons. 166. in fin.lib.7.& cons:82.uiso.col.4.lib.3. & in simili etiam faciat, quæ de qualitate personæ exprimenda in legitimatione retu li suprà in uerb.Papa an corrigatur.

Et ulterius etiam confirmari possunt, quia aliàs dicimus quòd testes deponētes ad dissolutionem matrimonii respectu gradus consanguinitatis, sint circumspecti, & omni exceptione maiores. ut est casus in cap. primo. de consang.& affin.& testes non ascripti contradicentes instrumento, debent esse multum idonei, & omni exceptione maiores, secundum doctr. Bart. in l. 1. §. si quis neget.in ult.col.quemad.testa.aper. quòd tunc talis qualitas debet capitulari, & probari secundum Bar. ibidem, ubi instruit aduocatos ut faciant articulum circa hoc, cuius dictum simpliciter sequutus est. Dec. consil.37.in causa rigorosæ accusationis. col.4.uers.3.prin cipaliter & Cœpol.consil.58.Fran.col.pen. distinguendo tamen ut per Socy.latè consil. 122. in causa dominæ Lisæ.in 10.col.uers.postremò.in 2.lib. & D. Franci.de Curt. consil.55. super processu.col.4.uers. & minus. licet contrarium teneat. D.Felin. in c.cum Io. heremita. col. 14.uers.an autem oporteat.de fid.instr.& Barb.consil.39.ad fi.in 1.lib. Item & secundò confirmari possunt ex notab.dicto Ang. in l. 1.col. 1.post princ. C. de Nili agger.non rump.ubi in notab.casu decidit, scientiam requisitam debere articulari & probari. Tertio adde, quod egregiè decidūt Iac Butr.& Fulg. & Saly.in l.mā cipia.C. de ser. fug. quorum decisionem reassumit pro sing. Lud.Ro.relatus per Dec.consil.90.pro tenui facultate. col. 1.ad fi.& seq.

Qualiscunque probatio, si admittatur per statutum cō tra magnates, tamen debet esse talis quæ de iure ualeat.

leat, ita notabi. Bald. in l. 2. §. prætor ait. uersic. & filius. ff. qui satisd. cog. commendat Do. Ias. in l. quicunque. in prin. in 2. not. ff. de uerb. obl. ubi tamen uidetur dubitare: quia hoc modo statutum superfluum redderetur, quod absurdum uideri posset. ut etiam dicit Bal. in l. terminato ante fin. C. de fruct. & litis expen. cum similib. traditis per Corn. consil. 11. stantib. dictis statutis. in 1. & 2. col. in 1. lib. imò ita debet interpretari, ut aliquid addat iuri communi: ut per multa tradit Alex. cons. 49. mature ponderatis his in fi. in 1. lib. Sed pro Bal. dicendum est, quòd operabitur hoc. nam ubi à iure communi requirerentur, puta duo testes: sufficeret contra magnatem unus, qui à iure non sit prohibitus, ut quia non sit inimicus, uel infamis: uel sufficeret contra magnatem quodcunque indicium, quod in illo casu de iure communi non reciperetur, dummodo illud indicium sit legitimè probatum. & sic statutum multum operabitur. Et hoc dictum Bald. ita declaratum confirmo per illud, quod signanter decidit Saly. in l. si serui. in 3. col. uersi. exemplum. C. de noxal. quòd stante statuto, quòd quilibet cuiusuis cõditionis possit testari: non intelligitur de illis qui carent iudicio, aut uelle non habent: ut monachi, infantes, & furiosi. operabitur tamẽ illud uerbum Cuiusuis, ut non solum habiles de iure communi. sed etiam alii poterunt testari Salyc. formaliter ita refert, & sequitur cum multis simil. quæ hic adduci possent, D. Fel. in c. sedes. in antepe. col. uersi. pro quo ult. extrà de rescriptis. & illud idem quod suprà, tenet etiã Bal. in l. 1. circa fin. per illum text. C. de fid. instr. qui secundum prædicta intelligi debet. Eumque in specie refert & sequitur, cum multis similibus, Andr. Sicul. in repe. rub. C. qui admi. in 38. col. in prin. iunctis his quæ latè scribit Dec. in consil. 38. in causa rigorosæ accus. per totum. Sed an contra talem probationem poterit per magnates contrarium probari, uideretur quòd non: ne eludatur dispositio & mens statuentium, propter potentiam & timorem aduersari. tamen contrarium

rium decidit sing. Bald. in l. si tutor petitus. ad fin. C. de peric. tut. ubi hoc putat bene not. & idem reperiit in l. qui accusare. in ult. col. uersic. ult. nota. C. de eden. & in l. ult. in 4. col. uers. ex hoc deciditur quęstio. ff. de feriis. & in l. diuus. uers. 4. est argumentum. ff. de testam. mili. & latè reassumit Andr. Sicul. in pulchra quæstione in tract. de præst. Card. in secunda quæstione ultimæ partis. in 2. col. & D. Felin. in c. cum contingat. in 2. col. in princ. extrà de rescript. & Dec. in d. cons. 37. col. 6. uers. 5. post Alex. cons. 16. col. 3. in princ. lib. 5. Secundò circa prædicta quæri posset, quid si per magnatem persona fictè interposita est, an eludetur statuti dispositio? putarem quòd sic: quia est fraus de persona ad personam. & per hoc adduco sing. dictum Bald. in l. non dubium. in 4. col. circa princ. in uersic. redeo ad oppo. C. de legib. ubi dicit, quòd si per statutum prohibitum sit, magnatem emere possessionem uel rem immobilem in ciuitate uel suburbiis, & magnates faciant instrumẽtum dicere de quodam suo famulo populari: nihilominus talis contractus non ualet, neque statutum euitatur. quod dictum pro sing. commendat And. Sicul. in tract. de præst. Card. in tertia quæstione primæ partis. col. 5. uersic. facit sing. & idem in pulchra quæstione concludit Bald. consil. 290. hæ quæstiones. in alio passu. in 3. lib. & prędicta sunt memoria digna contra deputatos locis piis, qui emptores summittunt. Et ideo eleganter Bald. in l. mancipia. C. si quis al. uel sibi. per illum textum, inuehitur contra prælatos, qui ementes aliquid immobile de pecunia ecclesiæ, faciunt apponere nomen alicuius amici in instrumento emptionis, ne ecclesiæ acquiratur. licet contra eorum dolum per leges obuiam itum sit, ut ibi per eum.

Et notabis generaliter ad prędicta, quòd licet regulariter statutum uel consuetudo indiscreta non ualeat, puta quòd credatur omni scripturæ mercatoris pro se, ut sing. dicebat Bal. in l. 1. in 4. col. uersic. si autem consuetudo. C. de confessis. cuius dictum pro sing. approbat

Panor.ut refert D.Francis.de Curt.in repetit.l. admonen.col.55.uers.limito.ff. de iur. iur. de quo tractauimus suprà in uerbo, consuetudo indiscreta: tamen in aliquibus specialib.casibus habentibus rationale motiuum,admitti potest:ut pulchrè concludit Mathes. notabili.11.nota quod consuetudo:

Quandocunque dictio adiecta pacto, in hanc sententiam, ut liceret conductori recedere à contractu post mensem quandocunque uolerit, nisi fuerit sibi seruata fides:intelligitur, nisi post mensem fecerit actum, per quod uideatur ab illa facultate recessisse: puta si petierit sibi promissa adimpleri.ita sing. Sal. in l. commissoriæ in fi.C.de pactis inter empt. & uen.& pro aureo dicto commendat latè D.Fel.in c. sedes.col.11.uersic.facit.extrà de rescript.Et ideo dicit eleganter Bal.in consil.67.quia ex facto. col.2. lib.3. quod ista dictio licet uniuersalis, tamen restringitur secundũ naturam actus cui attribuitur.argu.l.si uno cum simil.ff.locati.& idem etiam concludit Corn. consil.199. præsenti consultatione.col.4.lib.2.est tamen talis dictio apta, de sui natura comprehendere infinitatem, ut per Alex. consil. 145.quoniam abunde.col.1.lib.2.

Quibuscunque dictio adiecta inuestituræ, pro me & successoribus meis, facit quòd feudum transeat etiam ad legatarios, qui improprie hæredes appellantur: ut est singula decisio Bal.in c.imperialem.in princ.in pen. col.uersic. deinde uides quòd uasallus, &c.de prohib. feud.al. per Fed. quam sequitur D. Fel. in c. quia Gu. col.ult.circa prin.de iudiciis.& Pichus in rep.§. Titia. in 25.q.& Ias.consil.89. col.2. lib.3. & pro singu. citat idem D.Ias.in l.cum filiofam.in 13.col.uersic. succesiue in quantum Bart. de leg. 1. & in l. quodcunque .in prin.in 2.not.de uerb.oblig.& in l.2.col.67.in 14.q.C. de iur.emph.& in præludiis feud.col.13.uers.an autem feuda, &c. ubi tenet, quòd uigore istius dictionis feudum transit etiam ad fideicommissarium, quia non retinet propriam naturam feudi, etiam quo ad extraneos hæredes.

hæredes. ut etiam per eundem l. quædam. §. nihil interest. in 2. not. ff. de eden. & late And. Sic. in rep. l. cum acutissimi. col. 70. uers. & ex istis sequitur conclusio. C. de fideicom. & hoc dictum Bald. etiam approbat Corn. consil. 16. aperta fronte. in 4. col. uersic. & maxime: quia subdit lib. 1. post D. Alex. consil. 9. uisis dicto themate. col. 1. uersic. nunc arguo. lib. 2. & Soc. consil. 95. capiendo primum. col. ult. post princ. lib. 1. & consi. 114. in causa quæ uertitur. col. 16. uersicul. præterea Bal. lib. 2. tamen hoc dictum Bal. nec non decisionem Soc. in d. consil. 114 reprobat Dec. consil. 171. in causa. col. ult. late insistit Barb. consil. 62. col. 11. lib. 1. & Curt. consil. pen. col. 4. & seq.

Quarta hodie secundum communem opinionem potest per testatorem prohiberi ut late habetur in l. Marcellus. in prin. ff. ad Trebel. & in authenti. sed cum testator. C. ad l. Falcid. & late scripsi infrà in uerb. Trebellianica. ubi ampliaui hoc etiam procedere in filiis primi gradus, secundum opinionem quæ apud collegium nostrum præualuit. licet Bal. singulariter in l. iubemus. in princ. in 3. not. per illum text. & in 2. col. uersic. & ego iam dixi. C. ad Trebel. fuerit in alia sententia. cum quo etiam transiuerunt plerique alii non paruæ auctoritatis Iureconsf. ut ibidem seriose retuli. Sed quid in quarta debita ecclesiæ parroquiali, de qua in cle. dudum. §. uerum. ubi omnes, maxime Cardin. de sepult. dic, quòd eam testator non potest prohibere. tex. est in c. requisisti, ubi omnes, extrà de testam. & ponit Domi. Alex. consil. 196. uiso testam. colum. penult. circa med. libri secundi.

Quis, uel qui relatiuum, positum sine copula, restringit præcedentium significationem. textus est, qui ad hoc communiter allegatur, in l. ea tamen adiectio. ubi Bartolus ita sunt. ff. de legatis tertio. Ista regula declaratur pluribus modis per Doct. ubique inter alia notabis elegantem decisionem Bald. in rubr. C. de contr. emp. in pen. col. in 22. quæst. ubi quærit Pone, uendidi

tioi fundum Cyprianum, quod est perticarum centum. illud relatiuum quod, cum sit absque copula, deberet restringere: ita quod si esset centum & uiginti perticarũ, non deberet uenditio extendi, nisi ad perticas centum. Bal. ibi subtiliter disputat, & postea singulariter distinguit, quod si in contractu principaliter tractauimus de numero perticarum, ut quia statuimus precium decem ducatorum pro pertica, tunc relatiuum restringit: Secus, si statui precium toto corpori simul. quia hoc casu non restringit, imò perticæ uiginti cedunt lucro emptori, nisi ex excessu precii aliud colligeretur. ita ibi singulariter determinat Bal. & latius reassumit Pau. de Cast. ubi dicit memoria dignum: quia uidit sæpius dubitari, in l. si seruum. §. 1. ff. de actio. empt. & in l. 2. in fin. C. de pericul. & commod. rei uend. & ante eos consuluit Old. cons. 197. in cócessione cuiusdam donationis. quem refert & approbat D. Alex. cons. 127. uiso processu. post princ. lib. 2. & Corn. cons. 59. licet uideatur, col. 1. & secunda, lib. ultimo. & Alex. cons. 120. omissis, col. 2. lib. secundo. Deci. cons. 179. uiso eleganti, cons. col. 1. ad fi. Alex. cons. 106. uiso processu. & consilio sequent. lib. 6. & cons. 73. uidetur prima consideratione, colu. 1. ad finem, & sequen. lib. 3. & latè consil. 159. in causa & lite. col. penult. lib. 5. Socin. consil. ultim. duo uidebantur. per totum. lib. 3. & consil. 32. lib. 4. col. 1. Deci. consil. 347. prima facie, per totum ubi ambo latè declarant, post Abb. in c. per tuas. in ult. col. de dona. & latè etiam Ias. consil. 55. ad fin. & consil. 73. col. 1. & cons. 79. per totum, lib. 1. & est singul. distinctio Sal. in hac materia in l. 2. C. de contrahen. empt. tradit Feli. in c. significante, in 3. colu. ad fin. & seq. de rescript. & pro singu. latè citat D. Iasen. in repe. l. cunctos populos, in prima col. uersic. tertio limito. C. de summ trin. & fid. catho. & in lect. eiusdem l. in prima col. in quinta fall. & in l. serui electione. §. ult. col. ult. uers. 4. istam legem de legat. 1. & ponit Bar. in l. Iulianus. §. si Titius. ff. de actio. emp. & Baldus in l. sicuti. C. de act. empt. & consuluit etiam Paul.

Paul. de Castro consil. 377. in causa quæ uertitur, in antiquis

Prædicta proced. in contractu uenditionis. quid autem sit in legato uel donatione, in quibus non tractatur de precio, ponit latè D. Iaf. in l. si fundum sub conditione. §. si libertus in ult. nota. per illum tex. de leg. 1. post Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de empt. & uend. § 1. ad fin. Alex. conf. 107. quamuis, lib. 6. ubi idem concludit in donatione q in uenditione: ampliando etiam, ut late per Alex. conf. 8. uidetur fortasse. per totum lib. 4. ad quem recurre: post Imo. in c. per tuas ad fi. de don. quem sequitur Curt. in conf. 131. col. 2. & ponitur tertius casus per Doct. conf. 500. in causa.

Quod dictio, suspendēs dispositionem in aliquem futurum euentum, facit conditionem, secundum Bart. in l. 1. col. 6. uers. ulterius quęro. de cond. & demon. & propterea egregiè multum in proposito consuluit Alexan. conf. 3. col. 1. & 2. lib. 1. q si paciscor facere conductori illud restaurum quod faciet talis meus uicinus suo conductori, seu quod faciet ducalis camera suis publicanis: quòd si uicinus uel camera nullum fecerit restaurum, neq; ego ad aliquod tenebor. & est memoria dignum, quia mihi pluries ex facto incidit. Sed tamen contrarium in eademmet causa consuluit late Bertol. Socyn. conf. 44. in præsenti. lib. 1.

R



ATIO generalis extendit legem, etiam specialiter loquentem. Bart. sing. in l. regula. § si quis per illum tex. ff. de iur. & fac. ign. & pro sing. cōmēdat D. Iaf. in l. 2. col. 74. uers. ꝓ hac parte. C. de iur. emp. & reassumit D. Alex. conf. 111. pōderatis uerbis inquisitionis. col. pen. uers. & cum ibi. in 1. lib.

Ratio dicitur certa,& expressa in l.uel statuto,quādo unica tantum potest reddi.ita singu.Bal.in l.maximum uitium,in quarta col.in principio C.de lib.præter. argumento l. fundus qui locatus,& l.seq. ff. de fund.instruct.hoc dictum commendat Do. Alexand.in l.si constante,in princip.in quinta columna, uersiculo fortius, ff.soluto matrimonio,& l.mutum.columna tertia,uersiculo Paulus de Castro hic ff. de acquir. hæreditate , & in consilio 48. uisis , & opportunè digestis , in secunda col.libro 1.& consilio 24.animaduersis, in ultimis uerbis,in secundo libro & consilio 50.uisis actis, col.4.lib. secundo,& consilio 185.uiso titulo columna prima,circa medium,libro secundo,& consilio 190.maturè digestis,columna penultima eodem libro , & in l. serui electione §.primo,columna 1.de legatis primo.Deci.consilio 15.columna 3. uersiculo secundo principaliter, & consilio 64.col. 1.D.Feli.in capitulo 3.|ad finē de constit.& in c.si quando,col.8.uersiculo considera nono de rescriptis,& Corn. consilio 15. ex quo dictus Frāciscus columna 3. uersiculo ubi enim unica, &c. libro primo, & in cons.217.Quiriacus de Anchona , col. ultima lib. tertio . Et potest confirmari per ea quæ scripsi infrà in uerbo,Verbum præsentis. Secūdò cōfirmari potest per aliud solēne dictumBal.in l.eam,quam in 9.col.uer.demum quæro:Dominus Comes Sabaudiæ C. de fideicō. ubi notab.decidit,ꝙ si princeps concessit in feudum aliqua castra mihi,& filiis meis procreatis,& procreandis, licet regulariter nōn transeat ad naturales,c. 1. §. naturales,si de feu.fue.contro.inter dominum,& agnatum, tamen si princeps sciebat me solū habere filios naturales,extenditur priuilegium, tanquam si expresse de naturalibus dictum esset,& ita ex facto dicit se consuluisse,fretus eleganti doctrina Bal. And.Sicul.in commento l.cum acutissimi,col. 109. uersiculo nunc uero est in sistendum C.de fideicom.& in tract. de præst. Cardin.in quinta quęstione primę partis,in ultima colum.Sed an in dubio ratio in l.uel statuto præsumatur unica , Sali. singula.

Feudū quādo transeat ad naturales.

Ratio an præsumatur unica.

singula.decidit ꝙ non,in l.serui uestri,in septima colu. uersiculo quapropter ego,C.de noxal. quod pro nota. & memoria digno commendat D.Alex.in l. si constante,in prin. in 5.col.uersiculo,sed quid ff. solut. matrim. & pro sing.citat D.Iason in l.quamuis,ad finem. C. de fideicom.& in authentica quas actiones,col. 6.uersiculo adde idem esse,C.de sacrosan.eccle. Cur.iunior con silio 6.columna quinta.

Et ulterius dicebat eleganter Bald.post And.de Barrulo,ꝙ ad iustificationem statuti,sufficit rudis æquitas laicorum, ex quo in lege ratio non est de substantia,iuxta l.non omnium ff.de legib.ita Bal. consilio 473. circa quæstionem præcedentem.in secunda colu. in ult. lib. nam statuta pro maiori parte potius consistunt in Sic uolo,sic iubeo,quàm in modulari ratione:ut inquit Bald. in capitulo primo in fi.de feud.alienat. Et nota diligenter, ꝙ quando ratio non est scripta in lege,non possumus super ea nos fundare:dicit Bal.in l.si defunctus C. de suis,& leg. quem ita refert D.Alex. consilio 55.consideratis uerbis dicti statuti,in ulti.col. uersi. & ad hoc primò adduco,libro primo,maximè si uigeret statutũ, quòd uerba statutoria, intelligerentur ad literam prout iacent,ut latè declarat Anch. in c.canonum statuta, col.ult.circa fi.de constit. *Ratio in lege non est de substantia.*

Rationis identitas operatur,ꝙ quamuis de uno tantũ fiat mentio,uideatur fieri exemplariter,nõ restrictiuè. ita eleganter inquit Bal.in l.de quibus,col.3. uer.item nota ꝙ non dicitur ff.de legibus,quæ uerba sunt diligẽter notanda,quia Bal loquitur in materia pęnali: ut ẽt ponderat D.Alex.in l.sororem,in ult.col. post med.C. de his quibus ut indig.ubi refert Petrus de Anch. ĩ hoc sequi Bal.in capitulo 1.de constit.in uérs.inter consilia quæ habeo,sequitur etiam D.Ias. in l.à Titio ad finem princip. de uerbo. obligatio. Tamen in contrarium facere uidetur, quia confugiens ad ecclesiam tutus est, fauore religionis:toto titu.C. de his qui ad eccle.confug.etiamsi esset excommunicatus, secundum aliquos, *Religionis fauor.*

Oo 4 ut

Fugiens ad collum sacerdotis portantis corpus Christi, an sit tutus.

ut refert Fel. qui totum contrarium tenet in c. 2. col. 2. uer. & scias, de excep. sed qui confugit ad collum sacerdotis portantis corpus Domini nostri Iesu Christi, uel qui recipit corpus Domini, non est tutus, ut dicit glo. sing. in c. quæsitum est, 13. 2. q. 2. & tamen eadem ratio uidetur et in isto: imò maior, cum corpus Christi maius sit omnibus aliis sacrificiis: ut dicit tex. in c. nihil de consecrat. dist. 2. Est uerum, q̄ gl. sentiens difficultatem in d. c. quæsitum, dupliciter respondet, & est sing. in hoc secundum Barb. in tract. de præst. Card in 9. primæ partis, in 2. col. & memoria digna pro declarat. titu. de his qui ad eccle. confug. tamen contrarium ibidem per pulchras rationes tenet Anch. cuius opinionem approbat Ludouicus sing. 337. dicamus.

Vlp. locus.

Rauca uermis est, cuius meminit Plinius Nat. histo. 17. Olea (inquit) ubi quercus effosa sit, malè ponitur: qm̄ uermes qui raucæ uocantur, in radice quercus nascuntur, & transeunt. de his etiam mentio habetur apud Vlp. in l. ex conducto §. 1. ff. locati, quem retuli supra in prioribus memoralibus, in dictione Locator, licet glossator noster de spinis itellexerit, nullo auctore.

Accursii error.

Rector non potest repudiare legatum factum monasterio, etiam nondum agnitum. ita singula. Bal. in l. contra iuris. §. 1. ff. de pact. & pro singu. commendat Crem. not. 123. tu scis.

Ius accrescēdi habet locum in uocibus.

Rectores collegiorum, seu uniuersitatum, possunt suspendere uoces, & potestatem illorum qui nolunt congregari, & ita expedire res collegii: quia etiam in uocibus habet locum ius accrescendi, morte, priuatione, & suspensione, ita eleganter Bal. in l. unica, in ult. col. uersi. duodecimæ, & ultimæ, C. quando non pet. part. cuius dictum commendat, & sequitur Bertol. Veronens. caut. 54. in uocibus, & Do. Ias. in repet. l. re coniuncti, in ult. col. uers. similiter in uocibus ff. de lega. 3. & potest practicari in scolasticis, qui nolunt obedire rectori: & etiã in Cardinalibus, qui nolunt parere Pontifici, sed tentant schisma suscitare, & Bal. etiam sequitur Deci. consilio

fi.214.in causa cathedralis, in 6.dub.

Regula quotiens traditur in aliqua lege uel canone, in illis non est necesse formare quæstiones: & per consequens, nec casum in terminis ponere. ita eleganter dicebat Bal. in c. mãdato, extrà de proc. in primis uerbis, & reassumit And. Sicul. in commento l. cum acutis. col. 28. circa med. C. de fideicom.

Regula instrumentum est, ad oleum conficiendum paratum: sicut etiã fiscus, de quo suprà suo loco diximus. Colum. lib. 1. Aut regulis (inquit) si consuetudo regionis, aut certè nouis fiscis exprimi debent. Idem: Oleam frangito, eamq; uel in regulas, uel in nouos fiscos adiicito, & de hoc instrumento intellexit Vlp. in l. sed addes, §. illud nobis ff. locat. licet sciolus nescio quis corrector tegulis reposuerit. *Vlp. locus.*

Relationis natura, sicut & demõstrationis, est natura ueritatis, ex coniunctione scripturarum patens, & ideo ea quę ueniunt per modum relationis, uerè & propriè inesse dicuntur. ita sing. consuluit Bal. in conf. 212. ea quę ueniunt, in ult. lib. ubi per hoc infertur, q; fideiussor uerè, & propriè promittit eandem summã, quam reus principalis: licet nõ specificet in instrumento fideiussionis, nisi relatiue ad instrumentum principalis: & hanc decisionem Bal. pro sing. refert Do. Ias. ubi tamen arguit in contrarium, in l. ubi autẽ non apparet §. illud, in 1. not. ff. de uerb. obli. quod bene nota, ad statuta quæ propriè intelligenda sunt iuribus uulgaribus: & adde etiam ad ea quæ late tradunt Mod. in l. certum est, ff. si cer. pe. Et in proposito benè facit no. dictum Ang. in l. prætor ait §. 1. ad fi. ff. de ope. no. nun. cum his quæ ibi late congerunt Mod. & D. Fel. in c. trãslato, in 3. col. post med. de const. & in c. cũ dilecta, in 19. col. uer. pro istis etiã facit de rescr. post Alex. conf. 80 uiso, col. 4. lib. 1.

Secundò facit singulare dictum Bald. in l. tertia, per gl. ibi C. de nupt. de quo infrà opportunius faciam mentionem in dict. Secundum, & ideo dicitur, quod relatio refert tempus, & qualitatem. Dec. consilio 90. columna pen.

pen.& consi.325.col.ult.& alibi sæpe.

Reliquiæ præcedentis officii, uel qualitatis, habentur in consideratione: & ideo offendens Potestatem, uel eius familiam, tempore syndicatus, ita debet puniri, ac si eum offendisset tempore officii, propter reliquias pristinæ dignitatis. ita multum signanter decidit Bal. in l. obseruare. §. proficisci. in 4. col. uersi. 7. quæritur. ff. de offi. procons. & legat. cuius uerba commendat Do. Ias. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in 5. no. ff. de uerb. oblig. ubi multa similia ad hoc cumulat, quæ ante eum posuit D. Fel. in c. quæ in ecclesiarum. col. 34. uersi. fallit quintò. de constit. quibus adde quæ latissime scripsi in uerbo, Dignitas. & in uerb. Potestas.

Repræsaliæ si concedantur contra omnes ciues, non comprehenduntur habitatores oppidorum, uel castrorum, qui, ut est Modoetia, non habent episcopos. ita sing. decidit Bal. in l. si in aliquem. ff. de off. proconf. & leg. pro sing. citat Crem. not. 26. concessæ. Addo magis in specie, quòd concessis repræsaliis contra Mediolan. non ueniunt oppidani, uel castellani ducatus Mediol. ita inter notab. tenet Bal. in auth. & omnino, in pen. col. uers. sed hic dubitabitur. C. ne uxor pro marito. & utrã que decisionem late sequitur D. Fel. in c. Rodulf. in 9. col. uersic. faciunt etiam, extra de rescript. quod bene nota: quia aliàs dicimus, quòd qui ex uico ortus est, eã patriam intelligitur habere, cui reip. uicus ille respondet. ita inquit Iureconf. in l. qui ex uico. ff. ad municip. declarat latè Bart. in l. 1. in 1. & 2. col. eod. tit. cum multis concord. sed hoc ideo statutum uidetur, quia præsens materia strictè interpretatur: & odiosa est, cum per eas unus grauetur pro debito alterius: quod est contra omnes regulas, toto tit. C. ne uxo. pro mar. & C. ne fil. pro pat. & in pulchra quæst. consuluit Corn. post Bald. Nouell. in consilio 62. clarisma mihi uidetur. in 3. lib. Quid autem si Mediolanensis alibi habitaret, an possit capi uigore repræsaliarum concessarum contra Mediolanenses? Socy. in rub. solu. matr. col. 3. ubi declarat. Et

quid

quid si post concessionem natus sit aliquis, an comprehendatur lege? Paul. consil.314. super eo in 2.dub. in antiquis.

Rescriptum impetratũ fuerat à nobilissima matrona, vt ei semel fieret copia uidendi illustre monasterium Cartusiæ agri Ticinens.postea datum est superiorib.diebus, ut omnes mulieres possent ingredi ob funus auiæ Christianissimi regis nostri Ludouici, ibi translatæ. simulque etiam cum aliis ingressa est præfata domina:dubitatum est,an rescripto suo speciali posset uti?respondi,quòd non:licet aliqui contradicerent. de hoc est notab.doctriua Alber.in terminis.in 2.parte statutorum, quæst.181.per D.fratrem Vbertum.&c.quam approbat D.Alex.consil.16.breuiter in casu.in 4.lib.& D.Fel.in c.1.in ult.uerbis.extrà de rescript.Confirmatur per regulam l.boues.§. hoc sermone.ff. de uerb.sign. Sermo enim simpliciter prolatus, in omni materia intelligitur de primo actu tantùm. ut late tradit per 16. similia D. Ias.in l.duobus.§.si ei.in 1. & 2.col.ff.de iur.iur.& reassumit in l.diuortio.§.quod in anno.in 2.& 3.col.ff.sol. matr.post D.Fel.latissimè in c.ult.in 1.col.in 4.seq.de treg.& pac.ubi etiam refert decisionem hanc Alb. Bene facit,quod notab.decidit Bal. de eo qui promisit aptare molendinum in l.licet.in 4.quæst. C. locati.& pro notab.reassumit Crem.nota.146.decidi semel.& citat Alexand.consil.190.mature digestis.col.2.circa med.lib.2. & in d.consil.16.lib.4.Firm.in tract. gabeli.in 2. parte. quæst.25.& latè D.Ias.in repet.l.quominus. in 24.quæstione.ad fin.ff.de fluminibus.& ideo dicebant sing. Innoc.& Ioan. Andr.in c.dudum. de decimis, quòd semper dispositio superioris debet interpretari, ut non intelligatur superior dispensare,nec inutile confirmare, sed potius ius commune sequitur. quod dictum sequitur ibi Anto. de Butr. dicens, ꝙ de facili alibi non reperitur. ut etiam retuli suprà in uerb. Confirmatio. & reassumit Bald.in l.bonorum col.prima.in secundo not. C. qui adm. & Paul. de Castro in l. ex imperfecto. C. de

Sermo simpliciter prolatus, &c.

de testamen.& D. Alex.cons.33.uiso themate, col.2.in 1. libro cum his quæ scripsi suprà in uerbo, Princeps. Hinc est, ꝙ rex faciens actum auctoritate regia, debet exprimere se hoc facere auctoritate regia, aliàs staremus iuri communi, si esset possibile: ut eleganter dixit Bal.in cap 1.§.item sacramenta, col.pen. uer.2. utrum rex in tit.de pace iur. firm. quem cum aliis similibus citat D.Feli.in c. 1.col.10.circa med.in prima declaratione quartæ fall.extrà, de constitu.

Rescripta debent intelligi salua, & firma manente dispositione legis municipalis,& consuetudine, ut in pulchra quæstione tradit Bal.in l.prima colum. 2. C.si propter publ.pens.refert,& commendat And. Sicul. cons. 13.sapienter scripsit, col. 4. & cons 51.scripsit glossa. col.3.lib.2.

Restitutionis in integrum tempus nunquam currit ei, qui probabiliter ignorat: etiam si staret per centum annos.ita sing.Bal.in l.pen.circa medium C. si ex falsis instrumentis,scripsi infrà in uerbo,Tempus,& consuluit Socy.cons.66.ad fi. lib.4.

Retiarius dici potest ille,qui iacit rete ad pisces capiẽdos;ut patet in l.si iactum ff.de actio.empt. & ideo sunt qui apud Pau.in l,qui ratiario.tit.de pig.act.putent retiarium,& rete ubique legendum. Sic etiam Retiarius dictus est alter ex gladiatoribus qui fugientem, uel fugam simulantem sequeretur,ut rete immitteret, quod pugnæ genus primum à Pittaco Mityleneo, uno ex septem sapientibus,institutum est,de quo Valerius Max. in primo, & Festus: Retiario (inquiens) pugnanti aduersus Mirmillonem cantatur. Non te peto,piscem peto,quid me fugis Galle?

Pittacus Mitylenens.

Mihi tamen magis placet antiqua lectio,neque est ꝙ reformidemus, à rate ratiarium deducere: quia eodem modo à naui,nauicularius formatur, ut apud Iureconsul.in l. 1.ff.quod cuiusque uniu.nomine,& in l. semper in pluribus locis,ff.de iure immu.non tamen ut de opifice intelligamus,prout sensit glossator:sed de negotiatore.

Nauicularius.

re. Possemus etiam mutato solum uerb. Retiario, cætera retinere, hoc modo: Qui retiario credidit, cum ad diem pecunia non solueretur, ratem in flumine, & reliqua. & sensus Iureconsul. optime illud permittit. Piscatores enim communiter ratem habent: quod etiam innuit Scæuola in l. periculi precium ff. de naut. fœnor.

Rex, uel Mediolanens. rectores, propter bellū immi nens reficiunt arcem meam dirutam. an ego tenear ad talem impensam? Bal. singu. in l. si in aliquam, ad finem ff. de offi. proconsul. & leg. decidit quòd non, nisi tanquam quilibet de populo, & pro singu. not. C. rem. notab. 25. si princeps, & pro not. reassumit Bertol. Veronen. in serui tutibus suis urbanis, c. 39. in ulti. col. uersic. item pone. in contrarium tamen facere uidetur, quod sing. concludit Bar. idem consilio 158. proponitur, in 1. col. in 3. libro, quod retuli suprà in uerbo. Castrum. Secundò in contrarium adduco sing. dictum Ange. in l. turres. C. de operibus publ. ubi not. per illum textum, quod fortilicia, quia cedunt usibus propriis dominorum, quamuis fiant ad tutelam ciuitatis: tamen debent per dominos proprios custodiri, & reparari tempore pacis, & belli, non autem per communitates. & hoc dictum dicit se alibi non legisse Do. Ias. in l. diuortio. §. ult. ff. solut. matr. & quod habuit in facto, & in l. sumptus, ad fin. de leg. 1. & quamuis ratio, & ius ita dictent, tamen contrarium uidimus seruari superiori anno, in refectione arcis Lauden. ad cuius impensam ciues coacti sunt. *Ciues an teneantur reficere propriis impensis arces, propter bellum immineus.*

Romphea gladii genus est, de quo Valer. Flac. Argon. 6. Acaq; nec ferro breuior, nec ronphæa ligno.

Et licet Valer. Flacc. mediam corripiat, Claudianus tamen produxit hoc carmine:


Sic sternat Geticas ultrix romphæa sagittas.

Et propterea Vlpi. Iureconsul. inter arma cōnumerauit in l. 3. §. armis. ff. de ui, & ui arma. licet apud eū sciolus quidam rombotæ reposuerit. De romphæa mentio habetur etiam in Apocalypsi beati Ioannis, c. 2. Hæc (inquiens) dicit, qui habet rompheam utraque parte acutā

Rubricæ

Rubricæ possunt allegari, & faciunt fidem, ut consu-
luit Bal.consil. 34.statuto seu capitulo, col: secunda, &
consilio 378. saluo semper.saniori iudicio columna se-
cunda, in ultimo libro, & Corneus consilio 217. circa
primum, columna secunda, libro secundo. & latè tra-
ctant Moder. in locis communibus. Hinc dicit Baldus
in l.prima columna prima C.ne lic 3.prouoc.quod reas-
sumit D. Alex. consilio 59.uiso instrumento, & titulo
quæstionis,columna ultima, uersiculo quo ad secundũ,
libro primo, quòd per rubricam statuti declarantur uer
ba dubia ipsius statuti. Et ideo singula.consuluit Bald.
consilio 371.rubrica dicit ꝙ uir lucretur,&c.secundum
eum quod refert Corn.in consilio 67.plenè quidem, in
secunda columna, uersiculo ad idem adduco, in primo
libro,quòd si statutum dicit, quòd uir lucretur tertiam
partem dotis traditæ, trahitur etiam ad non traditam,
sed tantummodo promissam: propter generalia uerba
rubricæ,quæ dicebat,quòd uir lucretur tertiam partem
dotis.Proinde dicit Cor.se uidisse consultum,& non ab
surde, quòd si rubrum statuti dicit quòd mulier dotata
non succedat & in nigro disponatur quòd soror dotata
non succedat:tunc nõ solum soror excluditur,sed etiam
quælibet alia fœmina, propter generalitatem rubricæ,
per ea quę scribit Pau.de Castro consi.334. primus ca-
sus,paruam habet dubitationem, in antiquis, quod est
memoria dignum, & reassumunt etiam Mod. & appro-
bant,in l.prima ff. si certum petatur licet contrarium di
sputando concludat Decius in rubrica de constitution.
in ultima columna, n prioribus scriptis, & fuit una ex
cõclusionibus quas publicè disputauit, iã anno ab hinc
quinto, cum in hac Ticinen. scola suum auspicandi ini-
tium faceret,ex gymnasio Patauino reuocatus.

S



ACERDOTIVM non liberat à patria potestate, secundum cōmunem opinionem dictorum in cap. Iudæorum, de ætate, & qualitate. & firmat gloss. penultima in capitulo arcumcelliones. 23. quęstione quinta per tex. in capitulo si seruus, 54. distin. Imo generalius dicit Bal. in l. sacrosanctæ C. de episcopis, & clericis. ꝙ nullus ordo infra episcopalem liberat à patria potestate, & ideo singul. infert, ꝙ statutum disponens, ꝙ filiusfam. non possit se obligare, comprehēdit clericos, quorum pater superest, præsupposito, ꝙ statutum possit extendi ad clericos priuilegiatiue, iuxta tex. in capitulo si in adiutorium, 10. distin. & hoc Baldi dictum pro singulari reassumit Andrea Sicul. in tracta. de præst. Cardina. in prima quæstione, primę partis in 18. columna ad finem, & sequenti. Et sic apparet, quòd inaduertenter loquutus est Andreas Siculus in commento l. cum acutissimi, columna 66. in uersiculo postremò accedat, C. de fideicommiss. ubi generaliter pręsupponit, quòd clericus liberet à patria potestate: tamen possumus pro eo respondere, quòd loquutus est solum quoad bona spiritualia, non quo ad temporalia, ut concludit Bald. in d. l. sacrosanctæ. Neque esse debet mirum, quòd quis quoad aliqua sit sui iuris, & quoad aliqua in potestate: per ea quæ late suprà scripsi in uerbo, Episcopalis dignitas. Præterea possemus etiā alio modo respondere, quòd imò uerum sit, ꝙ quilibet ordo sacerdotalis liberet à patria potestate, sequendo unam singu. opinionē, positam in dicto capitulo Iudęorum, & in d. capitulo si seruus, quam opinionem approbat Bartol. Brixien. quæstione 118. quæritur, pater percutiens filium tamen quia hæc opinio communiter dānatur, satius est Barb. uerba generalia restringere, quā cum aliquibus condemnari. Nunquid autem doctoratus

Clericatus an liberet à patria potestate.

tus liberet à patria potestate, Bal. notab. concludit quòd non, in l. si maritus. C. de patria potesta.

Sagaria dicitur quædam negotiatio, uocabulo à sagis inclinato: sicut ab argento, argentaria. & sagarius, qui saga uendit: ut quando saga, & alia id genus uestimenta emimus, & distrahimus lucri faciendi gratia. quod etiam innuit Vlp. in l. cum duobus. §. quidam. ff. pro socio. & ibi glossator noster, qui exponit sagariam, id est salis, uel sale, uel saccorum, uel uilium uestium attritarum, Sagum autem erat chlamis militaris quadra, de qua Iuuenalis,

Sagū quid.

An saga uendenti nubat caupone relicto.

Marcus Tullius in Antonianis auctor ex, saga sumi solere in bello atque tumultu. & quando in sagis tota ciuitas erat, consulares uiri togati esse solebant: & propterea Iureconsult. in l. uestis. §. uestimenta. de aur. & argent. leg. inter uestimenta uirilia enumerauit saga. dicitur autem sagaria simpliciter, & significatur huiuscemodi negotiatio: sicut nomine lintheariæ, intelligimus lintheorum negotiationem. Itidem absolutè dixerunt argentariam, sequestrariam, & sic de singulis. Proinde censeo castiganda esse uerba apud Vlp. in l. procuratores. §. si plures. tit. de tribut. actio. apud quem saccariam & lintrariam, pro sagaria & linthearia, malè repositum inuenies. Sagariam autem, quàm saccariam, legere malim: ea potissimum ductus ratione, quia aliquos de literis benemeritos inueni, qui hunc locum Vlp. ita citant.

Saccaria quæ, & unde.

Tamen si nihil placet immutare, saccaria in eodem significatu accipietur, quasi à saccis deriuata, quæ sunt uiliora uestimenta. De saccaria mercatura meminit Apuleius: Saccariam (inquit) faciens merebam. Aliquando etiam sacci, & per diminutionem sacculi, & sacelli, sunt numerorum recaptacula: ut docet Asconius Bedianus. & meminit Papin. in l. Publia. §. Titius. ff. depositi. item saccus frumentarius, quo frumentum geritur. & saccus uinarius, quo uini feces colantur.

Sacci. Sacculi. Sacelli. Pap. locus. Vlp. locus.

Salientes, de quibus meminit Vlpia. in l. funes. ff. de actio.

actio. empt. fistularum sunt capita, atque etiam ipsę tribulorum, & fistularum scaturigines; quæ & siphunculi dicuntur, de his Cicero ad Q. fratrem: Piscina, & salientibus additis mira suauitate uillam habiturus es. meminit & Vitruuius in octauo. *Siphunculi qui.*

Sanctum dictum est à sanguinibus, sunt autem sanguina, quædam herbæ, quas legati P. R. ferre solebant, ne quis eos uiolaret: ita memoriæ tradit Martianus in l. sanctum, titulo de rerum diuisione. Ego hoc in loco quē alii clausis oculis pertransiuerunt, puto erratum esse maximum, & ita corrigendum ex Liuio, & cæteris. Sanctum dictum est sagminibus: sunt autem sagmina, & reliqua. Liuius etiam in primo libro ab Vrbe condita, Iubesne me Rex, cum Patrepatrato populi Albani fœdus feriam? Iubente rege: Sagmina (inquit) rex posco. Rex ait, puram tollito. Fœcialis ex arce graminis herbā puram attulit. Idem ad finem secundi belli Punici: Vt priuos lapides, silices priuasque uerbenas secum ferrēt uti prætor Roman. his imperaret: ut fœdus ferirent. sibi illi prætorem sagmina poscerent: herbæ id genus ex arce sumptum, dari fœcialibus solet. hæc Liu. Dicta autē sunt sagmina, quasi sanctissima: quia sumebantur ex arce, & sic ex loco sancto, legatis proficiscentibus ab fœdus sanciendum. unde & à sanciendo appellata aliqui tradiderunt. Erat autem gramen cum sua terra euulsum, quod alio nomine uerbena appellatur, ut etiā tradit Liuius in locis præallegatis, & Pli. in 22. lib. Quoniam (inquit) nō aliunde sagmina in remediis publicis fuere, & sacris legationibus quam uerbenæ: certè utroque nomine significātur. Et ideo eos uerbenarios Varro appellauit, à Verbenis: hoc est à sagminib. quę gestabāt. *Locus Iure cons.* *Sagmina quæ.* *Sagmina unde.* *Verbena.*

Sapa mustum dicitur, usque ad tertiam partem uel (ut quidam uolunt) ad dimidiam decoctum: & a sapiditate nomen accipit. De hoc Martial.

Et Laletanæ nigra lagena sapæ.

Græce epsima dicitur, ab epsin, qđ est decoquere. eius apud Iureconsult. meminit Vlpia. in l. quæsitum est, §. *Locus Iure cons.*

si qua parte. tit. de fund. instru. Vas (inquiens) æneum, in quo sapa coqueretur, & defrutum fiat. quamuis apud eum quidam uerborum antiquorum crassiores repoſuerint, Vas æneum in quo rapa quoquereturi, ut ferueat.

Defrutum quid. Defrutum autem dicitur à deferuendo, ut refert Palladius, uinum decoctum, Plinio auctore, usque ad mediā partem. Colum. Mustum quàm dulcissimum decoquitur ad tertias, & decoctum, sicut suprà dixi, defrutum uocatur. Nonius: Sapa (inquit) quod nunc mellacium mustū, ad mediam partem decoctum: defrutum, si ex duabus partibus ad tertiam redigatur. Plaut. in Pseud. ex persona Carini: Rogas? Murrhinam, passum, defrutum, mellinam. ex Plaut. refert Plin. in 14. lib. Papin. Syluarum 5. ad Plotium: Dulci de fruta, uel lutosa cœno. Hinc

Defrutare quid. defrutare uerbum hoc est mustum, decoquere, ut inde defrutum fiat. Columel. lib. 2. sed defrutum quoque, & defrutare, uinum licet. & defrutaria uasa; apud eundem Colum. libr. 13. appellantur, quæ sunt ad defrutum idonea, his uerbis: Odores autem uino ferè apti sunt, qui cum defruto coquuntur: Iris, fœnum Græcum, schœnum. harum rerum singulæ libræ in defrutarium, quod ceperit musti amphor. 90. & reliqua, & rursus idem Columella: Cum amphoras musti nonaginta in defrutario decoxeris. Defrutarium appellat uas ahenum prę grande, quo mustum coquitur, ad sapam aut defrutum facienda: & de his intellexit Iureconſ. hic. Et eodem

Locus Vlp. modo corrigenda sunt verba Vlp. in l. si quis uinum: tit. de uino, trit. oleoq; leg. quo in loco defructum, pro

Accursii error. defruto legitur. & quòd peius est, Accursi. noster ibi, defrutum dicit forsitan ideo appellari, quòd de usu sit sublatum: de quo etiam meminit Procul. in l. ult. §. 1. eod. tit. de uino, trit. oleoque leg.

Locus Vlp. *Scaphia* uentris causa habita non putat Vlpian. in l. Quint. Mutius. in fin. tit. de aur. & arg. leg. argento lega

Accursii error. to contineri. glossator noster ibi, Scaphium dixit genus cinguli esse, nullo auctore. Tu dic, Scaphia apud Græ-

Matula. cos, appellari uas ad urinam, apud nos matula, uel ma-

 tella:

tella:uel ut alii,matellio,& lasanum dici potest. De scaphio Iuuenal. *Matella* *Matellio* *Lasanum*

Et ride,positis scaphium cum sumitur armis.

De matella Martial.in Apophoretis:

Cum poscor crepitu digitorum, & uerna moratur,

Ah quoties pellex culcitra facta mea est.

ut scripsi suprà in dictione Matula. ueteres tamen scaphio, & etiam lasano ad excrementa corporis aliquando utebantur:quod clare docuit Iureconsf.hic.

Scholaris non est periurus, si non uadit in uniuersitatem, quando scit quòd est tractandum aliquid quod est iuri contrarium, uel cui non auderet contradicere. ita eleganter Baldus in c.quod super.de maior.& obed.ubi dicit memoria dignum:quia facit ad multa.& commendat Do.Feli.in c.prudentia.in princ.col.pen.uers. nota etiam.extrà de offic.delega.& quod dictum est in schola sticis,exemplificari potest etiam in doctorib.collegiatis: quando per Abbates collegii proponêdum esset aliquid instantiam superioris, quod esset contra publicam utilitatem,ut quandoque uidimus.

Scholaris conduxerat equum, ut rediret in patriam: sed equus in itinere subitum incidit in morbum, propterea relictus fuit uicino hospiti,ut diligenter eum curaret. tandem mortuus est. Quæsitum est,an scholaris teneatur?Bald.eleganter consuluit,quòd non: cum conductor non teneatur de leuissima culpa, & multò minus de casu: & sic neque de uitio naturali.ita Bald.satis compendiose, in consil.22.Vanutius. lib.3. quæ autem probationes debeant fieri à conducente, ut releuetur: uide D.Alex.cons.118.in causa & lite.col.2.uers.bene facit.& cons.sequent.col.pen.uersiculo pro hoc addüco. lib.1.D.Iason in l.2.in ult.uerbis.C.de secunum tab. ubi referunt notab.quæstionem Ioan. Andr.in c.auditis.de præscript. *Conductor nõ tenetur de leuissima culpa.*

Scholares gaudent multis priuilegiis, de quibus in authent. habita.C. ne filius pro patre. Sed pone, factum est statutum in hac urbe Ticinensi, quòd scholares tra-

ctentur, ut ciues, uel sint ciues: An per hoc statutum amittant priuilegium, ne teneantur ad datia, & collectas? Bald. singu. tenuit, quod sic, quia onus gabellæ est de natura priuilegii ciuilitatis, scholaribus concessæ in l. quæ fauore, in ulti. col. in 7. oppo. C. de legibus, & pro singul. commendat Do. Alexander in l. 4. in prima col. C. de test. mili. ubi latè de ueritate: cũ multis similibus, adductis per D. Felin. in capitulo dilectus filius, el secundo, in 5. col. in 8. concl. de rescript. & de illo dicto Bal. meminit etiam Paul. de Castro in l. si duo, in ult. not. de acqui. hære. & Do Alex. consi. 103. uisis scripturis, col. 3. in princ. & col. 5. circa med. & consi. 157. uiso instrumento, col. penul. uersic. tamen eo ipso lib. 2. & latè declarat consi. 32. uisa concessione, in 1. dub. in 5. lib. & Mod. in l. 2. de leg. 2. ubi Ripa, col. 2. ad fi. & seq. declarat.

Scolatura nunquam præscribuntur. ita sing. concludit Bald. in capitulo cum omnes, in 6. colum. uersiculo in contrarium uidetur, extrà de consti. & hoc multum notat Do. Ias. in repe. l. quo minus, in 28. q. de flumin. & in l. 1. in prin. super glo. in uerbo Ait, in uersiculo successiuè quærit Barto. &c. ff. de acquir. poss. in posterioribus scriptis, & est memoria dignum, quia sæpè ex facto incidit, & confirmatur, quia aqua per se ipsam fluens non potest causare præscriptionem, quia non est res animata: & per rem inanimatam nihil potest acquiri, ut latè concludit Barto. Veronen. in seruitutibus rusticis, in c. de aquæductu. colum. 11. uersiculo sed nunquid aqua, & columna 86. uersiculo dubium in hoc. & fuit dictum not. Bald in cap. 1. §. si quis de manso, col. pen. uer. sed nunquid aqua. de contr. inuest. quem sequitur Cœpol. in seruit. urban. c. 22.

Scientia sola punitur in crimine læsæ maiestatis. tex. est in l. quisquis. §. id quod. C. ad l. Iul. maiestat. tradit Bar. in l. 1. §. occisorũ, ff. ad Syllan. & in l. utrum, ad fin. ff. ad l. Pomp. de parricid. inferens debere puniri subditum, qui non reuelauit tractatum factum contra suum principem, uel suam rempubli. etiam quod particeps de

licti

licti non fuerit, quæ opinio in practica seruatur, secundum Felin. in capitulo primo, columna tertia, uersiculo secundo fallit, de offic. delega. licet idem Felin. in capitulo quantæ, in 3. limit. de sent. excom. dicat opinionē Bertol. reprobari à Bald. Salyc. & Io. de Anan. & quòd propter talem opinionem Bartolus, & qui eum sequuntur, in inferno cruciantur, & dicit Ias. in l. 4. §. si tibi initium. de cond. ob tur. causam, ꝙ tales sunt homicidæ. Sed tenendo opinionem Bartol. in quam iudices criminalium causarum solent inclinare, ut morem gerāt principibus, eam singulariter limita, quando sciens tale delictum committendum, probare potest scientiam suam talis delicti: aliàs non tenetur talis, sciens se exponere periculo tormentorum. ita singu. consuluit Bald. in consilio quanquàm: ut eum refert latè insistens Ang. Aret. in tracta. malef. in uerb. Che hai tradito la tua patria, col. 3. uers. ꝙ crimen lęsę maiestatis, ubi Aug. de Arim. in addit. refert, cum ex facto sibi incidisset, fecisse decapitare, unum nobilem, sequutus opinionem Bar. superius relatam, & hanc limitationem Bal. pro notab. refert, & etiam sequitur Decius in reg. culpa caret, uers. similiter, ff. de reg. iur.

Secundum dictio non facit conditionem. tex. est uulg. in l. penultima, & ibi Bald. in secundo notabili ad hoc ponderat, & alii scribentes C. de institutio. & substitutio. & concordat tex. in capitulo abbate Sancti Syluani, extrà de uerborum significatio. Et ideo singula. decidit Bald. in l. tertia per gloss. ibi C. de nuptiis, quòd si accusaui Titium de aliquo crimine, & peto condemnari secundum statutum, & consuetudinem, si de statuto, & consuetudine aliter non constat punitur extraordinem & sic neque dictio secundum facit conditionem, neque relatio falsa uitiat libellum in criminalibus, quod est bene notandum, ad ea quæ tradunt Mod. in d. l. pen. & in l. ubi autem non apparet, §. illud. ff. de uerb. ob l. ubi plura de materia relationis, & hoc dictum Bal. pro sing. reassumit Do. Ias. in repet. l. admonendi, col. 12, uersic.

quid autem sit in libellante, ff. de iureiur. & in lectura, in 7. columna, uersiculo successiue, ubi etiam alii repetentes super glo. primã late tradunt hanc materiam, cũ similibus aggregatis per Do. Felin. in capitulo secundo in quinta columna, & sequenti, extra de rescrip. & in capitulo quoniam abbates, in pen. & ultima columna de officio de legato ubi etiam Deci. & idem Deci. consil. 93. pro tenui facultate mea diligenter consideratis, in 4. columna, ubi ponit, quando dictio secundum faciat conditionem, cum his quæ in pulchra quęstione scribit Bald. consilio 418. quidam ciuis Florentinus, in ultima columna prima in libro, & consilio 186. generalitas uerborum, ad finem, in quarto uolumine, & in inuestitura facta de iure decimali, secundum, quod eius maiores usi sunt, Paul. consilio 17. in causa decimali, libro secundo in nouis, & de sententia soluendi par caponum, secundum quod eius maiores soluebant, quod non faciat conditionem. Barto. in l. cum qui §. Iulian. de constitu. pecun. Decius in d. l. pen. in 2. not. C. de institut. & substit. ubi declarat.

Sellam currulem in usu apud magistratus Romanos fuisse, omnibus notũ est, testimonio Ciceronis, Plutarchi, Gellii, & aliorum: quod institutum ab Hetruscis sumptum esse scribit Liu. in primo libro ab Vrb. cond. dum inquit: Me haud pœnitet eorum sententię esse, quibus, & apparitores, & hoc genus ab Hetruscis finitimis, unde sella currulis. unde toga prætexta sumpta est, & erat uectabulũ, quo magistratus Romanos sedentes portabant: De ea meminit apud nos Paul. Iureconsul. in l. qui sella ff. de ser. rusti. prædio. licet glossator noster id ad equum retulerit, & male: unde etiam colligitur ex uerbis Paul. dum dicit: Qui sella aut lectica uehitur. & de hac sella curruli meminit etiã Vale. Maxi. in 2. li. de Cn. Flauio, loquens.

Pauli locus. *Accursii error.* *Locus Vlp.*

Semmarium, est locus illę quem uulgus uiuarium uocat & de eo meminit Vlpianus in l. tertia § quod si quis ff. arborum furtim cæsarum, & Columell. libro tertio.

Qui

Qui uineam uel arbustum constituere uolet, seminaria prius facere debebit. sic enim sciet, cuius generis uitem positurus sit, & paulopost: Optimum est (inquit) eodē agro quo uitem positurus est, uel saltem ultimo, facere seminarium, & de eo meminit etiam Celsus, in l. item si fundi, §. seminarios, ff. de usufru. licet interpretes ibi aliter, & male intellexerint, & Vlpia. in l. 3. de impensis in reb. dot. fact. — Celsi locus.

Senatores eos accipiendos esse refert Vlp. in l. ultima ff. de senator. qui à patriciis, & consulibus, usque ad omnes illustres uiros descendunt. Vetusti codices, consularibus, non consulibus, ut de his intelligamus, qui consulatus officio, & dignitate functi sunt, nam à senio, & prouecta ætate senatores dicti sunt: quia non nisi ætate maiores, in senatum eligi debeant. — Vlp. locus. Consulares qui.

Sententia quæ transiuit in rem iudicatam, si antequā mandetur executioni, uictor confiteatur eam iniuste latam fuisse, potest non solum quandocunque retractari, sed etiam non debet amplius mitti executioni. est singul. & illustre dictum Innocen. in capitulo quia plerique, colum. prima, uersiculo est autem ea ratio extra de immuni. eccle. cuius dictum pro multum singula. commendat Aret. consilio 68. excel. domine, in ultimis uerbis, post Anto. de Butr. Do. Abb. in multis locis relatis per D. Iás. in repe. l. admonendi, columna 20 uersiculo ex supraseriptis, ff. de iureiur. ubi declarat etiam procedere, ut possit cogi uictor per ecclesiasticam censuram ad liberandum partem uictam à tali sententia, per eā quæ singu. tradit Bal. in authentica ad hæc, in quinta colum. uersiculo item dubitatur de eo, &c. C. de usuris & ante eum hæc omnia ponit Bert. Veronens. cautela 23. si sententia, tradit etiam D. Alexan. consilio 83. interrogatus sum, columna secunda libro quinto, & de illo singula & famoso (ut ita dicam) dicto Inno. ponit etiam Domi. Iason in l. si duo patroni, §. idē Iulianus. in 6. not. ff. de iureiur. & in l. cum te transegisse. in 3. not. C. de transactio. & Riminaldus in l. secunda, in tertia colum. C. de — Confessio partis quid operetur.

eden.& Domi.Francis. de Curte in repetitione d.l.admonendi,columna decima, uersiculo septimo fallit. cũ infinitis concord.ibi per eos allegatis,& per Domi.Felin. in capitulo ex parte, el secundo in 6. columna, in 14.fallen.de officio delega.& in capitulo quoniam contra falsam, columna 16. uersiculo fall.5. de probat.ubi etiam Lan.in repeti.sua, in 6.columna, uersiculo circa primum,& Felin.in capitulo nouit ille, columna 6. de iudiciis. Et ista optimè accommodari possunt ad unum singu.dictum Bal.in l.penultima C.ne de stat.def.quod pro singu.refert,& sequitur Ias.in l.penultima in 3.no. C.de pactis, cum his quæ latè superius retuli in uerbo Prorogatio.Item quadrabunt ad illud sing.dictum Bal. in l.si ab hostibus, §.si uir uxorem,circa med.ff.sol.matrimonio ubi tenuit, quòd sententia lata secundum iudicium Medici deponentis uulnus esse mortale, poterit semper retractari propter sanioris iudicii Medicum, quod est memoria dignum,cum concordantiis quas retuli infrà in uerbo statuto Mediolani disponitur, uersi. sed quid si post.Et hęc ulterius ampliari possunt,ut procedant etiam in confessione tacita. per unum singula. dictum Innocen. in capitulo cum dilecta, post med. de rescript. de quo feci mentionem suprà in uerbo Confessio partis.

Sententia regulariter nõ potest ferri de nocte §. sedebunt autem, in authentica de iudicibus, bonus tex. in capitulo consuluit,circa finem,ubi etiam gloss.& scrib. de officio deleg.

Iudex excusatur propter multitudinẽ causarum.

Tamen fallit secundum Bal.sing.in præfat. Digestorum §.itaque.ad fi.nisi iudex esset impeditus multitudine causarum,& hoc dictum Bal.commendat And. Sicu. in repe.rub.extrà de fid.instr.col.45.uersi.faciat bellissimum,sequitur D. Alex.in l.non minorem,ad fi. C.de transac.& pro sing.citat Ias.in l.more Roma.in ult. col. uersiculo quarto limita,ff.de feriis,& in d.l. non minorem,uer.3.lim.& pro Bal.facit,quia idem in appellatione noctis tempore interposita,tenet etiam Bal.in auth. hodie

hodie in priuc. in 2. col uersic. sed nunquid appellatio ¿ C. de appell. licet de his dictis Bald. dubitet Felin. in d. c. consuluit. in 7. col. uers. 2. fallit de offic. deleg. quia poterit iudex differre in sequentem diem, nisi tamen esset tempore peritura, ut per doctor. in locis prxallegatis. & communiter tenetur secundum Corn. consilio 54. uidetur prima facie. in 1. col. in 2. libro.

Sententiæ arbitri etiam iniustæ de iure ciuili stari debet. l. idem proferre. §. stari. ff. de arbitris. & not. Cep. caute. 153. licet è sententia. Sed quid si in compromisso dictum sit, compromittimus tanquam in arbitrum & arbitratorem, & ipse in sententia dixit ego 7. arbitror, & arbitrator sic laudo dic quòd poterit peti reductio per uiam arbitramenti. hoc enim magis æquum est: ideo in dubiis debet præferri. ita singular. Bal in l. si ser uus plurium. §. ult. ff. de leg. 1. & pro singul. refert Ioannes de Imol. in l nemo potest. in 4. col. eod. tit. & latè D. Alex. in consil 13. ex his quę in themate. in 3. col. lib. 1. quod consilium habes repetitum in consil. 96. in eo. lib. Addo tamen, quòd idem etiam repetit Bal. in l. non codicillum. ad fi. C. de testam. & eum in hoc loco pro sing. citat Crem. not. 147. commissa. & Corn. cons. 22. uidetur in hac consultatione. col. 1. lib. 1. post Alex. consilio 13. columna 3. libro 1. Vlterius nota. casum singul. & pulcrum, in quo nunquam compromissum potest peti: ut reducatur ad arbitrium boni uiri, scilicet quando tempore facti compromissi arbiter seu arbitrator notificauit partibus id quod erat mentis suæ, in laudando & declarando. ita sing. Bald. in l. uenditor. per illum text. C. de rescin. uend. prout refert Lud. Roma. in commento rub. de arbi. col. 22. uers. aduerte tamen. & Dec. consil. 60. uiso themate. col. pen.

Aequitas præualet in dubiis.

Sententiæ arbitrorum non confirmant consuetudinē. ita sing. Bal in c. 1. ad fi. in prin de feud. cogn. quòd pro sing. citat, & sequitur Lud. Ro. sing 43. an sicut de quo tamen scripsi suprà in uerbo, Consuetudo.

Sententia quæ lata est contra debitorem, qui poterat opponere

opponere exceptionem usurariam: tamen maluit condemnari, quàm eam opponere, debet rescindi. ita sing. Bald. in l. cum allega, in 2. colum. uersiculo sed quæritur hic C. de usuris, per tex. ad hoc singu. secundum eũ, in l. si sponsus. §. si uxor uel maritus, ff. de don. inter uir. & uxo. ubi D. Alex. dicit hoc dictum Bal. esse singula. & per d. §. si uxor debet declarari l. si iudex, & l. Iulian. de condic. indeb. secundum Ludo. Rom. singu. 310. tu scis, ubi fatetur se hoc didicisse à Bal. in loco præallegato, & tradit Veron. caut. 180. tertia cautela, & sequitur Do. Alex. consil. 82. uiso processu cæ. columna secunda in principio libro 3. & Dec. consilio 306. in casu proposito columna prima.

Sententia lata sub conditione, Condemno si est probatum: intelligitur de probatione, quę per se est sufficiens non de semiplena, & ideo non ueniret iuramentum, quod in supplementum deferri solet. ita sing Bal. in l. pen. in ultim. colum. uer. quæro de qua probatione. C. de sent. quæ sine cer. quant. per tex. singula in l. Lucius Titius. cum glo ff. de condi. & demonstra. quod dictum pro singul. commendat D. Fel. in rub. extrà, de probatio. in secunda columna uersiculo sed aduerte, post Ludo. Rom. in repe. rubr. ff. de arbit. in quinta columna in 14. quæst, & sequitur etiam D. Alex. consilio 59. uisa petitione, columna ultima, uersiculo secundò respondeo, libro secundo. Et benefacit notabi. dictum Bald. in l. authentica matri, & auiæ, columna prima, uersiculo sed hic queritur C. quando mul. offi. tuto. fung. poss. de quo scripsi supra in uerb. Lex, quæ loquitur. Item faciunt quæ in pulchro casu scribit Bal. consilio 443. quidam assessor, in 1. lib. ubi consuluit an ualeat sententia ista, Condemno si probauerit, & sicut non ualet probatio semiplena: ita neque probatio præsumpta, ut declarat Dec. consilio 11. col. antepen. uer. non obstat, post Bar. in l. ait prætor. §. si iudex, in fi. de re iud. & tradit Ias. in l. admonendi, in 26. col. in lect. & in 111. col. in repe. uer. istud ultimum. de iureiurando.

Sen-

Sententiam reus dixit nullam,& lite pendente transegit eo pacto,ꝙ si ad diem non soluerit, stetur sententiæ. Labitur dies præfixus solutioni,actor petit sententiam exequi,an poterit reus opponere de nullitate? est sing. decisio Bald.ꝙ non,in l.tale pactum § qui prouocauit. in repetitione , in 7.col. uersiculo secundo quæro ff.de pact. limitando tamen,ut per eum,cuius dictum pro singu.latissime commendat Do.Iason in l. 1. colum. 3.uersiculo in ea glo.C.de furtis,& tradit Do.Alex.in l.4.§. condemnatum, in 5.colum. uersiculo tertio limi. ff. de re iudic.Et hoc procedit uirtute expressi consensus : secus, si taciti, quia licet de nullitate dictum esset,& appellatio super hoc commissa remaneret deserta,non ex hoc ualidatur sententia nulla,ut est gl.quam ibi ad hoc not.D.Iason in l.prima ad finem.princip ff.de feriis,& hoc ex facto cum incidisset, obseruatum est in collegio nostro iudicum Mediolanen. Vlterius etiam sciendum est:quòd ad hoc, ut sententia possit dici nulla , per expressionem erroris iuris, requiritur ꝙ talis error oculo corporeo legi possit:secus,si ex mēte, & intellectu percipiatur.ita singul.Inno.in capitulo P.& G.ad finem de offic.deleg. & pro singula refert D. Alexan. in consilio 79.prospectis , circa finem libro secundo , & latè idem D.Alex.in l qui Romæ §.duo fratres,col.38. uersiculo adde quod Baldus, & col.49.uers. & pro ista opinione. ff.de uerbo.oblig.ubi Ias.latissimè insistit in l. 2. principaliter opponit Bar. & pro singu.commendat D. Ias. in l.certi conditio. in princ.in septima colūm ff.si cer.pet. & in l.prima in secūda columna,uersiculo hinc sumpta C.de errore calc.cum his quæ tradit Dec.consilio 8.ui so puncto,in prima columna,post Mathes. not.19. nota ꝙ sententia interlocutoria,&c. Et potest poni exemplū in uno notab.casu,posito per Doct.post Innó. in capitulo quoniam contra falsam,in 3 col.ad finem de probat. uidelicet quando iudex dicit quia per A & B probatum est,ideo condemno, &c.nam si in actis nihil probatum est,talis sententia est nulla : & licet Innoc.ibi aliter tenuerit,

Sententia quando possit dici nulla prætextu erroris.

præscriptionem priuilegio pupilli, qui text. est ad hoc ualde sing. secundum Andr. Sicu. in consil. 1. præclare scribitur. in 5. colu. in 2. lib. cum his quæ late scripsi supra in uerb. Connexorum. Et ista faciunt ad illud quod sing. decidit Bald. in c. 1. in princ. in 3. col. uersic. quid si sunt duo, &c. quibus modis feud. amit. ubi tenuit, quòd si ex duobus fratrib. alter fugiat ex bello, alter sua uirtute dominum defendat: talis uirtus unius prodest alteri. & hoc dictum Bald. est sing. & commendatur per D. Ias. in l. si emancipati. in 3. col. C. de collat. deque eius ueritate scripsi infra in uerbo, Vasallus.

Sepeliens mortuum, non intelligitur facere animo adeundi. l. ut si quis. §. plerique. ff. de rel. & sumpt. fun. ubi optimus text. etiam declarans, quando talis expensa repeti possit. Sed quid si tutor sepeliri facit sororem pupilli, & expensam scripsit in debito pupilli. an ex hoc uideatur adisse hæreditatem sororis nomine pupilli? est singularis decisio Com. quòd non, in l. pro hærede. in princ. ff. de acquir. hæred. vbi Do. Ias. in 3. not. eam cõfirmat: & dicit memoria dignum. & mihi ex facto incidit, & ita obseruatum est: & ita declara doctrinam Bar. in l. gerit. col. 6. ff. de acquir. hæred.

Seriæ vasa sunt fictilia, oblonga, de quibus Liuius in quarto secundi belli Punici sic inquit: Et in uico Histrico fontem sub terra tanta ui aquarum fluxisse, vt serias doliaque, quæ in eo loco erant protioluta, uelut impetus torrentis tulerit. & de his intellexit Vlp. in l. uinaria uasa. ff. de uerb. signi. licet alii aliter. *Vlp. locus.*

Seu dictio est augmentatiua. text. est singula. in l. si quis ita legauerit. ff. de auro, & argento legato, quem pro singu. commendat Ludouic. singu. 561. lego Titio. & repetit Franciscus Crem. not. 56. lego digestum. & Decius consilio 69. uisis duobus consiliis, in 4. columna post Bald. consilio 442. uerba ita dicunt. in 1. libro. & consilio 218. statuto ciuitatis. in secundo libro. & consilio 466. quidam instituit. in

3. lib.

3. libro, & ex facto cum incidisset in legato facto de fundo seu ædibus, iudicasse se utrunque deberi, testis est Alexan. de Alexandro Genial. libro secundo, capitulo tertio, eiusque iudicium probatum fuisse. Tamē restringitur, quando ponitur inter dictiones pluralis numeri: secus: si singularis numeri. ita singul. Bal. in capitulo inter cæteras, columna ultima uersic. pone testator, extrà de rescrip. Secundò limitatur, ne immoderatum importet augmentum: secundum Archi. multum singu. in capitulo ego Ludouicus, 63. distinc. & has limitationes prò singula. commendat Domi. Iason in l. penultima in primo nota. C. de uerbo. significa. ubi putat dubias, quamuis supremæ sint: licet de eis nullus faciat mentionem. In dubio autem dictio Seu, de proprietate sermonis disiungit uerba: sed non sensum. ita concludit Corn. consilio 18. in præsenti consultatione, in 3. colum. in 3. libro & in consilio 198. in proposita, in ult. col. eodem libro, post Barto. in d. l. si quis ita. Et ideo testis dictum incertum reddit, quia disiunctiua incertitudinem causat. l. ubi autem non apparet §. qui illud, de uerb. obligatio. tradit Domin. Alexan. consilio 50. in causa. in penul. colum. in 5. libro, & hæc nota ad doctrinam Bartol. in l. si quis ita, la 2. de aur. & arg. lega. & in l. si is qui ducenta. §. utrum col. 2. de reb. dub.

Locus Decret. *Similia*, de qua meminit diuus Hiero. in capitulo gloria. 12. quęstione secunda, & retulimus supra in prioribus memoralibus, in dictione, Episcopi gloria. conficitur hoc modo. *Pollina.* Frumentum factum in frustra, uel molitum grosse in aqua, in diuersas substantias diuiditur, per cribra extrahitur furfur, & farina subtilissima, quæ pollina dicitur, postea remanet similia, quæ diuiditur in grossam, subtilem, & mediocrem: de pollina fit panis Papalis, *Panis Papalis.* de subtiliori similia fit etiā panis, de residuis duabus fiunt pultes, & alia cibaria: & huiusce generis est illud quod nos materna lingua amitum uocamus. *Amitum.* Plin. libro 18. scribit, Africum triticum præstantissimum fuisse, ex cuius farina primum similago, quæ & similia dicitur

tur. Cribro tenuissimo, & pollinæ cernebatur, ita ut ex polline restante secundariam ue lati similam elicerent, & crassiorem rursus pollinem à furfuribus laxiorem in cerniculo succernerent. Celsus libro secundo, capitulo 17. Et tritico (inquit) firmissima siligo, deinde simila, deinde cui nihil ademptum est, quod autopyrum Græci uocant. Infirmior est ex polline, infirmissimus cibarius panis, & ideo in Genesi legitur, ex persona Abrahæ cibum præparantis: Accellera (inquit ad Sarram) tria sata similæ, commisce, & fac subcinericios panes. *Panes subcinericii.*

Similia sunt illa, quorum qualitas est una. ita eleganter Bal. in l. prima columna prima C. quæ sit longa con suet. & citat D. Felin. in capitulo capitulum sanctæ crucis, columna secunda in fi. de rescriptis. item alibi idem Bal. in commento l. de quibus, in 13. columna, uersiculo uiso de causis ff. de legibus: dicit, quòd similia in diuersis personis, causis uel rebus censentur illa, quæ habent unam, & quasi eandem rationem. Quæ uerba in pulchro reassumit Corn. consilio 335. primum consultationis articulum, in pen. colum. uersiculo nam simile, libro primo, cum his quæ tradit Dec. post alios, in capitulo translato, in tertia columna, uersiculo in gloss. fin. de constit. in prioribus scriptis. Et ideo alibi eleganter not. Bal. in l. prima, in secundo notab. per illum textum, ubi etiam D. Ias. in tertia columna approbat C. de iure emphyt. quòd non dicitur similitudo, nisi illa quæ est plena, & ubi plures inueniuntur differentiæ, quàm consonantiæ, illa non sunt similia, & reassumit latè Do. Feli. in capitulo capitulum sanctæ crucis, columna secunda, uersiculo nullum simile, extrà de rescript. & memoria digna arbitror, ad intelligendum quando liceat arguere de similibus ad similia.

Symphoniaci serui erant hi, quibus antiqui utebãtur, ut in classe classicum pugnantibus caneret: ut docuit Asconius, referens, celeuma cani consuetum per symphoniacos seruos remigibus. & de his meminit Vlpi. in l. sed *Vlp. locus.*

cio,uel mercatura,non acquiri uiro, quia neque ex lucro uiri uxori aliquid acquiritur. Alioquin esset societas coniugatorum inæqualis, & similis leoninæ. ut ibi per eum. & de societate leonina meminit gl. in §.de illa.instit.de societate.

Solus,dictio licet taxatiua, tamen non operatur correctionem iuris.& ideo singul.not.Angel.in l. 1. per illum textum.iuncta glo.in uerbo,Solus.C.ubi, & apud quem quòd si statuto cautum sit, quòd de adulterio & furto omnes iudices ciuitatis possint cognoscere,deinde alio nouo statuto disponatur, quòd de adulterio cognoscat solus Capitaneus,per hoc uerbum, solus, non uidetur adempta iurisdictio aliis. quod est nota dignũ secundum Angelum,& pro singul.citat Domi. Ias.in l. quod in rerum. §. si quis post. ante finem. ff.de legat. primo. vbi dicit,quòd est solemnis decisio, si est uera. eam etiam approbat Decius consilio 3.1 diligenter pro tenui.col. 5.uers. superest respondere. & potes confirmari ex alia simili & singu.decisione Bart.in l.3.§. cum Titio in bonis lecturis.ff.de adim. leg. Tamen animaduertendum est, quia hoc modo secundum statutum nihil prodesset, sed superfluò mẽbranas occuparet, quod non est dicendũ,per ea quæ scripsi suprà in uerbo,Qualiscunque. & quæ tradit Corn. cons. 77. licet multum urgeant.colum prima.libro 2. item cum sit speciale,uidetur quòd per eum sit à primo generali recessum, ut in simili quæstione concludit D. Alexan. in l.si ab hostibus.in primo not.ff.solut.matri. & eleganter decidit etiam Bal.in l.executorem.in 6.colu.uers. or redeo ad naturam.C. de exec. rei iudi. quem latè refero infrà in uerbo,Statuta cõtraria. Proinde hoc dictum Ang. apud me dubium est,& potest reprobari ex eisdem fundamẽtis,quibus reprobatur opinio Barto.præallegata,prout scripsi infra in uerbo,Tantum.sed tamẽ propter Ang. auctoritatem, adde ad notata per Bartolum & scribẽtes in l.si constante.in princ. in nona quæstione primæ partis.ff.soluto matrimonio.Et ulterius,licet alii non refe-

rant, addo quòd idem uidetur esse de mente Bal. in consil. 351. Ioannes & Federicus fratres. in ult. col. in ult. lib. ubi eleganter concludit, quòd ubi dictio taxata aponitur circa id, quod aliàs erat à iure dispositum, nihil debet operari. Sunt tamen qui Angelum referant loqui affirmatiue, & sic, quòd dictio Solus posita in l. noua, corrigat antiquam. & ita Angel. refert Do. Fel. in c. pastoralis. in princ. col. 2. uersi. limita tertiò. extrà de offic. ord. ubi eum sequitur. & ita dicit per Anan. & Doct. Perusinos fuisse consultum, in fauorem ecclesiæ maioris Ferrariensis. ita etiam citat Angelum Deci. in d. consil. 3. in 1. col. tamen hanc intelligentiam, iudicio meo. non patitur gloss. ult. ibi, ex qua Ange. fundauit decisionem suam.

Solutio facta de tribus annis proxime præteritis, facit præsumptionem pro emphyteota circa solutionem anteriorum annorum: nisi contrarium probetur. casus est unicus & singul. secundum Bart. ibi in l. quicunque. C. de apochis publ. lib. 10. quā l. auream esse dicebat Bald. in c. literæ. in ultimis uerbis. extrà de dilatio. & nō est alibi, secundum D. Alex. in l. si certis annis. in 4. col. C. de pactis. & Bal. in l. 2. C. de dot. promis. ubi sing. limit. non procedere, quando solutio pro istis tribus annis esset facta unico actu, secundum Cy. quod putat memoria dignum. & hanc limitationem pro sing. citat Crem. not. 78. tu scis. & late Do. Ias. in l. 2. col. 46. uersi. limita tamen hanc conclusionem. C. de iure emphyt. & in l. 1. colum. 2. uersic. alium notab. effectum. C. de fideicom. ubi idem dicunt esse in simplici colono. per dictum singul. Ange. in §. scire autem, in ultimis uerbis. in auth. de non alie. aut permut. rebus. ubi tamen Ang. fatetur, se nescire legem de hoc, sed ante Angelum hoc expresse dixit Bald. in d. ca. literæ tuæ. in ultimis uerbis, post Ioan. And. ibi. Ista tamen limitantur sing. procedere in solutione regulari, quæ de natura rei præstari solet: secus in ea, quæ irregulariter præstaretur. Et ideo si promisisses mihi soluere quolibet anno centum, usque ad

annos triginta, licet probares de solutione trium anno rum præteritorum, tamen non præsumeretur de aliis. quia hæc præstatio non est canonica, neque regularis il latio, respiciens rem:sed quoddam contingens grauamen, personam respiciens. ita sing. declarat Bal. in d.l. quicunque. in r. col. uersic. item quæro, promisisti. & pro sing. not. Crem. notab. 79. item quæro. quod bene nota: quia est maxima limitatio in ista materia. Ex prædictis inferebat sing. Bald. in l.1. in 3. col. uersicu. quæro quid si statutum. C. de fideicommiss. quòd si statutum requirat probationem instrumentalem, quòd sufficit præsumptio ista, scilicet quòd mihi soluisti pluribus an nis. & hoc dictum Bal. latè commendat Andreas Sicul. in repetitione l. cum acutissimi. col. 7. post princ. C. de fideicom. & sequitur Decius consi. 54. in causa D. Antonii. col. pen. uers. non obstat. sed eum reprobat D. Ias. in l. certi conditio. in princ. in 8. colu. ff. si cert. pet. post Lud. Roma. in l. 1. C. de mil. test. & hæc nota ad statuta, disponentia, quod colonus possit à triennio suprà iura re se soluisse. & adde ad ea quæ posui suprà in uerbo, Emphy. qui amisit. Cæterum in prędictis considera, an præsumptio dictæ l. quicunque proc. quoad excludendum tertium: in casu qui in proximis diebus incidit. Ego dominus directi creditor emphyteotæ annorum duorum, uendidi directum T. cui emphyteota postea soluit per tres annos. Deinde cum ego peterem fictum mihi debitum annorum duorũ, opponebat emphyteota, de solutione trium annorum: nihilominus obtentum est in extremo senatu, dictam præsumptionem mihi non nocere.

Solui non potest aliud pro alio, inuito creditore. l. 2. §. 1. ubi omnes. ff. si certum petatur. etiam si interesse af fectionis aliud suaderet. ut in pulchra quæstione cõclu dit Paulus de Castro in l. si domus. §. in pecunia. ad fin. de leg. 1. ubi D. Ias. in 7. not. eum sequitur. Sed limitatur hæc regula multis modis. Inter alios nota, quòd non procedit, quando testator grauasset hæredem, ut

daret quibusdam religiosis aliquid, puta quindecim amphoras uini singulis annis: quia etiam eis inuitis poterit hæres illis assignare tot de bonis testatoris, ex quibus possit dictum uinum recipi. ita sing.. Bal. in l. si quis argentum, in prin. in ult. col. per illum textum C. de donat. & pro sing. commendat Do. Ias. in l. non amplius §. cum bonorum, in secundo not. ff. de legat. primo, ubi dicit esse notandum, quia ualde quotidianum. & pro honorabili reassumit idem Do. Iason in dicta l. 2. §. mutui datio in pen. col. uers. 17. fallit. ff. si cer. pet. declarando tamen, ut per Pau. de Castro consilio 20. ultra ea. col. ulti. in antiquis, quod est repetitum consilio 47. lib. secundo in nouis. Addo prædictæ regulæ, quòd eodem modo alius non potest pro alio soluere, creditore inuito: quãdo hoc creditori præiudicare potest. ita singu. Bald. qui loquitur in feudatario, & emphyt. in l. acceptam, col. penul. in 25. quæst. C. de usufruct. quem pro singu. approbat Domin. Iason. in l. secunda in 26. quæstione. C. de iure emphyt. licet dominus recipiendo solutionem sibi præiudicet, ut signanter concludit Bald. in l. arboribus §. quod tamen ff. de usufru. & in pulchra quæstione sequitur Dec. consi. 58. uiso diligenter instrumento, in ult. col. post Do. Alex consi. 71. uideretur prima consideratione, ante finem, in primo libro. & in pulchro casu nota. etiam Cœpol. caut. 239. uos scitis, & consuluit Ias. cons. 40. lib. 1.

Nunquid autem uolente creditore aliud pro alio solui possit, nullus est qui nesciat: quia tex. est ꝙ sic, in l. 1. §. an potest, cum simil. ff. de consti. pec. tamen hoc fallit in casu sing. quem ponit Aret. in l. si ita stipulatus. §. Titius. ad fin. per illum textum ff de uerb. oblig. uidelicet quando subrogatur loco rei, quæ sola non poterat solui, & hoc est memoria dignum: quia nõ traditur per aliquem in d. l. 2. ff. si cer. pet.

Ex ista reg. dicebã posse inferri superioribus diebus ualere pactum, quòd quis non possit offerre tot de bonis suis in solutũ: quia hoc modo aliud pro alio inuito credi-

creditore:& contra pactum solueretur. licet contrariũ teneat Alex.consi.37 col.2.uer 3 uidetur,lib.2.Et suaderi potest ista illatio, quia si ualet pactum ꝙ quis non cedat bonis,ut firmat Bald. post Iaco. de Aretio in l. 1. columna secunda & 3.C. qui bon.ced.poss. & consuluit Fed.de Sen. consil.60. incip. quod pactum Rota decis. 567. utrum possit renunciari, in antiquis. etiam sequitur late D.Alex.in l.alia §.eleganter col.5. & seq ff. so lu.mat. D.Felin.in capitulo ex rescripto,colum.4.uers. & ista inducuntur,de iureiu.& in c.si diligenti,colu. 1. uersi.3.corrolarium,de for.comp. quod tamen uidetur contra publicam utilitatem: quia quis in consequentiã uidetur se carceribus obligare, ut late tractat Vital. in tract.clausularum,char. 103.uer.his peractis,&c. quanto fortius in tractatu nostro,ubi cessat dicta ratio, & militant omnes regulæ. Est uerum.ꝙ contra Feder. tenent multi relati per Doct. ubi supra, & per Firmianum in suo indice,in uerbo pactum inter.quæstione 6.ubi dicit se pridie Romę iudicasse,in causa Vrsinorum,tale pactũ non ualere, & late disputat Sal.in d.l.1.in 9. quæst. C. qui bon.ced.posse.

Pactum quod quis nõ cedet bonis, an ualeat.

Secundò ex eadem regula decidi potest singu.casus, qui sæpe in facto accidere solet Villa mea tenetur in aduentu Cæsaris præstare hospitium decem militibus,sed quia per multos menses milites fuerunt in castris, tale hospitium nõ præstitit:an possit cogi ad extimationem? prædicta faciunt quòd non: quia sicut aliud pro alio inuito creditore solui non potest, idem econtra uidetur dicendum,quòd aliud pro alio inuito debitore non possit exigi, & ita inuenio in propriis terminis decidere hanc q.Io.And.in sua ad Spe.paraphrasi,in tit.de censibus §.sequitur,ad fi.& hoc dictum pro sing.commendat And.Sic.in trac.de præst. Card.in 3.q primæ partis, in 12.col.ad fi.& seq.quod est memoria dignum.

Sortis diiudicatio nunquam habet locum,nisi in casibus à iure expressis, quia in aliis casibus continet peccatum.ita sing.Bald.in l.2.in 2.not. C. quando & quibus

4.deb.lib. 10.quod pro sing.& memoria sempiterna digno citat D.Iaſ.in l.ult.in princ.in ultimo not. C.communia de leg.& latiſſ.per Do.Felin.in c.capitulum sanctæ crucis. col. pen. uersic. sed an ſortibus extra de reſcrip.poſt Alex.in l.huiuſmodi. §. ſi is cui.in 2. not. de lega.1. ubi uide de iudicio ſortis. & à tali ſententia appellari non poteſt,ſecundum Bal. in eadem l.ult.in primo no.quem ſequitur Corn.conſi.143. licet.in hac conſultatione.col.ult.circa fin. lib. ult. declarando tamen, ut ſingulariter per Baldum in l.maioribus.circa mediū. C. com. utr. iud.& ratio eſſe poteſt,quia Fortuna ſuperiorem nō habet in hoc mundo.ideo cecinit Euripides. Fortuna cuncta uerſat in contrarium. Proinde alibi eleganter Bal.in l.ſi uiua matre.circa medium.C. de bonis maternis. dicebat,Fortunam eſſe naturam multas euoluentem mutationes. quem latius retuli ſuprà in uerbo,Natura.Hinc nata parœmia,Omnium rerum uiciſſitudo eſt. Et hæc ſunt memoria digna ad illud, quod in diuiſionibus fratrum debent mitti ſortes,uel iudicis officio expediri. ſecundum Bart.& Ang. in l. 1. C. de his qui ſe defer.lib. 10.& Bal.in l.pen.in princ. C. com. diuid.cuius opinio communiter approbatur per legiſtas, ut late per D.Iaſ.in l.1.in ſeptima col. ff.ſi cer.pet.licet Canoniſtę teneant, quòd maior debeat facere partes,& & minor eligere,de quo etiam latiſſimè tractat Do.Iaſ. in §.quædam.col. 12.& ſeq.ubi Ang.colum.9.inſtit. de action.& in l.3.in princ.in ult.not.C.com.de leg.& Pichus in repe.l.in quarta, col.55. uerſ. ego dum aliàs. ff. ad l.Falci. poſt Petrum de Vbal. in tract.de duobus fratribus.in 12.quæſt.11. partis.ubi omnino uide poſt Bal. in c.licet cauſam.col.7.de probat. ubi ſubdit,quòd fortuna eſt nutus Dei nobis incertus:uel potius altera natura in cœlo,habens dominium caducorum: & propterea non debemus nos de ſuo officio immiſcere.

Fortuna cuncta uerſat in contrariū Prouerbium.

Spartacus famoſiſſimus gladiator traditur,de quo ſecundum aliquos intellexit Paul.Iureconſ.in l.3.§. ſi ſeruus.ff.de acqui. poſſ.quamuis ſcrib. in illo loco ſequuti

uulgatam

uulgatam lectionem, non animaduerterint. nam de Spartano nulla extat historia, circa hoc. & intelligas de Spartaco famosissimo gladiatore, qui ex Thracia oriundus fuit, robore animi & corporis præstans. Is se in libertatem uindicauit: de quo talis fertur historia. Cum Lentulus ludum gladiatorium adornaret Capuæ, capta occasione Spartacus, Chrysus, & Aenomaus se inde proripuerunt, ergastulos seruos armant, eosque proposito pileo conuocant ad libertatem: manuque seruorum hoc modo congregata, quasi iusto exercitu, bellum ingens excitauit aduersus illorum impetus comprimendos, missos aliquot duces oppresserunt: & consulares exercitus. Tandem demandata est talis prouincia Crasso, qui illos extremo bello profligauit: ex quo incessit per urbem ouans, laurea corona insignitus: more ouationis præpostero. Consueuerant enim ouantes myrtheam coronam gestare. Reliquiæ Spartaci coniunxerunt se cum Catelianis quæ paulopost ab Octauio patre Augusti deletæ fuerunt: extra sortem demandato negotio, ut obiter tendês in Macedoniam comprimeret fugitiuos. A frugalitate Spartacum Plin. laudat, utpote qui auro interdixerit exercitui suo. Idem laudatur à fortitudine, ut qui acriter pugnans ceciderit: de quo ita cecinit Cordubensis poeta Lucanus: *Ouantium coronæ.* *Auri interdictio.*

Vt simili causa caderes, qua Spartacus hostis.

Et de isto sensit Paul. licet omnes ad Spartanum, quem ignorant, maluerint referre. Historia Spartaci nota est ex lib. 95. 96. & 97. Epitomatum Liuii.

Specularia affixa (inquit Vlp. in l. quæsitum est. §. si domus, ff. de fund. instru.) magis puto domus esse partem. nam & in emptione domus specularia & pigmata cedere, siue in ædificio sint posita, siue ad tempus detracta. In his uerbis reor mendam esse. Sunt qui scribant Specularia & pigmenta: sed iuditio meo, fatuum esset, in emptione domus uenire unguenta odorifera ad faciem uenustandam. Ego puto castigandum, Specularia & Pegmata. Specularia apud antiquos ex lapide huius nomi- *Vlp. locus.*

mat, & malè, ut ex Plin. auctoritate ſuprà docuimus. Pegmata uerò, ut docet Feſtus Pompeius, ornamenta ſunt ex ære aut marmore confecta: quæ ut plurimum in atriis, quandoque in porticibus auliſque affigunt, maiorum aliorumque fortium uirorum geſta certius quàm pictura oſtendentia. & hoc innuunt uerba illa, Siue in ædificio ſint poſita, & reliqua, & de his loquitur Vlpia. hic. Præterea πῆγμα Græcum uocabulũ eſt, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, quod eſt pango, deductum: ſignificatq; machinã, in qua ſtatuæ collocantur, & quaſi pangunt ad illas ſuſtinẽdas, ſiue aliud quicquã eiuſmodi. Matr. Epigra. primo, de mole ſuper qua ĩpoſitus erat Domitiani coloſſus. *Pegmata qua.*

Et creſcunt media pegmata celſa uia.

De his meminit etiam Dion. in uita Adriani, in hãc ſententiã: Nã ſi ſurgentia ſpectacula, & pegmata efferre uoluerint, illud nullo pacto effici poterit humilitate loci. Frequentatum etiã eſt à maioribus noſtris, & maximè Romæ, pegmata in ſcenã cum pueris ludicris, & confidentibus ex lignis, & tabulis producere, quæ conſtabãt

[illegible] uario

uario genere picturę. Ad hoc alludens Iuuen. inquit:
Et pegma,& pueros inde ad uelaria raptos.
Pli. Nat. hist. 23. lib. auctor est, Caium principem in circum pegma duxisse, in quo fuere argenti pondo 124. Pegmatis autem formam descripsit Seneca ad Luciliũ, & Ruffinus in 7. lib. Iosephi de bello Iudaico.

Sphæristerium locus est balnei, specie rotunda, in quo uaria exercitationũ genera antiqui habebant. ut etiam testatur Plin. in epistolis ad Apollinarem scribẽs: Apodytertio superpositum est (inquit) sphæristerium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. Sueton. refert in uita Vespasiani, eum ualetudine prosperrima usum, quauis ad tuendam eam nihil amplius quàm fauces, cæteraque membra sibimet ad numerum in sphæristerio defricaret. Proinde castiganda sunt uerba Vlpiani in l. si quis mihi mandauerit, titul. mandati. Dum refert, Aureliũ medico mãdasse, ut in hortis eius quos Rauennæ habebat, in quos omnibus annis secedere uolebat, Phiristerium, & hypocausta, & quædã ipsius ualetudini apta: & reliqua. nam hoc loco sphæristerium reponendum est, & de hoc loco clarè Iureconsult. sensisse apparet ex illis uerbis: & quædam ipsius ualetudini apta, &c. Sphæristerio etiam antiqui usi sunt ad pillæ exercitiũ, quam græci σφαῖραν apppellant: & ideo Lamprid. in Alexandro tradit, eum post lectionem operam palæstræ, aut sphæristerio, aut cursui dedisse, unde etiã Seneca, Sphęromachiam pilę lusorię certamẽ appellauit. Et dum subdit Vlpianus, hypocusta: de his (ne bis idem repetamus) diximus suprà opportunè. nam Accursii expositio, quam hic posuit, nihil ualet.

Spoliatus debet ante omnia restitui, & etiam ad omnes fructus, & expensas usque ad unũ nummũ. Abbas in capitulo accedens & secundo, in ulti. nota. ut lite non contestata, & Baldus in c conquerente. col. 1. de restit. spoliat. Do. Iason consilio 172. col. 1. lib. 4. Dec. consil. 34. columna ultima, & consilio 252. in prima columna, & alibi sæpè. Et ulterius dicit singu. Do. Abb. post Vincent.

cent.in capitulo uenerabili, columna tertia in principio de officio de legato, ꝙ postquam fuit restitutus, nõ potest cogi comparare, donec steterit pacificè in possessione tanto tempore, quanto spolium durauit, & sequitur pro singula. Curtius in consilio 41. in fine. sed Ripa limitat, in spoliato bonis omnibus, uel maiori parte, in l. naturaliter. §. nihil commune, de acquirenda possessione, numero 49. Illa tamen regu. quòd spoliatus ante omnia restituatur, limitatur singul. per Baldum in l. prima, columna tertia, uersiculo uel dic planius. C. de appellatio. ut non procedat, si reus uellet probare ꝙ de illo mẽse quo dicitur facta spoliatio, ipse uel etiam alius posſideret: quia talia capitula debẽt admitti, & est aureum dictum secundum Iacob. de Sancto Georg. in l. si de ui, columna ult. ff. de iudic. ubi refert, 25. limitationes, ad d. regu. Secundò limitatur, quando quis ageret ad feudum, & reus exciperet spolium rei mobilis priuatę: quia talis exceptio non obstat, ut tradit solus Afflict. decisi. 19. quidam Baro. quod est memoria dignũ, & ibi idem dicit, si ageretur ad rem ecclesiæ per cap. frequens. de restitut. spoli. lib. 6.

Spõsa non mutat domicilium, l. ea quæ, la secunda. ff. ad municipal. Et ideo singu. decidit Bal. in authen. omnes peregrini, colum. prima. C. communia de success. ꝙ si statutum disponeret de lucris inter sponsum. & sponsam, si alter eorum moriatur nondum celebrato matrimonio, inspiceretur locus contractus, & sic statutũ sponsæ. & hoc dictum pro singu. citat Dom. Felin. in ca. primo, columna penultima, uersiculo limita primò. extrà de sponsal. ubi dubitat, an hoc dictum Bal. procedat in ea, quæ sponsata est per uerba de præsenti, quia Baldus secundum eum generaliter loquitur. Sed non erat dubitandum: quia imò Bal. præcise loquitur in sponsa, ꝑ uerba de futuro, dum dicit, nondum celeb. matr. Neq; illa uerba debent intelligi de copula, uel coniunctione: quia tunc potius dicitur matrimonium consumari, & ita etiam expresse loquitur glossela prima, in d. l. ea

quæ

qnæ.aliter enim ineptè ſubaudiret ad tex. per uerba de futuro, & ſentit etiam aliam glo.magna ibidem, & hoc dictum pro ſingu.etiam refert, & ſequitur Do. Iaſon in l. prima colum. 13. uerſiculo pone enim ſtatutum dicit C.de ſum.trini.& fid. cath. in poſterioribus ſcriptis: & in prioribus, in 6.col.in prin.& idem conſuluit Bal.con ſil.199.in cauſa iſta conſiderandum eſt, in 3.lib.& facit quod in propoſito conſuluit idem Bal.c.10.conſuetudo uallata, in 2.lib.

Spurius non continetur appellatione coniunctorum. ita eleganter firmat Bal.in l.id quod pauperibus, col.ul ti.C.de epiſco.& cler.poſt Dyn.in conſil.14.in Chriſti nomine diligenter conſideratis,&c. & reaſſumit approbatq; D.Feli.in c.nonnulli §.1.col.19.in uerſicu. limita quintò, extra de reſcriptis, & ante eum Do.Alex. in l. ex facto §.ſi quis rogatus, el primo in 25.col.uerſi.adde etiam in hac quæſtione ff. ad Trebel. & in conſil. 60.uiſa legitimatione, col.3.uerſi.hoc præſuppoſito, lib.2.& confert ad ea quæ ſcripſi ſuprà in uerbo Baſtardi non ſuccedunt, & etiam ad ſtatutum de pace habenda à filiis offenſi: quia tales ſpurii non poſſunt facere pacem, licet naturales ſint, ſecundum Alexan. in l.2. ff. de acuſ.in addit.

Spurij filii appellari ſolent, uel à Græca uoce σπάδον, id eſt uulgo cōcepti, uel quaſi ſine patre filii. ita memoriæ mandauit, Iuſtinianus in titulo de nuptiis §. ſi ad uerſus ea. Sunt qui ſcribant, uel à Græca uoce σπάρον quod ſignificat pudenda: uera lectio eſt σπορα΄δην, quod apud nos uulgo ſparſim, & paſſim interpretari poteſt: hinc & Sporades inſulæ nomen ſortiuntur, licet Accurſius noſter, cumque eo alii ubique legant ſpadon: quæ dictio ſecundum eum, ſed perperam, idem ſignat, quod apud nos ſine patre filius. tamen facilè ignoſcendum eſt gloſſatori, qui Græcas literas non didicit. Tamen nō omnia poſſumus omnes, ut canit Verg. ſed certi per certa, uel meliores uel deteriores inueniuntur: ut inquit Iuſt.in l.1.§.qui autem C.de uet.iu.enucl. Accur. enim

Locus inſtitu.

Spodares inſulæ.

plus

plus nobis præstitit, quàm ætas illa pateretur: Latinis literis primum à Gothis, postea à Longobardis extirpatis, & deperditis, & uitia quæ seculi uidentur esse, nō hominis, ignoscenda sunt: non tamen ferenda. Modestinus autem in l. uulgò concepti ff. de stat. hom. Vulgò cōcepti (inquit) dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt, uel qui possunt quidem, sed eum habent quem habere non licet, qui & spurii appellantur, & tales propriè ciues appellari non possunt, ut in eleganti quęstione statuti Mediol. consuluit Bald. cons. 167. ad euidentiam præmitto, in ult. col. in 1. lib. quod consilium repetitum inuenio in cons. 467. in ult. dub.

Spurij, propriè ciues non sunt.

Plutarchus in Problemat. auctor est, Sabinos uxoris pudenda sporion appellare, & inde spurium dictum: refertque uarias opiniones, quare uulgo concepti spurii uocitentur, quas ne longior sim quàm par est, omitto. Nobis magis placet illa interpretatio, ut spurius dicatur quasi sine patre. neque enim hi patrem habere intelliguntur, quia inter prænomina antiquorum duabus literis, S. P. spurius notatur: sicut simplex litera L. Lucium signat, & C. Caium: & tribus literis Sex. Sextus significatur, ut docet Probus. idque etiam apud historicos cæterosque auctores sæpissimè inuenies. sicut etiā in duabus FF. superius adnotauimus, per quas Digestorum libri nominantur. A spurii significatu appellamus uersus etiam spurios, quorum auctor in incerto est: prout de carmine obscœno euenit, quod aliqui Vergilio, alii Ouidio uendicāt, quidam à diuersis poetis conscriptum contendunt. Prout etiam de aliquibus libris Platonis scribit Bal. in rubrica. C. de fide instrumentorum in ulti. colum. & propterea Ausonius poeta de Aristarcho inquit.

Quique notas spuriis uersibus apposuit.

Hinc nata parœmia, Ne patris quidem nomen dicere potest, de qua in Adagiis Roterodami. Alibi tamen Bald. in cap. innotuit, ante fi. de electio. putabat spurios inde nomen sumpsisse, quasi extra puritatem natos. Sed hæc

etymologia

etymologia nobis non applaudit.

Spurius legitimatus comparatur legitimè nato: ideo poteſt inſtitui hæres à patre corã duobus teſtibus, prout uerè legitimis concedit, l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto C. de teſtam. & etiam debetur legitima iure naturæ, prout aliis. ita ſingu. Bald. in capitulo de cauſis, in penultima columna, uerſiculo & ideo ſpurius, extrà de officio delega. & pro ſingu. commendat Dom. Iaſon in authen. ſi qua mulier, in penultima columna, uerſiculo ſecundo moueor, C. de ſacroſanct. eccle. & in d. §. ex imperfecto, in 1. col. & Deci. conſi. 258. in caſu, colum. 3. in principio.

Legatum factum ſpurio ſub conditione legitimationis an ualeat.

Sed an ualeat legatum factum filio ſpurio ſub conditione legitimationis? Bald. notabi. tenuit, quod ſic, in l. prima in tertia columna in 6. quæſtione, C. de inſtit. & ſubſtitut. cuius deciſio communiter ab omnibus approbatur, & hanc quæſtionem pro dubio diſputaui ſuperioribus annis in ciuitate Ferrariæ, & defenſaui ab impugnationibus multorum: & inter alios à motiuis Do. Ludo. Luſitani, quæ nunc in formis uideri poſſint, in l. quidã relegatus ff. de reb. dub. ſuſtinendo etiam ſubtiles cõſiderationes Socyn. ibidem in 3. col. quas dictus Ludo. debilibus rationibus conatus eſt deſtruere. Et idem quòd Bal. in loco prætallegato. tenet etiam ipſe in l. ult. ff. de his qui ſunt ſui uel al. iur. ubi etiam dicit, pluries conſuluiſſe. & ita conſuluit conſilio 388. reſpondendo ad dubia, in ult. libro, & idem tenuit in l. gallus §. inſtitués in ultimo notabili per illum textum ff. de lib. & poſth. ubi refert idem tenere Iacob. de Aret. in l. libertis, ff. de man. teſta. & idem tenet Pau. de Caſtro in l. ſeruus teſtamento, C. de leg. ubi reprobat Bald. qui in hoc uariauit in l. eam quam. in antepenultima columna, uerſiculo ex his apparet C. de fideic. cum multis concord. quæ latè tradunt D. Alex & Do. Iaſ. in dicto §. inſtituens, in 1. & ſecunda columna, & Berto. Veronen. cautela 71. octaua cautela, ubi ponit multos modos inſtituẽdi ſpurios:

Cautela.

& ante eum nonnullas ſingu. cautelas Bald. refert Franciſcus

ciscus eiusdem Bald.filius (ni fallor) inter consilia patris consil.72.quidam instituit hæredem, libro ultimo, & in pulchra quæstione filiorum Comitis Bernabonis vicecomitis consuluit Bal.consil. 456. Recolo me consuluisse in 5.lib.& in consi.162. quidam Franciscus, ad fin.in eo. uolum.

Et pro hoc facit in simili, ꝙ aliàs dixit Iacobus de Prato ueteri, fiscalis aduocatus: quòd legatum factum rebelli, cum erit capax, uel cum ad gratiam Cæsaris redierit, ualeat, neque interim ad fiscum pertineat: quod pro bona cautela instituendi rebellem, cõmendat Bertol. Veronen.cautela 193 nota quiuis, &c Posset etiam dari cautela, ut pater acquireret emphyteosim pro se, & filio spurio, secundum not.dictum Bald.in l. secunda columna prima C.de iure emphyt. & ita bis iudicatum fuisse, refert Afflic.decis.99.si pater. & talis emphyteosis imputabitur spurio in alimentis, ut ibi per eum.& uidi ex facto cum incidisset, obseruari.

Spuriis saltem de æquitate canonica alimenta debentur, capitulo cum haberet, de eo qui duxit in uxo. quã pol.per adul & tradit Bar. in l. ultima colum. secunda, ff.de his quibus ut indig. ubi laborat pro dando modũ, quomodo spurio aliquid relinqui possit, & ꝙ ualeat legatum factum filię ex moniali susceptę, modo legitimã non excedat, consuluit Deci.consilio 611. magnificus, ad finem.libro quarto & talis æquitas ideo præualuit, ꝙ non potest pater prohibere, ne eius spurio alimenta præstentur.ita sing.determinat Bal in l id quod pauperibus in ulti.columna, uersiculo ultimo quæritur C.de episcopis, & cleri.& pro singula.commendat Do.Iason cõsilio 26.omissis, columna ultima libro primo, ubi addit quod dispositio dicti ca. cum haberet, seruari debet etiam in terris imperii, & ꝙ si spurius habet substitutũ ꝙ tali substituto defertur illud suprà plus, ꝙ spurio legari iure non potuit, & ꝙ in eo substitutus cohæredes excludit; quod est memoria dignum, ad intellectum l. 2.in fi.C.de natur. lib.

Stratores

Stratores sunt nuncij, uel apparitores magistratuum qui reos in ius uel in carcerem ducunt:ut declarat Vlp. in l. obseruare. in prin. ff. de off proconsl. & lega. licet in uulgaris codicibus uerba mendosa circunferantur. prout etiam in l. in eadem. tit. ex quibus ca. ma. ubi stratores repositum est. quos glossator noster dictos putauit, quia sternant male acta: uel quia sternunt homines, & capiunt transeuntes per stratam: tanquam à strata, stratores. Sed iudicio meo statores castigari debet: ita appellatos, quia quodãmodo magistratibus addicti sunt, ut parati semper stent ad eorum præcepta. & ita etiam scribendum est apud Imperatorem in l. 3. de diuersis officiis lib. ultim. codicis. & ideo Plancus ad Cicer. de Lentulis consulis statore: Præsto mihi fuit (inquit) stator eius cum literis, quibus ne uenirem denunciabat. Hinc stationarii milites, & statoris Iouis templum à Romulo cõstructum: ut in primo refert Liuius. Meminit etiã Cicero in secundo de Legib & titulus de curiosis & stationariis lib. 12. Cod. Inuenitur etiam stlatarius, qui stlatæ præest, nauigii id genus traditur, latum, altumque: & ab ipsa latitudine nomen accepit. uel quia antiqui lites, stlites appellabant: & lotũ, stlotum: sic & stlatum, de quo nauigij genere meminit Ausonius. Et ex his puto etiam corrigi debere rubricam & l. unicam. in titu. de statorib. lib. ult. C. ubi stratoribus legitur: licet nullus animaduertat. nisi malimus dicere, à sternendo stratores dictos: ut etiam docet Varo, quẽ refero infrà in d. Stratum tamen magis placet, ut à stando statores deducamus. sicut de stabulo, & stabulariis dicitur in tit. Nautæ caup. stabul. & apud Colum. lib. 7. & Apuleium, dum inquit: Sumo sarcinulam, & precio mansionis stabulario persoluto capescimus uiam.

Locus Vlp. — *Locus apud Imperatorẽ* — *Stationarij milites.* — *Statoris Iouis templum.* — *Stlatarius.* — *Stlites.* — *Stlotum.* — *Stlatæ.* — *Locus apud Imperator.*

Statuta aliquando sunt stricti iuris, ut quando ex eis surgit actio ex contractu stricti iuris: aliquando sunt bonæfidei, ut quando agitur ex contractu, ex quo surgit actio bonæfidei. ita notabi. Bal. in rubri. extra de constit. in ult. colum.

Statuta

Statuta terrarum pro maiori parte consistunt magis in Sicuolo, sic iubeo, quã in modulari ratione. ita eleganter Bald. in cap. 1. in ultimis uerbis, de alien. feudi, & ideo debent ita interpretari, ut non mereantur à sapientibus reprehendi. ita sæpè dicit Bald. in consiliis suis arg. l. Saluius Aristo ff. de leg. præstan. ut refertur à Corn. in consil. 11. stantibus dictis statutis, in 2. col. lib. 1. & in consi. 17. in hac consultatione, in pen. col. eo. lib. tamen ego hoc apud Bal. adhuc non inueni.

Statuta debent interpretari propriè & strictè, ut notat Barto & omnes, in l quicquid astringendæ, ad finem. princip. ff. de uerborum obligat. Bart. latè in l. omnes populi, in 6. q principali. ff. de iust. & iur. & in l. constitutionibus ff. ad municip. & firmat Bal. in pulchra quæstione, consi. 294 ad euidentiam præmittendum est, in primo libro, & consilio 398. punctus talis est, in 3. uolum. Dom. Alexand. consil. 26. uiso, columna ultima, & consil 40. prospectis, circa princ. libro secundo, quia, ut inquit Bald. in l. testamentum, in fin. C. de testament. tantum disponunt, quantum loquuntur, & non plus, & sequitur Iason in l. ultima colum. 2. C. de ind. uid. tol. Fallit singula. nisi statutum sit fauorabile: quia tunc etiam largè, & impropriè intelligi potest. istam sing. limitationem colligit Domin. Ias. ex dictis Bald. & Paul. de Castro ibidem, in l. qui se patris, columna 24. uersicul. ego autem C. unde liberi. ubi multum extollit, & dicit quòd cari penderet inuenire aliquem qui hoc diceret: & cum eius dictis transeunt ibi Moderniores Papienses. Quibus adde, quòd hanc limitationem etiam multum commendat Domin. Iason In l. 4. §. prætor ait. in quarto notab. ff de in ius uocan. & in l. non dubium, in octaua columna uersiculo secundo adde. C. de legibus. Secundò adde, quòd illam limitationem, iudicio meo, expresse tradit Bald. in consilio 286. super primo uersiculo, super sexto puncto, libro tertio, ubi singula. consuluit, quod stante statuto, quòd in dotibus non currat præscriptio, extendetur etiam propter eius fauorem ad legatum fa-

ctum nomine dotis:licet statutum propriè intelligi debeat,& dos ante matrimonium propriè dos dici nõ possit,l.ultima circa prin. ibi. & fine nuptiis quidem nulla dos intelligitur, C.de dona. ante nup. & l.3. ff. de iure dot.quod bene nota. Et cõfirmari potest per ea quę scribit Alex in l.si cum dotem.§.ult.col.1.ff.solu.matrim. dum citat notab.dictum Bal.in l.prima in fin.C.de condi.ob causam.qui eleganter dicebat, quòd sicut per formam statuti instrumenta dotalia mandantur executioni fauore dotium, hoc etiam extendetur ad instrument. dotis putatiuæ. Secundò fallit, quoniam statutũ impròpriatur ut minus lædat ius commune, & ius priuati, ut probatur in capitulo cum dilectus. ubi hoc not. Dom. Anto.& Imol.extrà de consuetud.& in pulchra q. consuluit Do.Alex.consilio 88.quod concurrere debeant. in ultimis uerbis.in primo libro, quod consilium superfluò repetitum inuenies in consi.137.in eodem libro,& idem etiam tradit Dom. Alexand.consi.52.uiso themate.colum.1.libro primo.

Statuto cautum est ferè ubique per Italiam,quòd uerba statutorum seruentur ut iacet litera : de quo statuto multa traduntur in uariis locis: & quia quotidie solet adduci, proinde paucula hæc adscribere ab re uisum nõ est.Et dicebat singul.Bald.in l.secunda,columna ultim. uers.si autem desiderant.C.de patr.qui fil.distrax.quòd stante hoc statuto non est fienda extensio: quia litera dicitur,quæ oculis uidetur:non quæ solo intellectu percipitur & istud dictum pro notab.refert D. Alexan.in l.1. colum.20.uersi.puto.ff.de uulg.& pup.& pro singu. refert Domin.Iason in l.non dubium,in 6.col.uersic.nota tamen.C.de legibus,&consilio 25.columna secunda, lib.1.& sequitur Felin. in c.translato.in 2.col. & col.6. uersiculo item non arguitur.de constitutio.& in capitulo cum dilecta. columna decimasexta in 9. ampl. extrà de rescriptis, licet contrarium in facti contingentia Senis dicat se consuluisse Andreas Siculus in commento l.cum acutissimi. colum.7.C. de fideicommissa per tex.

secundum eum formalem.& sing. in l.oratio,ubi ut suppleatur quod orationi deest.de sponsal.Idem dicit sign. Ang.in l.si ita scriptum.in prin.ff.de lib.& posthu.quòd stante hoc statuto, sub simplicibus non continetur casus mixtus,& refert D.Iaf.in l.1.col.9.uersic.2.fallit.ff. de offi.eius cui mand.est iur.ubi subdit, quòd etiam tollitur argumentum à contrario sensu, secundum Bal. in dicta l.2.Et ideo sub expressa uulgari non continebitur tacita pupillaris,secundum Bald. singula.in l.precib.in tertia columna,uersicul.& nota.C. de impub.& al. sub. de quo ulti.scripsi inf.in uerb. Substitutio uulgaris. Et dicit etiam Ang. in loco præallegato, ꝙ stante hoc statuto uerba non poterant interpretari, sed solùm benignè intelligi, prout oculo corporeo legi possunt: & sic per figuram solum intelligi: ut dicit tex. not.ad hoc.in l.1.ut ubi Bar.per hoc notabiliter infert ad quæst.ff.si tabu.test.extrà. Et illud dicitur propriè scriptū,quod oculo corporali legi potest.ut est tex.clarus in l.1.in prin.ff. de his quæ in testa del.& in pulchro casu not.etiā Bart. in l.qui Rom.æ.§ duo fratres.in 4.quæst.de uerb. oblig. & in l.de his:in ult.quæst.ff.de transact.Bal.in l.2.colu. ult.uersic.si autem.C.de patr.qui fil.distr.Do. Alex. in l.licet Imperator.in 2.colu. in prin.de leg.1.& latè Do. Feli.in c.translato.in 2.colu.extrà de constitu.nec sufficit intellectus separatus à carne, id est intelligentia pura sine corporalibus organis, ut pulchrè inquit Bald. in l.legem. in princ. C. locati quamuis in uulgatis codicibus uerba mendosè reperiantur. Proinde dicebat Do. Alex.consi.50.uisis,in 1.colum.in primo libro.quod cōsilium est ab impressoribus etiam inculcatum. in 2.fol. nume.217. ꝙ in statuto nostro uerba debent fideliter sicut prolata sunt,& ad literam exponi, quadam grammaticali intelligentia,ut dicit tex.notabi. in c. exiit qui seminat.in penul.col.§.itaque sub pœna.de uerbor. signi. lib.6.qui ad hoc est aureus,secundum Bald.in authenti. si qua mulier.in fin.C.de sacr.san.eccl.& Anch. in commento c.canonum statuta.in penult.colum. uersic. dicit

Scriptum quid dicatur.

enim de cõstitu.& D. Alex in l.1.in 3.col.ff.si cert.peta. Idẽ dici in proposito singu.Bal.in l.iubemus. per illum tex.in prin.& in fin.C.ad Trebellia.ꝙ prædictũ statutũ nõ recipit nisi literalem expositionẽ,de uirtute sermonis per d.c.exijt. & ideo secundum eum debemus sequi uerborum aptitudinẽ,non extensionis plenitudinem.& ꝙ per hoc statutum nõ intelligatur remota literalis expositio.dicunt ét Paul.de Castr.D.Alex.Socyn.& alii, in l.1.super gl.1.ff.si cert.peta.Dicit ét D.Alex.in consilijs suprà relatis,in pen.colum.uersi. non obstat ꝙ alio statuto,&c.quòd non tollitur iusta interpretatio.

Item dicit Andr.Sicul.in repe.rub.extra de fid.instr. col.11.uersi.de proprio ꝙ illa uerb.statuti,ut iacet litera,debent exponi, id est secundum communẽ usum loquendi.de quo late ét per D. Ias.in l.ulti.colum. penu. C.de success.ed.& Felin.in prima gl. decretalium.in 5. colum.uersi.2.amplia prædicta. Itẽ stante hoc statuto, interpretatio passiua non põt remoueri,extensiua uerò, sic,ut latè per Deci.in c.translato.in pen.colum.& seq. extrà de cõstitu.in prioribus scriptis, ubi etiã ponit, an stante hoc statuto proc.argu.à simili.& idẽ de intrinseca, ꝙ non sit sublata per hoc statutum, sed solum extrinseca,ponit Feli.in c.super quæstionum.in prin.in 1.col. de offi.del. Et de effectu huius statuti,uide ad saturitatẽ per Barb.in rep.l.cum acutissimi.col.66.uers.capio ergo primum dubium.C. de fideicommis. per Curt. Iun. cons.9.Titium statuto cauetur,in 2.col.Alex.consi.80. uiso & opportunè animaduerso.in 2.& 3.colu.in primo. lib.ubi inter alia refert notabil.dictum Bal.in l.oẽs populi col. 10. uersi.sed quid si cauetur.ff.de iust.& iur.dicentis, ꝙ per talia statuta nõ remouetur glossatio,quæ ex legibus:neq; determinatio laudabilis.

Et dicit Aretin. consi.108.coegistis subtilizare.circa princ.ꝙ per hoc statutum non remouetur interpretatio legitima,& quæ de iure admitti debet: quia neq; statuẽtes hoc possent remouere: neque uidentur uelle, etiã si possent.& propterea concludit,ꝙ statutum quod loqui-

tur

tur in ciuilibus, extenditur ad causas criminales: ut ibi subtiliter per eum & idem Aret. cons. 144. licet statuta, consuluit q per hoc statutum non uidetur remota interpretatio restrictiua: quia per statuta non potest tolli facultas interpretandi, ut per Bar. in l. omnes populi. colu. pen. in princ. ff. de iust. & iur. & dicit Alciat. in l. 2. de uerb. signific. in pen. char. uers. sed quid si alia lege, q uera interpretatio non uidetur reiecta, sed solum friuola, & q eo modo debet fieri interpretatio, ne absurdum ineptumve aliquid consequatur: & propterea masculinum cōcipere fœmininum, licet dispositio de simplici loquens, admixtum non protrahatur: ut ibi latius per eum. Sed tamen Iaf. cons. 50. pro nobilib. lib. 1. consuluit, q dos confessata non comprehenditur in statuto loquente de dote tradita, quia uenit per interpretationem. Item stante prædicto statuto, non proc. argumentum à contrario sensu. Alex. in l. 1. in princ. colu. 10. ff. de offi. eius. Item, stante præallegato statuto, non procedit regula correlatiuorum, ut per Curt. iun. cons. 6. circa has. in 3. colum. & seq. & ita in hoc ultim. aliàs uidi consultum per excelsos doctores Papiæ ordinariam legentes, Tortum, Puteum, & Grassum. quorum consilia sunt apud me, & ex facto cum Mediolani cōtigisset, uidi sic obseruari.

Statutum derogans iuri communi, uel eum corrigēs, non recipit declarationē ab eo, sed debet intelligi simpliciter prout iacet. ita sing. declarat Bal. in l. maximū uitium. colu. penult. uersic. ulterius quæritur. C. de lib. præter. & pro sing. multum cōmendat & sequitur Pau. de Cast. in l. ult. §. in computatione. in ult. uerbis. C. de iur. delib. & pro egregio approbat & sequitur D. Alex. cons. 20. uiso processu. in ultim. colu. lib. 1. & pro sing. reassumit Socy. in l. cum filiusfami. in 4. col. ff. de uerb. oblig. & est memoria dignum, ad limitationem regulæ quę habet: q statutum debet interpretari secundum ius commune, ut dicit tex. in c. cum dilectus. §. quia nobis. extrà de consuetud. & probatur in l. 2. C. de noxal. tra-

Statutum debet interpretari secundum ius commune.

ftat latè Bar. in l. omnes populi. in 2. & 3. qõ. 6. quæft. principalis. ff. de iuſ. & iur. & Bald. in l. terminato. in fi. C. de fruct. & lit. exp. & in cõſilio 58. in reſtitutione do tis. in ultim. colum in 2. lib. D. Alexan. conſ 50. uiſis. in ult. colum. lib. 1. & conſilio 217. in 2. lib. ubi idem conſilium ſuperfluò repetitum inuenies. & Corn. conſ. 1. pro deciſione. in ultim. colum. in 2. lib. & conſ. 11. ſtantib. dictis ſtatutis. in ultimis uerbis. in primo lib. ubi refert no. dictum Bald. in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de lib. & poſthum. qui ſecundum eum dicebat, ꝙ ſtatuta cæteris paribus ſunt interpretanda ſecundum leges iuris communis. Tamen iſtud dictum Bal. primo loco relatum, licet multum ſolenne & ſingulare, reprobatur latè per Do. Alexand. in l. inter cætera colum. penul. ad fin. & ſeq. ff. de libe. & poſthum. & in d. §. in computatione. in 8. colum. & ſeq. & Do. Iaſ. in authent. nouiſſima. colu. quinta. ad fin. & ſequen. C. de inoffic. teſt. licet eum ſequutus ſit Alex. conſi. 35. colum. penult. lib. 6. & Pau. in authen. nouiſſima. colum prima. in fine de inoff. teſt. ubi dicit ſingula.

Statuta contraria ſi reperiatur in eodem uolumine, an per incertitudinem uicientur? uideretur quòd ſic, per communes regulas, & per ea quæ latè traduntur in l. ita ſtipulatus. la grande. ff. de uerborum obligation, Contrarium tamen eſt uerum: quia imò ſeruari debet illud ſtatutum, quod æquius & iuſtius uidetur. ita ſingula. Bald. in cap. cum olim. uerſic. caſus. extrà de conſuetudin. quod pro ſingul. refert & confirmat D. Iaſon in l. Gallus. §. primo ad fin. de liber. & poſthum. in prioribus ſcriptis. & in l. quarta in primo not. C. de teſtam. milit. & Decius. conſilio 3. diligenter pro tenui. in 5. colum. Sed ſi utrunque ſtatutum eſt æquum & iuſtum, ſeruabitur illud quod eſt magis ſpeciale. ita egregiè Bald. in l. executorem. in ſexta columna uerſicu. or redeo ad naturam. C. de exe. rei iudica. quod commendat Dom. Alexand. conſ. 29. quoniam abunde. in prima columna libr. 1. & Andre. Sicul. in repetit. rubric. extra

de fide instrum. in 3. colum. iunctis his quæ tradit Baldus consilio 10. duo sunt statuta in 1. lib. & consil. 223. primo statuto Aten si. in eo. uolum. & D. Felin. in capitulo gratum, in primo not. de offic. delega. & quæ retuli suprà in dictione solus. & ultra ea consuluit Corn. consilio 4. diu per totum, & consilio 57. uidetur prima facie, in secundo libro. Et si dubium esset inter duo statuta quod esset magis speciale: illud statutum cẽsetur specialius, per quod magis fauetur reipu. uel communi utilitati, ut latè tradit Dom. Felin. in capitulo nonnulli, in principio columna 25. uersi. & fauore publicæ utilitatis. extrà de rescrip.

Statutum, quòd extantibus masculis filia dotata non succedat, quod ubique uiget, an excludat posthumam, uel quæ infans erat tempore mortis patris, quibus testator dotem non potuit constituere? Baldus singul. tenuit, quòd non, in l. si plures, columna antepenultima, uersiculo, iuxta prædicta, C. de condi. inser. cuius dictũ sequitur, & commendat Alexander consilio 130. attentis uerbis, circa principium, libro secundo, & consilio 151. uiso themate. colum. prima eodem libro, & consil. 13. circa primum columna quinta. uersiculo benefacit, libro tertio. Decius consil. 24. columna penultima. ubi citat Bartol. idem tenentem, consilio 31. quidam decessit intestatus, ad finem, & pro singula. citat Domi. Ias. in l. commodissime. columna prima ff. de libe. & posthum. ubi tamen aliqua adducit in contrarium, & idem ex facto cum incidisset, consuluit Bal. consi. 398. punctus talis est. in 3. libro, iuncto singu. dicto eiusdem in l. penultima ad finem prin. C. de inoffi. test. quod referam infra in seq. Mem. An autem hoc statutum procedat, quando masculus solum exclusisset fœminam per momentum Bal. singula. decidit, quòd sic, in l. si quis posthumos §. 1. columna ultima circa med. ff. de libe. & posthu. quem pro sing. refert Domi. Iason in l. inter stipulantem. §. sacram. in octaua columna ff. de uerb. obli. cum similibus, de quibus in uerb. Momentum, ubi retuli Bal. etiam alibi *Momentũ cõsideretur.*

bi hoc dicentem, in l. in rebus uersic. sed hic concurrit C. de secund. nup.

Statutum quòd frater excludat sororem, eam legitime dotando, an etiam excludat sororis filium, in quo non cadit dos? Bal. sing. in l. penultima ad finem princ. C. de inoffic. test. tenuit, quòd non. Et hanc decisionem pro mirabili refert Do. Ias. in l. qui se patris. columna ultima C. unde lib. eamque pro singu. adducit Aret. in l. gallus. § nunc. de l. Velleia. in ultima columna, ff. de lib. & posthum. vbi declarat quomodo possit procedere, & est memoria dignum, ad limitationem statuti Mediola. in rub. de succest. ab intesta. cap. 11. & facit, quòd sing. Bal. decidit in l. si plures, colum. antepen. uersicu. iuxta prædicta C. de cond. inser. quem suprà proxime retuli, & est notab. decisio ad uulgatam reg. cui non cōueniunt uerba l. uel statuti, non conuenit etiam earum dispositio l. quod constitutum ubi Barto. ad hoc not. ff. de test. milit. & l. constitutionibus. ff. ad municipal. cum his quæ etiam tradit Alex. conf. 17. requisitus in causa, colum. 1. lib. 1. & latiss. prosequitur Do. Felin. late amplians in c. nonnulli. in prin. in 36. collum. & duob. seq. extrà de rescrip. post Domi. Alexan. in l. 4. §. prætor ait. in penul. & ult. colum. per illum textum, quem ad hoc notant ibi Bart. & omnes alii. ff. de dam. infect. & consilio 16. uisis, & opportune. circa finem, in secundo lib. & Ludoui. Roman. singu. 498. statutum sumens, & singu. seq.

Statutum requirens consensum mariti, uel agnati, in obligationibus mulierum, an procedat etiam quando mulier contraheret cum patre? Bald. sing. in l. 3. in ult. col. in 21. quæst. C. de colla. tenuit quòd non. cuius dictum commendat, & sequitur D. Alex. ubi in terminis late consuluit pro ista parte, conf. 106. quo ad præsens, in ult. uerbis. in 2. lib. & conf. 29. præclare, col. pen. lib. 3. & pro sing. citat D. Ias. ubi refert, multos sequi, in l. præses. in 2. col. & in transactionem. in 2. not. C. de tran sac. & Decius consil. 180. uisa renunciatione. colum. 1. ubi

ubi dicit, se ita aliàs consuluisse.& consi.26.col.2.licet Bal.reprobet idem D Ias.in d.l.3.colu.ulti.uers. extrà glo.post Lud. Rom.ibid.cum quo uidetur trāsire Corn. Sed an ex diuturnitate temporis præsumetur, talem cō sensum in contractu interuenisse? Bal. eleganter in l.2. C.de legit.hæred tenuit ꝙ non. & de ueritate disputat D. Alex.ubi etiam alii Mod.in l.qui in aliena. in princ. in 3.col.uers.extrà glo.ff.de acqui.hæred. cum his quæ latè scrib. Andreas Sicu.in repet.rub.extrà de fid.instr. colum.58.uers.etsi dicatur.& in commento rub.C. qui adm.col.2.ad fi.& seq. cū his quæ scripsi suprà in uerb. Mandatum procuratoris. An autē statutum prædictum proc. etiam, quando mulier promitteret dotem pro filia? Socyn.cons. 80. præsens consultatio. col. pen. lib.4. dicit quod non: post Butr.cons.35.uisā. Felin. in c.eccl. sanctæ Mariæ.col.23.de consti.Fanus in trac.pignor.in prima parte, octauæ partis princip.nume.31. & seq.ubi respondet his, quæ in contrarium adduci possunt. & ita uidi iudicari, & sententiam in causa appellationis confirmari.nam generalis dispositio nō comprehendit causam dotis:ut per Ias.in l.1. solut.matr.

Statutum requirens in contractu mulieris conscientiam duorum propinquorum, non arctat ad consentiendum:sed sufficit, si certiores facti sint, quamuis postea contra dicant.ita sing.Ang.in §.emphyteosis.per illum text. in auth. de alienat. & emphyt. quem commendat D.Alex.in l.2.§.ult.in 1.not.ff.sol.matr.& limitat non procedere, quando requireretur conscientia alicuius in dignitate constituti, puta episcopi: quia tunc debet consentire.ita eleganter declarat Archidiac.in ca. quidem 18.quæst.2.& reassumit D.Ias.in l.1.col.ult per gl. no. ibi.C.de 2.tab.& in l.omnium.in 2.not.C. de test. Sed an sufficiat quilibet propinquus, an uerò requiratur ꝙ sit de proximioribus? Bal.sing.in l.ult.in 1.colum uersicū.2.not.C.de uerbo.signif.tenuit, quòd debet esse de proximioribus, si idonei sunt. & successiuè de proximis per ordinem coniunctionis.& hoc ante eum dixerat Iacob.

cob. Butr. in l. 1. C. unde uir. & uxor, ubi tamen dicit, quòd de consuetudine non seruatur. & consuluit Ange. cons. 165. reuocatur in dub. circa finem sequitur cũ multis cõcord. D. Alex. in l. ult. in ultimis uerbis. C. de test. mil. & in l. si cum dotem §. eo autem tempore. in ultì. col. uer. & dicit Bal. ff. sol. matr. & Do. Ias. in d. l. 1. in fi. C. unde uir & uxor. & in d. l. ult circa fi. C. de uerb. sig. sed utrobiq; dubitat per ea quæ tradunt Bar. Bal. & Mod. in l. transactionem C. de trans. quæ tamen fuit originalis dubitatio D. Alex. in d. l. ult. C. de uer. sig. in sua ad Bal. paraphrasi & consuluit in pulcra quęstione Fulgen. cons. 219. ussis binis processib. in 2. col. ad fi. & seq. ubi dicit sufficere quemlibet propinquum: & imputandum esse matri, si non adhibuit proximiorem, eo casu quo per statutũ requireretur. quod ult. bene nota: quia hoc in facto incidit, cum ex dispositione literarum ducalium requireretur præsentia duorum ex agnatis proximiorib. & mulier duos ex ulterioribus in gradu scienter supposuisset. & de hoc dicto Bal. etiam meminit Andre. Sicu. in repe. l. cum acutissimi. col. 55. C. de fideic. ubi etiam ponit, an mulier propinquior possit consentire. de quo ultimo habes elegantem decisionem Bald. in l. 1. colum. ulti. uersi. sed quid si statutum. C. qui admin. ubi putat quod non, quia consilium & auctoritas proprie est uirorum, non mulierum, arg. l. quidam decedens. §. Papin. ff. de adm. tut. & quia si statutum facit mulierem inhabilem in facto suo, non debet auctorari in alieno. ut l. ult. C. de legit. tut. & sequitur hoc dictum Bald. Do. Ias. in l. si quis id quod. in 3. colum. in 1. fall. ff. de iur. omn. iud. post Alex. consil. 24. animaduersis. col. 10. uers. & præsertim in 2. lib. Dec. cons. 188. in casu proposito. circa finem. Quid autem, si ille propinquior nolit consentire, dicit, quòd debet iudex adhibere alium coniunctum, licet remotiorem isto: ita singula. Bald. in l. uiduæ. circa fin. C. de nuptiis. quod pro singul. sequitur Alexan. in l. si cum dotem §. eo autem tempore. col. pe. ff. sol. mat. ubi declarat. per aliud not.

no.dictum Bal.in rub.C.de cont.emp.in pe.q. & Alex. consi.57.perspectis.col.2.in fi.& seq.lib.2. Sed quid si non habet aliquos propinquos;tunc non procedit statutum.ita sing.uoluit Bal.in l. in coniunctione. per illum tex. C.de nupt.quod commendat,&cum aliquibus similibus sequitur Andr.Sicu.in tract.de præst. Card.in prima quæstione primæ partis.in 7.colum.uers.3: concurrit.& consuluit Corn.consilio 131. in hac consultatione.col.2.libro ult.ubi ponit, quid esset tempore pestis. Quid autem esset, si mulier contraheret cum propinquo:dic,quòd ipse non potest auctorizare:sed debet adhiberi alius, qui non curet propria commoda, potius quàm mulieris.ita egregiè Bald.in l. uiduæ. in ult.not. per illum tex.C,de nupt. cum his quæ latè retuli suprà in uerb.Filius fam.potest. & quæ eleganter scribit Bal. consi 23.præsupposito statuto ciuitatis Spoleti.in ulti. lib. Item quid si mulier uellet adire hæreditatem; dic non proc. statutum:quia adire non est propriè cõtrahere, sed quasi contrahere. ita in terminis statu. Mediol. consuluit Signor.consi.165. statuto ciuitatis Mediolan. per totum.& tradit Barto.in l.apud Iulianum.§. ult.ad fin.ff.quibus ex cau.in pos.eatur, quæ opinio communis est.licet Bar.alibi uisus sit cõtrariari,secundum D. Alexan.in l.mutum.in 3.colum.& seq. ff. de acquiren. hær.ubi etiam habes, quid si mulier faciat contractum sibi utilem,non seruatis solénitatibus statuti; quo casu statutum hoc non procced. secundum Bald. eleganter in l.neque.C.de contra.& com.stipul.per illum tex. cum his quæ scribit.D.Ias.in l.contra iuris.in prin.ff. de pactis.& in l.Barba.Philip. col. 3. uers. limito tamen. ff. de offic.prætor.& in l non eo minus.in 3.no.C. de pro curat.& D.Fel.in c.edoceri.col.8.uers. dum dicit Abb. extrà de rescript.Nonnullas etiam alias pulchras quæstiones Bald. in materia huius statuti reassumit Domi. Alex.in l.more.in 2.not.ff.de acquir. hæred. quæ omnia nota,quia sæpe ex facto incidunt.

Statutum, quòd uxor non possit testari sine consensu

uiri

uiri,non ualet: quia aufert liberam facultatem testandi. ita singu. Paul.de Cast.in l.ex facto. in princ.in pen. not.per illum tex.ff.de vulg.& pu.ubi refert, se ita consuluisse. & cum Paulo concordant magis, communiter scrib.ut ibi latè per Do.Ias.in 7. nota. ubi tamen tenet contrarium: & dicit quòd contrarium consuleret, & iudicaret. Sed illam decisionem Paul. pro singul. approbat & sequitur idem Do.Ias.in l.non idcirco. C. de codicil.& in l.stipulatio hoc modo concepta. in primo notab.ff.de uerbo. oblig. sequitur etiam Do.Alexand. cons.55.consideratis uerbis dicti statuti. in ultimis uerbis.in 1.lib.& cons.155.uisis.colum.2.lib.2. Et hoc est nota.dignum,ad elegantem & singul. decisionem Bald. cons.43.statuto communis Asisii.in ult. lib. ubi consuluit,quòd stante statuto Asisiensi,quòd nulla mulier illius ciuitatis possit testari sine præsentia uiri. non ualebit testamentum,omissa tali solemnitate:quamuis mulier sit perusina, quæ tamen ibi nupserat. & sic Bald. concludit, tale statutum ualere. ut etiam concludit Paul.de Cast.in l.si cum dotem.in fin.princ. solut.matrim.Sed quid si mulier habet duos maritos,unum legitimum, alium putatiuum, cum quò moratur: *cuius* consensum requiremus? tractat singu. Bald. cons.130. uerus maritus.in 4.lib.

Statuta Italiæ quæ disponunt, quod in contractibus mulierum & minorum interueniant agnati, sunt ęquissima:quia mulieres & minores facile seducuntur, quandoque minis, quandoque etiam blanditiis & pollicitationibus,quibus statutis,etiam cum iuramento renúciari nō potest,ita eleganter Bal.in l.2.in 9.q.C.de rescin. uend.quod dictum pro egregio commendat D.Ias.in l. 2.in 3.col.ff.de leg.1.& in l.si minor.in 1. notab. ff. de uerb.obl.Et ideo alibi egregie Bald.in l.2.in fin.C.de ind.uid.tol.dicit ualere statuta, quibus cauēt ne minores obligentur,etiam ex contractu iurato,si talia statuta habent rationabile motiuum, puta quia in illo loco esset tanta hominum iniquitas, ut de facili iuniores seducerentur

seducerentur: quia tunc statutum uim apostolici obtinet,& iuramenta relaxat. & hoc dictum pro eleganti re assumit Andr. Sicul. in repetitione rubric. extra de fide instrumentorum,col.37.uersiculo pondera. Et hæc sunt memoria digna, ad statutum nostrum Mediolani, quo cauetur, quod auth. sacramenta puberum C. si aduer. uend. & quęlibet alia iuris dispositio illud uel simile disponens, non ualeat: & quod iuramentum minoribus non obsit, dato quòd iurarent se maiores, & ideo non minus eleganter quàm uere dicebat Cy. in d. authentica sacramenta puberum, in prima quæstione, quòd illa authentica est erronea, & multos misit ad inferos, & multa patrimonia iniquè acquisita examinauit, & destruxit. quod pro bene notando commendat Cœp. caut. 306. tutores, ad fin. contra aduocatos, qui consulunt, ut in contractu minorum adhibeatur iuramentum. Est uerum quod multi contrarium tenuerunt, uidelicet tale statutum non ualere: ut late tradit D. Ias. post alios, in d. auth. sacramenta in antepen. col. & seq. & tangit D. Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 25. uersi. & ista uerba, de consti. & D. Claud. in repe. l. ut uim, in 4. col. uer. de statuto ff. de iu sti. & iur. & quòd tale statutum non ualeat, concludit D. Christ de Castel. in dispositione sua, statuto ciuitatis Papiæ cauetur, &c. in 6. col. in fi. & Mod. Papien. in l. si quis maior, in fi. C. de transact. cum his quæ late scribit D. Alex. consi. 59. uiso instrumento, & titu quæstionis, per totum, in primo libro, ubi etiam tangit, quòd si talia statuta essent per summum Pontificem approbata, & aliquid in consilio 27. uiso libello producto, columna penultima in fine, & sequenti eodem libro, & in consilio 125. uisis, & consideratis, in quinta columna ad finem, & sequenti in primo libro ubi reassumit illa quæ posuerat. in præallegato consilio 59. in prima, & secunda columna, & tradit etiam, subtiliter Aret. consilio 8. abunde per totum, & Alexan. consilio 99. uidetur prima facie.. colum. ultim. libro 4. & oonsilio 102. eum statutum. eo. lib.

Statu

Statuto Mediol. cauetur, quòd decedente uxore in matrimonio sine filiis, maritus lucretur dotem datam uel promissam. moritur uxor, quam postea subsequitur maritus antequam dotem acceptet: quæritur, an transmittat commodum dotis ad hæredes. Barto. sing. tenuit, quod sic, in ea remp. quæ sibi ascribitur, in l. si arrogator. in 2. col. in 6. opp. ff. de adop. cuius decisionem latè prosequitur & commendat. Do. Ias. ibidem in 7. col. uers. ex hac consultatione. cum concor. adductis per D. Alex. & Do. Ias. in l. cum antiquiorib: super gl. in uerbo, Fuisse. C. de iur. delib. Alex. in l. si uir. ff. ad l. Falc. & per Socyn. in l qui duos impuberes. §. pen. ff. de reb. dubiis. Tamen communiter tenetur quòd non sit repet. Bart. ut latè per D. Ias. in primis uerbis illius l. cum his quæ scripsi infrà in dictione Tantum. & sentit Do. Alex. in d. l. cum antiquioribus. in 4. col. in prin. & ibidē Do. Ias. in ult. col. dicit, quòd est repe. Bald. prout etiam contigit in repet. l. Barbarius Philippus. ff. de offic. prætor. quæ fuit Baldi, licet Bartoli lecturis inserta sit. ut etiā dicit D. Felin. in c. cum dilecta. in 2. col. uers. lex Barbarius extrà de rescriptis. Neque omitto quod etiā Fran. Crem. not. 93. statuto cauetur. citat Bald. in d. l. si arrogator. ponere hāc sing. decisionem. & in uulgatoribus libris, hoc dicit Bal. in 1. col. in 2. opp. ut aut necessario fatendum sit, Bal. bis commentasse illam legem, aut hanc sing. decis. duobus insolidum per doctor. attribui: quod ultimum inconueniens uideretur. Secundo quæritur, an dictum statutum procedat: si mulier stetit in matrimonio sólùm per unum diem, & postea mortua sit. in hoc est sing. decis. Bald. quòd sic. in l. non tantúm. C. de legat. de quo tamen scripsi suprà in uerbo, Momentum. Quid autem dicendum esset eo casu, quó simul ambo mortui essent: puta ex naufragio, uel domus ruina? allegatur glo. sing in l. si possessor. §. 1. ff. de relig. & sum. fun. quæ concludit, quod uxor præsumitur decessisse: & sic habebit locum statutum. Sed tu uide optimum casum in l. qui duos impuberes. §. si maritus & uxor

uxor.ubi glo.& Bar.in terminis statuti.ff.de rebus dub. cum simil.ibi traditis per Socyn.

Statuto præallegato cautum est, quòd mortua uxore sine liberis in matrimonio, maritus lucretur dotem datā seu promissam quidam Mediola.duxit uxorē forensem, in cuius ciuitate est statutum quod maritus lucretur solùm tertiam partem dotis mortua uxore:non est dubiū, ꝙ attenditur domicilium uiri. Barto.& omnes in l.1.C. de sum.tri.& fid catho.& ex facto consuluit Bald.consi. 208.Doctores nostri.libr.3 Sed quid si in instrumento esset dictum, ꝙ promisit dotem restituere tam in loco uxoris,quàm mariti.& in quacunque parte terrarū,pro ut est de stylo Tabellionū:dic quòd ista uerba nihil mutant,secundum Bald.singu.in l.exigere dotem.ad fin.ff. de iudic.& pro singu.commendat D.Ias.in l.cunctos populos.in 13.colum.uersiculo extende.C. de sum.tri. in lect. Ticin.Sed quid si maritus alio statuto permittente interficiat uxorem,an stāte priori statuto lucrabitur dotem? tractat Math. not. 73. nota unam doctrinam, post Bartol.Bal.& omnes,maximè Dom.Alex.in l. si ab hostibus.§.1.ff.sol.mat.tractant etiam Mod.post D.Ale.in l.1.C.unde uir & uxor.

Statuto Mediol.& Laude cauetur,quòd nulla mulier nubat cum hæreditate,uel parte aliqua hæreditatis, extra iurisdictionem communis Mediol.etsi nubat, hæreditas sua applicetur proximioribus. quod quidem statutum de iure ciuili ualet.ut tradit latè Do.Alex.consilio 151.uiso themate.col.2.lib.2.per not.dictum Bald. in l. 2.ante fin.C.ut in possessionem leg.quamuis Bal. uideatur uoluisse contrarium,in l.ult colum.3. uersiculo sed pone in quibusdam C.de pact.& in l.memini.in ult.uerbis.C.de nuptiis.imò ipsemet Bal.in consiliis infrà alleg andis præsupponit,tale statutum ualere. & tangit Fel. in capitulo 1.col.10.uersiculo 6.fallit.de sponf.licet cōtrarium late consuluendo firmet Curt.consi.27.magnificus uir.col.2.& seq.ubi dicit communem.& Cal.consi.3. & alii Doct.qui cum eo consuluerunt,cons.4.5.& 6.An hoc

hoc statutum procedat, etiam si antequam nupserit, im miscuerit se hæreditati: Baldus in propriis terminis sta tuti Mediol. tenuit, quod non. sed quod solum procedit in acquirendis, in l. si matre C. de suis, & legit. quod dictū pro aureo commendat Crem. notab. 127. statuto. Istam quæstionem etiam in terminis statuti nostri firmat Raphael Com. dicens sibi ex facto incidisse in l, 1. §. ueteres. ff. de acquirenda possessione ubi per illam gl. idem tenet, quia hæreditas adita non dicitur hæreditas. & ita dicit Bal. tenuisse in loco præallegato, & etiam consuluisse: & inuenio quòd est consilium 357. nulla mulier. in 1. lib. tractat etiam idem Bald. cons. 393. quæritur utrum hereditas. in ulti. lib. & sequitur Corn. consil. 30. in hac consultatione. col. pen. ad fin. lib. ult. Tamen cum hæc dubitatio hodie apud nos nullius sit utilitatis, quia hoc est declaratum per statuentes: ideo remitto me ad ea quæ latè tractant Doct. in d. §. ueteres maximè Do. Alexa. Aret. Socyn. & Do. Iason in l. sicut. in 2. col. circa fin. C. de repud. hæred. & in l. eius qui in prouincia uers. quòd si stipulatus in 4. col. ff. si cert. pet. Mod. in rubr. ff. de acquir. hær. Nunquid autem hoc statutum procedat de iure canonico? uideretur quòd non quia quamuis generalia uerba statuti non referuntur ad impossibilia, ipsi statuenti, puta ad ea quæ non sunt suę iurisdictionis. ita eleganter Bald. in l. ultima §. in computatione. in ulti. uerbis. C. de iure delib. cuius dictum sequitur & commendat Andr. Sic. in tract. de præst. Card. in 2. q. secundæ partis. in 2. col. ubi tamen dicit, quòd fuit originalis doctrina Ioan. Mon. à quo Bal. multa mutuatur. in c. 2. de constit. lib. 6. quem etiam retulit D. Ant. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. extrà de constit. & ibi Do. Fel. in 24. col. in uers. sexta declaratio. in terminis huius statuti, latè examinat istam quæstionem. quem uide, etiam in c. 1. col. 12. in. 6. fallen. de sponsal. & Cur. Sen in d. consi. 37 magnificus uir. col. 2. & seq. ubi dicit communem, vnà cum his quæ in simili quæstione scribit D. Alex. in l. 4, in 2. not. ff. de acq. hære. &

Brab.

Barb. inter consi. D. Alex. consi. 123. scripsi ecclesiasticus. col. 6. uer. quinimò, lib. 4. ubi concludit, quod statutum generale non uidetur uelle disponere per uerba generalia, quod in specie non potuisset per dictum Bald. in d. §. in computatione, & per alia ibi adducta.

Statuto ciuitatis Rhegii cautum est, quod maritus nõ possit relinquere uxori puta ultra quartam, prout etiã apud nos Mediolani: Bononiæ uero in hoc seruatur ius commune, & sic uxor potest pro uoluntate institui. Quidam ciuis Rhegius origine, transtulit domicilium Bononiæ: ibique suum condidit testamentum, in quo uxorem hæredem scripsit uniuersalem: quæritur quid attendi debeat, iusne Bononiense ratione domicilii, an Rhegium statutum ratione originis? Bald. singu. in l. si arrogator, in pen. col. uersic. 3. quæritur ff. de adop. decidit, ratione bonorum Bononiensium attendi ius commune: ratione aliorum bonorum quæ sunt Rhegii, seruandum esse statutum prohibitorium: & est singu. decisio secundum D. Ias. ibi in 16. col. uer. 2. principaliter, ubi etiam latè examinat. Accedat, quod in similibus statutis decidit Ange. in l. exigere dotem ff. de iudiciis, cuius dictum pro sing. cõmendat Ias. in l. cunctos populos, col. 14. uersiculo 5. & ult. C. de sum. trin. & fide cath. in lect. Ticin. & hæ decisiones sunt memoria dignæ, & quotidie ex facto incidunt. An autem poterit maritus dare potestatem uxori in testamento, ut ipsa sola distribuat pecuniam pro eius anima? Ioan. And. multum singu. tenuit, quod non: quia fieret fraus statuto: ut per eum in add. Spec. in titu. de inst. ed. §. nunc uero aliqua. in antepenultima char. in add. in cip. ad istum finem faciũt quæstiones Guil. de Suza, &c. cuius dictum sequuntur multi relati per Do. Ias. ubi dicit perpetuò notandum, in l. non dubium. col. 10. uer. ad ista C. de leg. post. D. Alex. qui in similib. terminis consuluit consi. 57. perspectis. col. 3. uers. ex his patet, & in ult. col. uer. item in hoc, lib. 2. & Ias. in l. captatorias. col. 2. C. de test. mil.

Statuto cauetur in multis ciuitatibus Insubriæ, quod nul

lus admittatur in collegio Doctorum, nisi sit ciuis originarius. Finge Titium esse receptum inter ciues, cum hoc q per omnia habeatur pro ciue originario. an poterit ingredi collegium? Bal. singu. in l. omnes populi, in pen. colum. uersiculo sed pone, q statuto caueatur, ff. de iureiur. arguit ad partes, & decidit q est admittendus. quę decisio singu. est secundum D. Ias. in l. is qui pro emptore, columna 73. uersiculo 7. adde. ff. de usuca. & in l. 4. in 2. col. C. de mil. testam. & in l. 1. in 1. not. de lega. 1. ubi multa similia ad hoc aggregauit. Et ultra eum facit aliud singu. dictum Bal. in præfat. Digestorum, in 3. col. uersiculo, & nota. de quo scripsi supra in uerbo, Ciuis. Sed audio, cum iste casus Mediolan. accidisset, contrariũ fuisse obseruatum. Hęc tamen statuta limitantur singul. non proc. propter scientiam multum eminentem alicuius: quia illius causa licitum est recedere à statuto. ita sing. not. Bal. in l. sed & reprobari ff. de excus. tut. per illum textum singu. in uerbo, ualde tamen disciplinatos. dicitque Bal. ibi esse nota dignum, & hoc dictum Bald. pro sing. commendat, & sequitur And. Sicul. in tract. de præst. Card. in prima q. primæ partis. in 16. col. uersicu. etsi quispiam, & Do. Fel. in capitulo 1. col. 18. uersi. fall. 7. de const. & in rub. de maio. & obe. col. 2. uersic. scholaris, & in c. clerici, col. pen. circa fi. de iudiciis, post Dom. Alex. in l. quid ergo, §. pœna grauior, in sua paraphrasi. adde hic q iudex ff. de his qui not. infa. & idem. Domin. Alex. post Ludo. Rom. in l. cũ quid in 2. col. ff. si cer. peta. cum his quæ latè aggregat D. Ias. in auth. iubemus, in 2. col. & seq. C. de iudicijs. Vlterius addi potest, quod superioribus annis in termino statuti Mediol. fuit obseruatum. Statuto cauebatur, quòd nullus admitteretur, nisi sit oriundus ipse uel pater eius ciuitatis Mediol. & de antiqua parantela: & tamen hoc statutum declaratũ est ut procedat etiam quoad auum: capiendo uerbum Oriundus, pro originario, iuxta gloss. in capitulo primo in uerbo Alienigenas. de usur. lib. 6. & consultum fuit per Ias. consi. 77. placet, lib. 3. quod est multum notandum

dum, pro maxima extensione, & consuluit etiam Iaso. consil. 120. lib.4.

Statuto Mediolani cautum est, quòd appellans, uel appellatus, teneantur facere fieri commissionem causæ appellationis infra tempus, de quo ibi. Quid autem si iudex non fuit solicitatus, & ideo causa non fuit commissa intra tempus requisitum, an appellatio censeatur deserta? dic quòd sic. ita singu. consuluit Ange. consi. 136. statutum prædictum disponens, quem refert D. Alexan. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori, in 2. col. ff. de oper. nou. nunc. & consi. 19. uiso, col. 2. lib. 1. ubi tamen aliter uidetur tenere, & latè consuluit etiam D. Alex. consilio 164. uiso processu, in pen. & ult. col. in 2. lib. Pro confirmatione addo nota. regulam, quòd ubi lex uel statutum cogunt etiam uerbis præcisis iudices ad aliquid faciendum, quod respicit utilitatem priuatam, debent intelligi, si pars petierit: ut per 14. similia probat Do. Ias. in l. uniuersa in 1. not. C. de prec. imper. offer. & l. admonendi, in 5. not. uer. ego teneo ff. de iureiu. in lectura: ubi dicit. quòd ista regula seruit ad infinita, & in repe. in 123. col. uersiculo 2. quærit Bar. post Alex. in l. properandū, in prin. in penul not. C. de iud. ubi etiam Do. Ias. in §. si autem alterutra, in ult. col. & alii Docto. in locis relatis per Parpaliam, in repeti. l. si quis maior, in 12. not. in 2. fal l. C. de transactio. & tangit Felin. in cap. fin. colum. 2. de offic. iud. *Oriundus.*

Sed an in tali petitione facta à patre, requiratur alterius partis citatio? Domin. Iason tenuit quòd sic, in l. eleganter, in princip. in 3. notab. ff. de condi. indebi. & in commento d. l. admonendi, colum. penult. quia quotiescunque iudex aliquid facit, etiam ex officio. sed tamen ad instantiam partis, semper requiritur citatio, ut ibi per eum. suadetur etiam ex uerbis statuti nostri, quæ dicunt, quòd una ex partibus potest hoc petere in contumaciam alterius. Quæ omnia memoriæ digna existimo, ad unum singul. dictum Bald. in l. certi conditio §. quoniam, in ultima colum. uersiculo 2. quęro ff.

si certum pet. ubi decidit, quòd stante statuto quòd debitum non probetur per testes, sed solùm per instrumentum, & ego produxi testes, quibus non fuit oppositum, probatio ualebit, quia statuto renunciatum uidetur, ex quo eius auxilium non implorauit. quod dictum pro singu. commendat Crem. notab. 42. si statuto cauetur, & not. 151. statuto ciuitatis. & est nota dignum ad aliud statutum Mediol. quo cauetur, quod per testes non possit probari bannum, nec emancipatio, nec aliquid fore senientiatum: quod ex facto cum incideret, in illa difficili controuersia inter Comites Borromeos, late & subtiliter consultum fuit per Dec. consi. 11. quoniam iudicantium responsa. in 3. col. uersi. 2. principaliter, & col. seq. ubi declarat hoc sing. dictum Bal. Item adde illud, quod nota. decidit Paul. de Cast. in l. peto. §. ult. in fi. per illum textum de lega. 2. ubi prædicta omnia extendit, etiam si statutum procederet annullando: cuius dictum reassumit D. Ias. in locis superius alleg. post D. Alexan. consi. 96. uisis. col. 1. lib. 4. & latè Felin. in c. si autem in 4. col. de rescrip. quod ultimum est bene notandum, pro declaratione statuti Mediol. de appellatione interlocutoriè.

Statutum concedit arbitrium potestati super homicidio, facto tempore sui officij. Titius uulneratur ad mortem tempore unius potestatis, postea decessit sub officio successoris. Quæsitum est, an poterit nouus officialis uti arbitrio concesso à statuto? Baldus singul. decidit quod non. in l. 1. post medium ff. de orig. iur. per illum textum: & hæc decisio est solennis, & tenenda secundum Aret. in l. ex ea parte. §. insulam. ad finem. ff. de uerb. obl. licet Bal. senserit contrarium, in l. bello amissi. in ul. uerb. ff. de excu. tut. A quo antem ueniat puniendus an à primo, an à secundo, ponit D. Ias. l. more. in ult. not. ff. de iur. om. iud. & Ludo. Ro. in repet. rub. de arbi. col. 12. uers. scias tamen. Sed cui pœna applicetur, latè tradit D. Alex post Io. de Imo. in l. diuortio. §. si uir. in pen. & ult. col. ff. sol. matrim.

Statuto

Statuto Mediolani disponitur,& quasi ubique,quod quilibet iudex teneatur ad petitionem partium, recurrere ad consilium sapientis:sed an teneatur illud sequi? Bar.in l.prima §.si plures. in prima quæstio. & in sexta quæst.ad fi.ff.de exer.act.tenet quòd non. per tex.in capitulo olim.extrà de arb.& probatur in c. cum in ueteri.de elect.ubi latè Canon.maximè D. Ant.in ul.col. Tamen hoc fallit in iudicibus illiteratis, qui per castella destinantur:nam tales coguntur sequi consilium sapientis.ita declarat sing.Ant.de Butr. in d.c.cũ olim.in ult.colum.& pro notab.còmmendat D.Felin. in capitulo scíscitatus.in 6.col.uers.quando autem. extrà de rescrip.Et potest confirmari per duo singu.dicta Baldi,de minoribus magistratibus loquentia,quæ retuli suprà in uerbo Decretum maioris. Sed quid si post multum tempus appareat,quòd consultor malè consuluit, & à tali sententia non fuit appellatum?dic, ꝙ potest quandocũque retractari,per contrarium consiliũ Doctoris magis periti,nisi statutum hoc prohibeat.ita singula. D. Ant. de Butr.in capitulo proposuisti. circa finem de probat., quod pro singularissimo exclamat,& defendit D.Alex. in l.si ab hostibus,in 4.col.ff. solu. matrimo. & in l. ult. in add.ff.ad l.Corn.de sic.& latè reassumit Dom.Ias.in repe.l.admonendi,colu. 16. uersiculo habetis secundò principaliter notare,ff. de iureiuran. & in prædictis locis Domi. Alexan.& Domi. Iason multa sing. dicta aggregant in proposito,& ultra eos sequitur,& commendat And.Sicul.in tract.de præstat.Card.in secunda quęstione secundæ partis.in 4.colum.& Domin.Alexan.in l.si cum dotem.§.si maritus colum.2.ff.solut.matrimonio,& Deci.consilio 278. non leuis, ad fin. licet Aret. dubitare uideretur, consilio 109. ad finem, & Felin. in dicto capitulo proposuisti. in ultim.colum. Et idem in sententia lata super iudicio Medici, deponentis quòd uulnus erat mortale,quæ potest semper retractari, propter sanioris Medici iudicium decidit sing. Bal. in d.l.si ab hostibus §.uir uxorem.circa med.quod dictũ pro sin

gula commendat,& sequitur Ang. eius frater, in l. ꝙ si nolit §. si mancipium, ad finem, ff. de ædil. edic. Ludou. Roma. in l. admonendi, col. 6. uersiculo septimo si lata est, de iureiur. & Docto. ubique, cum similibus aggregatis per Felin. in capitulo secundo columna penultima, uersiculo nota doctrinam, extrà de excep. & idem in agrimensoribus, & extimatoribus, quod eorum errores possint semper per superiorem corrigi, dicit eleganter Barto. in l. arbitro, circa med. ff. qui satisd. cogantur, & latè Felin. ubi dicit communem, in capitulo significasti el secundo, columna tertia de homicid post Anto. in capitulo 4. columna ultima, de probatio. ubi etiam Felin. columna penultima, qui dicit communem, & Dec. Vlterius etiam generaliter notādum est, quòd ubi statutum requirit consilium sapientis, tacitè uidetur statutum ad ulteriora procedere, ut consilio prætermisso sententia sit ipso iure nulla, ita sing. Bal. post Rof. in l. prima, col. penultima uersiculo ex dicto ergo Rofredi. C. ne liceat in una eademq; causa ter prouoc. & licet contrarium uideatur uelle Bal. in l. prima in penultima columna uersic. nunc ad propositum reuertor, C. qui admitti, & ideo aliqui Mod. reprobarent, tamen Bald. in effectu non est contrarius rectè consideranti: ut etiam dicit Do. Felin. in capitulo cum dilecta, in 9. columna, uersiculo sextū sing. extrà de rescript. Sed finge casum econuerso, quòd iudex aliquando consuluerit in eadem causa: an ipse idem teneatur suum consilium approbare? uideretur quòd sic, quia uariatio est uitanda inter homines probatæ fidei. iuxta tex. in l. ult. ad finé, C. de modo mulct. Et ideo in proposito Bertol. Veronens. caut. 232. cautela quòd iudex, &c. colligit pulchrum modum, ut quis faciat sibi iudicem fauorabilem, scilicet antequam iudex sit instructus de causa sibi commissa, & mutatis nominibus propriis faciat talem iudicem sibi consulere in hac causa, quia postea in procinctu causæ, uiso consilio suo putabit sibi turpe recedere ab eo.

Nihilominus ista cautela nō est tuta, per illud quod ele-

eleganter dicit Bal. in l. ult. §. penultimo in altimo notabili C. de furtis, ubi per illum textũ, quia Papi. mutauit cõsilium, collegit argumentum pro doctoribus, qui malè cõsuluerunt, ut possint consilia emendare, & licet non emendent, tamen iudex causæ non debet sequi illa per d. capitulum olim. de arbitris: & per alia supra allegata, & hoc d. Bal. pro notab. citat D. Ias. in l. si ex toto §. ultimo, in ultima columna, de lega. primo. ubi multa cumulauit circa illud, quando licita sit uariatio. circa quod uide etiam Alex. in l. si cum dotem §. eo auté tempore, columna 2. & sequenti ff. sol. matrimon. Accedit quod alibi in proposito no. Bal. in l. Labeo ff. de ser. rusticorum prædiorum, ubi per unam glo. ibi, quæ dicit ꝙ Labeo in diuersis locis sibi contradixit, notat argu. pro excusatione doctorum, qui diuersis temporibus per imbecillitatem memorię, uel propter mutationem opinionis, dederunt diuersa consilia, & licet cõtrarietas in doctore sit turpis, tamé toleranda est, quia speculatiua, & conclusiua quæ est utilior pars intellectus, non semper est eadem. ita ad literam pulchrè dixit Bal. in consilio 92. sciendum est, in ultimis uerbis, in 4. libro cum multis similibus, quę collegit D. Felin. in capitulo qualiter & quando el primo, in 4. col. in 3. no. extrà de accu. ubi per illum tex. notat, ꝙ quęlibet honesta persona debet corrigere errorem suum cautius quàm potest. *Doctoribus licet consilia emendare.*

Statuto superius relato uigente, quòd iudex ad petitioné partiũ teneretur dare consilium sapientis: solebat dubitari, quid in causis claris, seu ubi uideretur calumniose peti? Bald. in hoc eleganter tenuit, statutum non habere locũ in l. 1. ante fi. C. de legib. argu. illius l. post Iac. de Arct. & Bar. in l. ille aut ille §. 1. de lega. 3. & in terminis statuti Mediolan. & ét in fortioribus terminis, idé consuluit per multas rõnes D. Signo. de Hom. cons. 56. statuto ciuitatis Mediol. per totũ, & D. Alex. cons. 62. uisa facti, col. 1. ad fi. & seq. lib. 2. & cons. 145. ult. libro quinto, quamuis prædicta non alleget. & firmat ét Bal. in l. prima columna prima in 4. oppositi. C. ut quæ

def.adu.D.Iaf.in l.eleganter,in prin.in 3.col. ff.de con di.ind.&in compromiffo,ꝙ ex forma ftatuti fieri debet inter coniunctos,confuluit Fulg.conf. 119.proponitur, ꝙ Federicus,& Soc.conf. 51.præftantiffime doctor.col. 2.lib. 1.ubi declarat,quando ponitur certum factum.ita ꝙ ftatim poteft fieri declaratio per aperturam librorũ. & fic eft fola quæftio iuris : quia de hoc, tanquam de re clara,non debet fieri compromiffum,fecus tamen effet, quando in facto effet contentio,uel dubiũ,allegat Bal. in l.1.C. de relatio. & alia de quibus per eum . Sed de confilio fapientis aliter uidetur uelle Fel. in c. cum dilecta,colu. 18.uer. per hæc,de refcr.quando.f.ftatutum requirit confilium pro forma,ubi damnat Ange.ita tenentem,in l.hac confultiffima,C.qui teft.fac.poft.quẽ uoluit allegare in l.hac lege,ad fi.e.tit. & illud idem tenuit Ang.conf. 132.in q.col.4 uerf.2.eft obiectum, ubi etiam cõfuluit, quod fi petitor fponte poftea litigat coram ordinario , vr̃ confilio fapientis renunciare . quod nota.& qñ res dicatur clara,uel non, ut compromiffum fieri uel negari debeat,confuluit Iaf.conf. 35. lib. 1.

Quis relatiuum. *Statuto* loquens per dictionem , Si quis, an comprehendat ciuitatem,uel caftrum , uel hæreditatem iacentem?Bal.fingu.in l.omnes populi,in pen.col.uerfic.fed nunquid fub illo,ff.de iuftit.& iure, tenuit ꝙ non:quia funt perfonæ fictæ & repræfentatæ, ad quas non extenditur ftatutum.& eum fequitur Alex.conf.216. nec arguendi,columna fecunda, lib.2. poft Anchar. per eum relatum,& eft egregia,& fingul. decifio. fecundum D. Iaf.in l.fi quis maior,in 3.not.C.de tranfaction.ubi tamen multis mediis eam reprobat , contrarium dicens confuluiffe .

Statuta,ꝙ bannitus poffit impunè offendi,quę ubiq; funt: non procedunt in illis qui ex contumacia banniti folummodo reperiuntur,prout die contingit. ita fingu. Bal.in l.fi mora,in 1.col.ff.folut.matr.& late commendat D.Iaf.in l.fi plagii,in 1.not.ff.de uerbo.oblig. poft Do.Alex.in d.l.fi mora in 9.col.& Do. Fel.in c. quæ in ecclefia-

ecclesiarũ,col.2.uer.primus casus,de const. cũ his quæ latè scribit Corn. cõs. 17. in hac cõsultatione per totũ. in 1.lib.& cons.143.licet in hac consultatione. in 2.col. in 2.lib.cum his quę scripsi suprà in uerb. Pater obligatus.& ultra ea latè disputat de ueritate Corn.cons.281. in hac consultatione.per totum.in ult. lib. licet de hoc sing.dicto Bal.non fuerit memor.Dec.in d.c. quæ in ecclesiarum.in 7.col. uers. excipiuntur. Et ratio est illa, quia statutum debet intelligi in bannito uerè,non autẽ fictione iuris : & præsertim cum simus in materia pœnali. Proinde alibi sing.Bar.in l.1.§. 1. per illum tex. ff.de fonte. decidit, quòd statutum prohibens portare perlas,intelligitur de ueris, non de fictis & cõtrafactis. quod dictum pro sing.refert D.Ias.in l.Gallus.§.quid suis.in ult.not.de lib. & posthum. in posterioribus scriptis.ubi tangit de ueritate : & in singul.quæst. sequitur hoc dictum Bar. Lud.Rom. sibi contrarius, consil.405. præsuppositis terminis.in 1.colum.& And.Sicul.in repet.l.cum acutissimi.col.12 2.uers.decimò facit.C.de fideicom. Et licet hoc statutum sit apud nos, tamen consuetudo contraria obtinuit. & propterea tale statutum non ligat etiam eas quæ portarent perlas ueras : ut in terminis huius statuti concludit Zabar.in proœ.Clem. §.uniuersitati. in 2. q. cum multis similibus adductis p D.Ias.in l.rem non nouam.in 2.not.C.de iudiciis.& cõsuluit Alexan.cons.132.uisa facti narratione. in 1.& 2. col. in 1.lib.& consi.39.uisis & consideratis.in princip. in 3.lib.& Barb. inter consilia Alexand.consi.123.scripsit ecclesiasticus.col.6.uersi.& plus dicit.in 4.lib. Ex prædictis inferebat singula.Bal.in l. 1.in ultim.uerbis. C.qui admit.quòd si statutum requirat pręsentiam propinquorum, non possunt procuratorem mittere : quia statutum requirit præsentiam ueram,non fictam. quod dictum latè sequitur D.Fel.in capi.cum omnes.colum. 20.uers.quinta declaratio. extrà de consti. Et hinc est, quòd filiatio spiritualis,seu compaternitas, non potest contrahi per procuratorem,ut concludit Bar.in l. Gallus.

Compaternitas non potest contrahi per procuratorem.

lus.§.forsitan.in fi.ff.de lib.& posthu. & eleganter etiã Bal. ubi attestatur de consuetudine in contrarium, maximè in principib.in l.uerba.§.ne autem,col. fin. uers. quando solet.C.de cad.toll.& Ant. De Butr.in cap.per uenerabilem:colum.6.uersi.& per hoc infertur.qui fil. sint leg. cum aliis relatis per Do. Feli.in c.ex parte decani.in 5.col.uers.ampl.2. de rescript. & ultra eum no. Lud.Rom.sing. 54. quæro. Et ideo egregiè consuluit Bal.in cons.351.præmissis uerbis.in pen. col. in primo lib.quod decretum Mediolani,quo disponitur, ꝙ possessio defuncti continuetur in hæredem, habet locum solum in uerò hærede : non autem in ficto. quod bene nota. Et propterea Bald.singul.in l.meminimus. post med. C.de legit.hære. dicebat, quòd in statutis agnati appellatione non uenit filius sororis: de quo scripsi suprà in uerb. agnati. Nunquid autem stante prædicto statuto primo loco relato, si mulier sit bannita, poterit impunè cognosci, uel adulterari? uidetur quòd sic: quia cui licet quod est plus, licet etiã quod minus est. l. nec in ea.§. ius occidendi. ff. de re mili. cum uulgar. Sed ista regula declaratur procedere in eadem specie, in qua facit argumentum necessarium exemplum: Marito licet occidere adulterum, ergo etiam uulnerare. secus in diuersa specie.ut in quæsti,nostra. & ideo contrarium decidit sing. Bal.in l.ulti. uers. alii dicunt.C.si contra ius uel util.pub.sequitur D.Felin.in d.c. quæ in ecclesiarum.colum.5. uersicul. limita. eam primo. ubi etiam alii Mod.

Mediol. decretum.

Et reg.suprà relata, ꝙ procedat in eadem specie, secus in diuersa.in qua facit solum arg.probabile : firmat singu. Ioan. And. in reg.in pœnis. de regu.iur.lib.6.& pro singul.commendat Aret.in l.2.in ultim. uerbis. de leg. 1. Præterea in muliere honesta, adulterium est maius homicidio.tex. est secundum unam expositionẽ, in l.codicil.§.matre.de leg.2.Bar.in l ult.§.1. ff. de publican. Alexan.in l.ult.in pen.col.ff.de feriis. Tamen in proposita quæstione Baldi, contrarium dicit de stricto

Adulteriũ est maius homicidio.

cto iure esse uerius, Nellus in tract. bannitorum. in secunda parte, secundi temporis. in 46. q. Obstat tamen prædictis doctrina Bartol. in l. omne delictum, ff. de re mili. & Bal. in l. ult. C. de crim. stell. cum suis concord. ubi habetur, quòd imputatus de crimine, si non comparet, & propterea bannitur, comprehenditur in statuto loquente de bannitis ex maleficio, & ideo uidetur modificanda opinio Bal. & sequacium, in d. l. si mora. quando propter contumaciam imputatus fuit: non propter aliquod maleficium. aliquin statutum raro haberet locum: quia si imputatus compareret, uel condemnaretur, uel absolueretur. & hæc etiam conferunt ad declarationem statuti Mediolani, disponentis ꝙ banniti de maleficio non admittuntur ad petitionem sui iuris. super quo plura tradit Nellus, qui alios refert in tracta. bannit. in prima parte secundi temporis, in 49. qõ. & cum ex facto incidisset aliàs, iudicaui secundum distinctionem Bar. in d. l. omne delictum.

Statuto seu decreto Mediolani cauetur, quòd uolens emere rem immobilem absque fideiussore, ponat eam ad cridas: ut si aliquis prætendat ius super illa re, compareat intra tres menses, aliàs excludatur, iuxta dispositionem, si eo tempore. C. de remiss. pignor. Quæritur an creditor in diem, uel sub conditione teneatur opponere de iure suo, ad hoc ne excludatur adueniente postea die, uel conditione. istam quæstionem in terminis format subtilitatum princeps D. Christ. de Castell. in l. si stipulates fuerim. §. cum stipulamur. ff. de uerb. obl. & singu. determinat, quòd sic: licet hanc opinionem sibi ascribat Raph. Cum. ibi, cum quo transeũt Petr. de Besut. D. Hieronym. Tortus: & nouissimè Do. Ias. pro quib. in terminis decreti Mediolan. adduci potest, quòd grauatus soluere debita, intelligitur etiam debitis in diem omnino exiturum, secundum Paul. de Castr. in l. si ita scripsisset. de leg. 2. per illum text. quem sequitur Ias. in l. talis scriptura. col. 6. de lega. 1. & alibi sæpè. item quia decretum expresè uult per

lapsum

lapſum ſex menſium præiudicari illis, qui prætendunt ius ex ſubſtitutione uel legatis uel fideicõmiſſis, & ſic loquitur generaliter, niſi intelligamus ſolùm de iam purificatis. Pro quo facit, quia idẽ decretum expreſsè ſtatuit per talia proclamata non præiudicari euictionibus futuris, & ſic neque creditoribus conditionalibus, quæ pars mitior eſt: ne quis priuetur iure ſuo, antequã ſibi competat. & maxime, cum hæc decreta ſint multũ exorbitantia, & multis fraudibus anſam præbeant. Et iſta vlt. opinio ſeruatur in actu practico, in collegio noſtro Mediol. ſeruata tamen forma ſecundi abuſus, & correctionis eiuſdem: de quibus poſt ordines cridarum fit mentio. & tradit Bal. in d. trac. pręſcrip. in prima parte ultimę partis. in 22. caſu. ubi plura ponit circa reg. ꝙ nõ ualenti agere, non currat præſcriptio. Et poteſt confirmari ex ſingula. deciſione Com. quam referam ſtatim. item ex notabil. deciſione Pau. in l. ult. §. ſed quia noſtra col. pen. uerſ. adde aliam. C. com. de leg. ubi concludit, quod pręſcriptio non currit contra fideicommiſſum, pẽdente conditione, & declarat Balbus in tract. præſcript. in octaua parte quintæ partis. in quinta quæſt. ubi habes, quid ſi nõ grauatus uendiderit? Secundò quæritur, quid in hæreditate iacente, an ei currat tempus limitatum à ſtatuto ad opponendum de iure ſuo? uideretur ꝙ ſic: arg. gl. in l. hactenus in gl. 2. ff. de conſt. pecun. ſed nihilominus Rapha. Com. in l. 1. §. ult. ff. de acq. poſſ. refert ſibi in ſtatuto Ticinenſi ex facto incidiſſe. & decidit poſt multa, quòd non præiudicet: eo potiſſimum fundamento, quia contra hæreditatem iacentem non incipit currere præſcriptio: ut etiam concludit Paul. conſil. 378. Effectus primi dubii. col. ul. in antiquis, & hãc Cõ. deciſ. approbat Do. Iaſ. in commento l. ſi is qui pro emptore. in ult. no. ff. de uſuc. & idem alio fund. uoluit ſingu. Bal. in l. omnes populi. in pe. col. de iuſti. & iur. quẽ retuli ſuprà in uerb. Statutum loquens. & ſunt deciſiones memoria dignæ, & quotidie Mediolani reuoluũtur. Non omitto tamen, ꝙ licet per talia proclamata non præiudicetur

Præſcriptio contra hæreditatẽ iacentem non currit.

præiudicetur dotibus mulierum, ut consuluit singula. Bal.consi.126.uxor agens, in 2.lib.sequitur Ripa in l.1. nume.14.solut.matr. quod tamen si notorium est maritum uergere ad inopiam, & sic malè uti sua substantia: quo casu uxor potest etiam constante matrimonio repetere dotem suam, ut latè tradit Bar. per multas quæstiones, in l.si constante. in prin.ff.solu.matr. quòd his stantibus præiudicarent mulieri. & ita in terminis Decreti Mediol. alias iudicatum fuisse audio per Do. Petrum de Odonibus Iureconf. contra illos de Surigonibus, & hoc bene not. quia omissum est etiã à Mode. in d.l.si constante. Tertiò quæro, pone, debitor dedit licentiam in instrumento creditori, ut possit fundum ingredi propria auctoritate, si in termino non solueret: postea cum talis res poneretur ad cridas, creditor contradixit: an per talem contradictionem sibi præiudicauerit, quo minus possit uti beneficio sibi concesso de ingrediendo propria auctoritate? uideretur quod sic, quia iudicium inchoatum non debet ludibrio esse, l.si quis, &c. ff. de arbitr. item decreta prætorum non debent esse elusoria. l. si prætor. in princ. ff. de iudic. Præterea ex quo auctor semel elegit uiã iudicii, hæc sibi pateat ut dicit Iureconf. in l.si mulier. §.ul. ff. quod met.ca. & reassumit in notab. quæst. Bal. in l.1. post prin. C. de exc. rei iudi. & ideò signanter Bal. in repet. l.2. in 10. quæst. C. de ser. & aqua post Inno. per eum relatum, tenuit, ꝙ si possidens ꝑecario neget precariũ, & super hoc mota sit lis in iudicio, ꝙ non poterit actor expellere reum propria auctoritate. & eius dictum latè sequitur D. Iaf. in l.2. col.36. uers. nunquid autem pendente iudicio. C. de iur. emphyt. & Dec. consi.146. col.4. uersic.3. considerandum: post Do. Alex. consil.130. in causa. col.4. circa med. lib.4. Est uerum, quòd Bald. alibi contrarium tenuit in l.2. in 2. col. uers. sed an proprietarius. C. de iu. emphyt. & hæc secunda opinio uerior est, secundum Do. Alex. latè tractantem, in l. quemadmodum. in 1. colum. ff. de acquiren. possess. ubi in terminis ferè nostris concludit, quod per remedium

Remedium iudiciarium nõ tollit extra iudiciale.

medium iudiciarium non tollitur extraiudiciarium.

Imò fortius tenuit singu. Bald. in l. penul. in 2. colum. uersicu. sed pone egi. C. de ædil. edic. quod si in iudicio egi actione redhibitoria post sex menses, & succubui, quòd non prohibeor infra annum agere quanto minoris. quod dictum pro singulari notat Crem. notab. 163. post sex menses. Et pro ista opinione adduco, quod sing. tenuit Ang. in repet. l. nemo carcerem. post medium commenti sui. in uersicul. item quæro, quid si lite pendente contra debitorem. C. de exactio. tribut. lib. 10. ubi dicit, quod si habeo litem cum debitore meo, qui pendente iudicio efficiatur non soluendo, possum propria auctoritate eum capere: quia si licita est captura ante iudicium, ergo etiam eo pendente. Non enim solet deterior fieri conditio eorum qui litem contestati sunt, sed plerunque melior. l. non solet. ff. de reg. iur. & dicit, quod hoc sentit glo in l. ult. C. de feriis, si rectè intelligatur, ubi secundum eum lis pendebat: & etiam de facto seruaui. & ita pro Ang in contingentia facti consuluit latè D. Alex. in consil. 106. magnificè prætor. in penul. & ult. colum in 3. lib. cuius dicta reassumit D. Iaso. in l. si ab arbitrio. in 3. col. ff. qui satisd. cog. & ibi ambo aliter respondent ad dictum Bald. in d. l. 1. in 10. q. C. de fer. & aqua. quod non proc. quando ex superuenienti causa uellem actionem mutare. Veruntamen decisio pendet ab illa quæst. An contradicés dicatur actor, uel reos. in qua uide Alexan. in l. libertus. la 1. col. 1. ff. de in ius uoc. Feli. in c. intelleximus. col. 4. de iudic. & in c. cum inter, colum. 9. uers. lim. 3. de except. ubi concludit, quod contradicens non dicitur agere, nisi ultra contradictionem instet pro consecutione eius quod prætendit; & ideo per solam contradictionem non uidetur sibi præiudicasse. Quod autem liceat emptori ponere bona acquisita ad proclamata, consuluit Ludouicus consil. 53. uisis nam dominia non debent stare in suspenso. l. 1. ff. de usucap. Neque per hoc dici debet, quod dominum rei perquisi-

uerit:

uerit: iuxta gl. in l. si dictum. §. si cum posʃit. ff. de euiction. quam sequitur Socyn. reg. 434.

Statuto Mediol. cauetur. quod in diuisionibus fratrũ fructus colonorum percepti, opera rusticana debeãt diuidi inter eos per capita: an ét habebit locũ in seminibus, & sic an semina debeant diuidi per capita? dubitatum fuit superioribus diebus. ideo quæ in præsentiarum succurrunt, subiiciã Cõmunis Doctorum sententia est, quod cum lex uel statutum faciunt mentionẽ de fructib. intelligũtur deductis impẽsis. Bar. in l. fructus per illum tex. ff. so lu. matr. Bal. in l. 1. in 2. col. per illum tex. C. de fructib. & lit. expen. & in l. non amplius. in princ. & ibi Ang. & Mod. ff. de leg. 1. & in cons. 53. remanẽtibus in cõmunione. in 1. lib. cum multis aliis adductis per Do. Alex. in præallegata l. fructibus, in 4. not. & per D. Fel. in c. ad nostrã, in 1. & 2. col. extrà de iur. iur. & in c. ad aures in in pen. col. uers. 12. cõclusio, de rescri. Dec. cons. 156. statutũ. col. 1. ubi idẽ consuluit de pensione quæ ex fructibus detrahi debet, in extimãdo ualore beneficij. Et ideo singu. decidit Bar. in l. quotiens. per illũ tex. ff. ad l. Falc.

Fructus intelliguntur deductis impensis.

De iure cõmuni clarum est, quod donatio quæ ascendit ultra quingẽtos aureos, nihil ualet sine insinuatione: sed usq; ad quingentos aureos ualet, ut traditur. in l. sancimus. cum aliis non parum multis. C. de donat. Nunc Titius donauit mihi tot res, quæ ascendunt ultra quingentos aureos: sed expensis gabellæ deductis: mihi non supersunt quingẽti aurei. an hoc casu ualebit donatio absque insinuatione? & dicit Bar. per illũ tex. quòd ualet: quia debẽt detrahi impensę, & uideri quid reliquum sit. & istam decisionẽ Bar. pro sing. refert & sequitur Lud. Ro. in singu. suis num. 202. Dico unum, & reliqua. ubi dicit se habuisse super hac quæstione consulere: sequitur etiam pro sing. Crem. not. 171. donatio. & Do. Alexan. post alios communiter in d. l. quotiens. Confirmatur per illud quod firmat Bar. in l. quòd si hoc. §. cuidam de condi. & demon. Cautum est, quòd pro equo uendito soluantur quinque solidi pro aureo, ut in decreto

Donatio quando insinuetur.

creto Mediol. Ego uendidi equum pro centum aureis, sed in prosonetis expendi decem: decidit Bar. ibi per illum tex. quòd solum debeo soluere gabellam pro nonaginta ducatis. Nam precium debet intelligi non quantum emptor dat, sed quantum apud uenditorem remanet. in hoc tamen distingue, ut ibi plenius per eum: cum aliis infinitis collectis per D. Ias. in l. pen. §. 1. in 3. not. ff. de iurisd. om. iud. & in l. nõ amplius. in prin. de leg. 1. sed nulli profectio dubium esse debet, semina computari in numero impẽsarum. Ergo &c. Secundò facit tex. in l. si à non domino. §. ult. ff. de pet. hæred. ubi ad literam dicit Iureconsult. quòd fructus intelliguntur deductis impensis, quæ quærendorum colligendorumque gratia fiunt qui tex. est ad hoc unius & singula. secundum Ludo. in singu. 334. malęfidei possessor. el 1. & propterea tenent Bald. & Ange. in l. 1. C. de fruct. & lit. expen. quòd poterunt deduci expensæ factæ propter custodiendos fructus & operas factas.

Tertiò accedit, quod decidit not. Bal in l. 1. in 11. q. C. pro socio ubi quæritur: pone, duo fratres conduxerunt possessionem ad laborandum, unus fratrum habet duos filios qui similiter laborant: quomodo debebunt diuidi fructus inter eos? & distinguit, quòd respectu laboris diuisio est fienda per capita, respectu impensæ per stirpes. & idem tenet Bal. in l. si patruus. col. ultim. uers. sed pone. C. communia utriusque iudi. & in l. si patruo. in fi. C. de nego. gest. & sequitur D. Alex. consi. 99. col. 1. infrà allegato. & consilio 133. titulus quæstionis. col. 1. lib. 2. Quartò addo, quod hoc in terminis consuluit Bart. in consi. 186. Cucciarellus & Venantius de Belligio. ubi concludit, quòd circa diuisionem fructuum inter rusticos debemus primo considerare fructus respectu operatum exhibitarum: secundò personas dictorum fratrum: tertiò sunt considerandi fructus ratione expensarum, scilicet in semine & aliis opportunis. ut ibi latius per eum: ergo patet, quòd diuersa ratio seminum. & cum Barto. latè etiam consuluit D. Alex. consil.

77.circa 1.in 2.dub.in 5.lib. Quintò & ultimò adde, q hoc idem in terminis decidit Bald.singu.in trac.de duobus fratribus, in 8.col.uerf. fed pone q erant duo fatres ruftici.& in ult.col. uerfi.item adde quod dixi, &c.& ex facto cum incidiffet,ita confuluit in confi.34.fuper primo puncto, in 4.lib.cum multis fimilibus adductis per D.Alex.& D.Iaf.in l.ult.in pe.& ult.col.C.de collat.& latius per D.Alex.in confi.99.habita fuper narratis. in 2.uol.ubi circa fin.propriam quęftionem noftram ita decidit.& conf.133.titulus in 1.dub.in eo.lib.& in d.conf. 77.in 2.dub.in 5.lib.& latè confuluit Corne.in confil. 345.in præfenti.in 1. lib.& D.Iaf.in §.fequés.in ult.col. uerf.& an fi duo focij.inft.de act. Ex iftis omnibus datur intelligi, ftatutum noftrum Med. non procedere in diuifione feminum,quę debet diuidi per ftirpes,& nõ per capita : ut difponitur in fructibus. Nec obftat qđ dicit Vl. in l.quęfitum eft.in prin.ff.de fund.inft.ubi putat inftrumẽto cõtineri tã frumẽtum paratum pro cibarijs cultorum,quàm quod ferendi caufa pofitum eft, nihilque(fecundum eum)differt caufa feminis à cibarijs:quia refpõdeo,hoc ibi ideo effe,propter uim uerbi Inftrumenti.nã fubiecta materia hoc docet, & uerba generalia indiftinctè prolata reftringuntur,& declarantur fecundum uerba prius fpecificata. tex. eft in l. qnotiens. quem ibi ad hoc not. Doct.præfertim Bal.in fecundo not. C.fa.herc. & tex. quem ibi ad hoc notant omnes, in l.fi certa. ubi Do. Iaf.in primo & fecundo not.ad hoc multa adducit, C.de tranfa.cum his quæ latè fcribit D.Alex.conf.117. uifis fuprà narratis. in prima & fecunda col.in 1. libro.

Vbi autem agi contingeret inter dominum & conductoré partiarium,uidetur q conductor pro femine nihil deducere debeat: fecundum Innoc. in c. tua nobis. ubi etiam Abb in 3.not.de decim.& fequitur Iaf.in d.l.fructus.col.4.folut.matr.& retuli fuprà in uerbo Colonus.

Statuto ciuitatis Mediola. cautum reperitur, quòd credatur camparijs,& hominibus iuratis,& cuilibet eorum cum facramento,contra damnum dantem pro quan

Tt titate

titate librarum quatuor, pro qualibet accusat. quod statutum sine dubio ualet per l. siquãdo. cum similibus. C. unde vi. Sed circa hoc statutum occurrunt aliquæ dubitationes. & primò, an admittatur probatio in cõtrarium? Bal. sing. in c. 1. col. 1. per illũ textum. in tit. si de inuest. inter do. & uas. lis oriatur. decidit ꝙ sic, dummodo statutum non figeret pedes, quia uetaret ulterius procedi. & hoc dictum Bal. cõmendat Bar. Veronens. caut. 167. multa sunt statuta. & pro ea facit in simili gloss. in l. si nõ fuerint. §. ult. in gloss. pen. in fin. ff. pro socio. & latè examinat D. Ias. in l. si quando in 4. col. uersi. lim. tamen. C. unde ui. & in l. 2. §. si absens. col. 1. ff. si ex nox. causa aga. Fel. in c. 4. col. 2. & seq. de probat. & declarat Alex. cons. 114. in causa & lite. col. 3. lib. 4. Nam contrarium probatur per inspectionem oculorum, ducendo iudicem ad locum damnificatum, ut in specie decidit singul. Bal. in l. contra negantẽ in fin. C. ad l. Aqu. quod dictum approbat D. Ias. pro sing. in multis locis relatis suprà in uerbo, Dãnum datum. & in l. non erit. §. data. quam legit. cum l. 3. §. iurari. in 3. not. ff. de iur. iur. Secundo modo potest probari contrarium, scilicet dãnum nõ esse datum, si reus probet, ꝙ tota illa die fuit absens, uel non fuit uisus damnum dare: nec potuisset dare, quin custodes uidissent. ita elegãter Bal. in l. 1. in ult. uerbis. C. de re iudicata, commendat D. Ias. in l. 2. §. si quis. in fi. ff. de con duc. cer. loco. & in l. 2. § si absens. super gl. 1. quæ est ad hoc sing. ff. si ex nox. causa aga. Tertio adde, ꝙ nõ admittitur quilibet ad iurãdum: sed requiritur, ꝙ talis sit omni exceptione maior: quia talis probatio est irregularis. ita elegãter D Ant. de Alex. in l. qui accusare. in 2. col. C. de eden. & dicit elaganter notãdum D. Ias. ꝓ statutis, q̃ sunt apud nos, in cõmento. l. admonẽdi. in 112. col. uer. 36. istud iuramẽtum. ff. de iur. iur. Quartò adde illud q̃d not. dicit Bal. in l. 1. col. 1. C. de reb. cred. ꝙ stante statuto, quòd in causis damnorum datorum sufficiat probatio per iuramẽtum, ꝙ eodem modo dominium & possessio probabitur iuramento, secus secundum cum esset, si

statutum

statutum requireret aliquid aliud certum: puta si diceret, quòd stetur sacramento domini, uel stetur iuramento de damnis datis. sed ante Bal. hoc singu. decidit Bar. in l.3. in ult. col. uer. ex hoc aduerte. ff. de al. & ciba. lega. & pro sing. citat D. Ias. in rubr. C. de adm. in 2. col. & in l.2. super gloss. in uerb seruus. C. de ed. di. Adr. tol. & in l.3. in 1. col. C. de iudicijs, & notat in pulchra quęstione Ludo. Roma. sin. 259. aliud. & Pau. de Castro consi. 40. pro planiori examine. col. penul. Quintò adde illud, quod eleganter not. Bal. in l. nauta. §. quæcunque. per illum tex. ff. naut. caup. stab. quòd si stante prædicto statuto aliquis abstulit de uinea uel sylua mea ligna, cum ipse nō inciderit, licet abstulerit, non comprehenditur in hoc statuto: quia aliud est furtum, & aliud est damnum. & hoc est uerum; nisi ius commune aliquid specialiter in contrarium disponeret. arg. d. l. si quando, ut per eum cum suis concor. relatis per Do. Ias. in l. si familia. in 2. not. ff. de iur. om. iud. post. Alex. in l. dānum. uers. ex gl. ff. de dam. infecto. & consil. 168. requisitus. col. 1. lib. 2. quod est repetitum cons. 20. lib. ult. & Dec. cons. 83. in causa accusationis. col. 3. & meminit etiam Ro. in l. 2. ff. de dam. infe. ubi dicit, ꝙ in facto pendebat. Sextò, quòd iudex potest tali iuramento fidem non adhibere, si uidebitur calumniosum: uel illud moderare, si immoderatum appareat. secundum Angel. in l. qui restituere. col. 1. per illum tex. iūcta gloss. ff. de rei uend.

Stipulum apud ueteres firmum appellabāt, fortè à stipite descendens. ita inquit Iustinia. inst. de uerb. obl. in primis uerbis. Quamuis improbum sit soluere os in Imperatorem, tamen unà cum Philippo Beroaldo ualde dubito, ī istis uerbis Iustiniani. Putoq; à stipe potius stipulationē deducendā, cum substantia eius maximè circa stipem, idest pecuniam consistat. sicut etiam uerbum stipulari, restipulari, & stipulatus: de his qui rogant, spondentq;. Nam stipulum in hac significatione, pro firmo apud receptæ fidei actores non inuenio. *Stips* autem, uel stipis (nam utroque modo declinatur) merces ap-

Contra Iustinia.

Stipulatio unde.

Restipulari.

Stips.

pellari cõsueuit, quæ stipatoribus & militibus dabatur. & ut interpretatur M. Varro, à stipando stipem antiqui nominarunt: quoniam non eam in archa ponebant, sed in cella stipabant, id est componebant numerum pecuniæ maioré, ut minori spacio clauderetur: pecunia quoque quam diis offerebant, uel pauperibus alendis dispensabant, stips dicebatur. Ouid. in 1. lib. de Ponto:

Cum canit exiguæ quæ stipis æra neget.

Et tex. in c. nunquam diuinatio. 1. quæst. 1. quem retuli in prioribus Memoralibus, in dictione, Diuinatio. Hinc etiam stips dicta est, merces quæ militibus datur. Augustinus, Putas te stipem elephanto dare? Et stipendiari populi, hi qui hanc stipem pendebant. Ennius, Pœni stipendia pendunt. Vlp. etiam in l. ager. §. 1. ff. de uerb. sign. Stipendium (inquit) à stipite appellatum est, quia per stipes, id est modica æra colligatur. Idem in hoc, & tributum appellari Pomp. ait, & sane appellatur à contributione tributum, uel ex eo quia militibus tribuatur. Ex prædictis puto etiam in hoc loco Iureconsulti potius stipendium à stipe, quàm à stipite dici debere, & ita etiam deducunt idonei scriptores. & uidetur innuere Accurs. in præallegato loco. Hinc stipendium appellatur, id quod quis tenetur soluere regia, ut principi. Liuius: Vt diuites (inquit) conferrent, qui oneri ferendo essent: pauperes satis stipendii pendere, si liberos educent. Cæsar comment. primo, Reliquasq; ciuitates stipendiarias haberent: id est tributarias.

Stipendiarij populi.
Stipendium unde.
Tributum unde.
Stipendium quid.

Vulgus tñ tempestate nostra perperam appellat stipédiarios milites, qui stipendia faciunt: cũ tñ potius mercenarii, siue ærarii milites sint nuncupandi: quos Vegetius stipendiosos uocat: quamuis & stipendiosi dicãtur, stipendiis pleni, id est qui stipendia plurima fecerunt.

Stratum secundum Labeonem, quem refert Vl. in l. in stratum. de uer. sign. omne uestimentum cõtinet, quod inicitur. Neq; enim dubium est, quin stragula uestis sit omne pallium. In uictu ergo uesté accipiemus, non stragulam: in stratum, omnem stragulam uestem. Videtur

Vlp. intelligere stragulam uestem, omne uestimentum hominis quod iniiciat: quale est Græcorum pallium, vt enim Romani togati à toga, sic Græci à pallio palliati uocantur: & palliatæ comœdiæ, quæ scriptæ sunt secundum ritus & habitus palliatorum Græcorum, ut scribūt Donatus & Diomedes Grāmatici. Laurentius Valla in libro suo Elegantiarum dicit, ꝙ non meminit reperisse stragulā uestē in hunc sensum: sed in opertorium lectorum potius, ubi etiam dormiebant & discumbebant. quod Varro testatur, de culcitra loquēs: ac quicquid insternebant, à sternendo stragulum appellabant, & equorum, similiumq; , quorum operimentum etiam instratum uocatur. De stragula ueste meminit Vlp. in l. quæsitum est. § sed si fundus. ff. de fundo instr. & Verg. Aene. 4. de Didone loquens: Stratisq; relictis incubat. Tibul.

Romani togati. Græci palliati. Contra Iurecons. Stragula uestis.

Nam neq; tunc plumæ, nec stragula picta soporem.
Papin. Syluarum primo, de Venere:
Fessa iacet stratis ubi quondam conscia culpæ.
Lemnia, repserunt deprenso uincula lecto.
Idem Syluarum ij.
Quis matutinos abrumpet murmure somnos,
Impositus stratis? Stragula etiam uestis accipitur pro tapetis & aulæis, quod indicant præcedentes auctoritates, & maximè Tibulli, dum inquit, Stragula picta. & innuit Martial. Epigram. ult.
Stragula purpureis lucent uillosa tapetis.
& paulopost, Nudo stragula ne toro paterent.

Diuus tamen Hieronym. stragulam muliebrem uestem appellat, cum inquit: Stragulatam uestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. & sic secundum Iureconsl. nostrum, & diuum Hierony. stragula etiam significare potest hominis uestimentum, quod etiā apud Sueton. in Nerone, Festum Pompeium, & Liuium obseruasse, refert Alex. Genialium. lib. 3. c. 19. ita ut unicuiq; facilè sit intelligere, Labeonē & Vlp. nulla reprehensione dignos, & malè à Laurentio Valla morderi.

Defenditur à calumnia Vlp.

Strobyli, teste Dioscoride, ac Galeno, proprie arbores

sunt, nucleos pineos ferentes. & ipsi quoq; nuclei stro-byli dicuntur, quos etiam κοκκαλ'μους Græci appellāt. nā & carduus is qui manditur, fere iam ubiq; σκόλυμος Græcè dictus, in Latino (ut ait Dioscorides) strobulus uocatur, ex hac similitudine, quia nucis pineæ speciem præsentet, ut etiā refert Hermol. Barbarus. & de his sensit Vl. in l. ligni appellatio in fi. de leg. 3. apud qué strobolì mendosè legitur. Meminit etiam Plin. Naturalis historiæ lib. 16. c. 11. secundum Hermolai castigationé.

Subrogatum sapit naturā eius, cuius loco subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. cum aliis iuribus uulgaribus, quæ in pulchro casu citat Bal. cons. 112. quæritur qui intelligātur, col. 2. lib. 1. & Lud. Pont. sin. 485. Pone ꝙ arbitrium. & Dec. cons. 50. quia uerba testamenti. in 1. col. & omnes ubiq;. Et propterea decidit sing. Bal. in l. si puellam. in vlt. uerbis. C. si man. ita fuer. al. ne man. quòd si testator dedit formam distributioni legatorum piorum, scilicet ut fiat cum consilio priorū fratrum prædicatorum: & executor decesserit, uel fuit negligens intra annum, & ideo eius loco successit episcopus: tenebitur tamen episcopus prioris cōsilium adhibere, aliàs non ualeret distributio. quod putat Bald. memoria dignum, & cōmendat D. Fel. in c. cum accessissent. col. 8. de const. & in c. cum dilecta. in 16. col. in 6. amplia. extrà de rescr. & in c. qualiter & quando. col. 1. de iud. & D. Ias. in d. §. qui iniuriarum. col. 4.

Adde quod eleganter consuluit Bald. consilio 317. ad euidentiā præmittendum, quòd si mutuas. libr. 3. ꝙ si mutuo tibi centum, & stipulor promissionem occasione depositi: ꝙ licet depositarius non possit uti retentione. l. pen. C. de pos. tamē propter originē mutui, licita tibi erit retētio. ut late sequitur, & cōfirmat Socy. cons. 143. diu profectò anceps. col. 4. & seq. lib. 1. quod est repetitū cons. 171. in 2. & probatur in l. tutor. ff. de fideius. ubi non titulus actionis, sed causa debiti inspiciēdo est. ut in l. §. Lucius, secunda. ff. depositi. & in l. qui id qđ. ff. de donat. & qđ per dicta iura decidit Ias. post Besutiū,

in l.

in l.stipulationes non diuiduntur.col.15.uer. ad ista tamen adde.de uerb.oblig.in quibus locis habes,quod attendi debet causa originalis.Inuenio tamen,quod Soc. cons.179.circa præsenté.col.pen.& ulti.in 2.lib.posuit, sing.limitationem,quã dicit non reperisse in specie declaratam.quòd scilicet per secundam stipulationé intelligi debeat,in totũ recedi à prima.ita q̃ si uirtute prioris actionis daretur interesse,ut in dote,si fiat obligatio causa auri,& argenti:pro qua non datur interesse, nisi in solito negotiari.iuxta no.in c.conquestus.de usur. q̃ in hac secunda promissione licet subrogata in locum dotis,non dabitur interesse,nisi in solito negotiari. quod est memoria dignum. Sed uidetur confundi ex adductis per Bald.& Socyn. in locis primo loco adductis. & Dec. cons.53. placet, col.1. & ult.ubi concludit, quòd licet in contractu per quem fit nouatio, primus tollatur,tamen remanent qualitates præcedentis.

Substitutio vulgaris expressa,non continet tacitã pupillarem,stante statuto q̃ testamenta seruentur ad literam,sine ulla interpretatione uel extraneo intellectu. ita sing.decidit Bal. in l.precibus.in 3.col.uersic.& nota q̃ in quibusdã.C.de impub.quod pro singula refert, & sequitur D.Ias.in l.quãuis.in 1.not.eo.tit.& cõs.52. col.2.lib.1.& de eius ueritate disputant D. Alex.& Socyn.in l.1.in tertio effectu uulgaris substitutionis.ff.de uulg.& pup & tradit Decius cons.64.diligenter pro uiribus,in 2.col.ad fin.& seq.Et ideò notat alibi eleganter Bald.per illum textum in l.iubemus.§.ult.in 1.no. C.ad Trebe.quod statutũ non recipit interpretationé, si lex uel statutum interpretationem prohibet.& reassumit D.Alex. cons.50.visis, & opportunè ponderatis, col.1. lib.1. cũ multis similibus,quę retuli supra in uerbo Statuto Mediolanensi cautum est.

Substitutio directa potest obliquari ex tépore, quando testator facit digressionem ad codicillos: ut quando apposita fuit clausula codicillaris,si non ualet,uel non ualebit iure testaméti,ualeat iure codicillorum.ita sin-

gu.dixit Bal.in l.uerbis ciuilibus.uer.item ex ista.ff.de uulg.& pup. ubi dicit nota dignum:& extollit hoc dictum Cacial.in repe.l.precibus.col.13.C.de impub.ubi etiam Ias.& Dec.consilio 205.in causa.col.ult.ubi limitat procedere in compendiosa,prout loquitur Bald. secus autem in uulgari.& consi.148.uisa petitione.col.penul.& consil.287.in ciuitate.col.2. & alibi sæpè.Sed an hoc sing.dictum Bal.saltem procedat in breuiloqua,facta filiis impuberibus. Corn. in l. si frater. C. de fideicom.refert Raph.& Paul. tenere q sic:& latè eos sequitur Socyn.consi.6.in præsenti.colu.2. lib.3. ubi dicit q Doct.communiter illud non expresserunt: & reassumit Gallia.in repet.l.centurio.col.49.uersic.ego Papiæ. de uulg.& est memoria dignum,quia ex facto sæpè incidit. Et facit ad declarationem regu.quæ uult.q breuiloqua non contineat fideicommiss. de qua plura scribit Dec. in l.in testamento.in 2.col.C.de testam.mil.ubi limitat proc.quando breuiloqua fuit facta simpliciter: secus, si cum ea coniuncta fuisset compendiosa.ut si dictum fuisset,quandocunque alter uestrum decesserit, uos inuicé substituo, quia tunc fideicommissaria in illis comprehenditur,ut ibi late per eum. Quinimò etiam sine illa dictione quandocunque, etiam compendiosa posset probabiliter sustineri,per ea quæ nouissimè Cur.iun.refert consi.172.omissa disputatione. in prin.licet aliqui eius dictum mordeant,per ea quæ Alex. refert consi.22. uisis.col.3.uer.& etsi diceretur.lib.3.q est repetitum consi.13.lib.3.sed tamen D.Ale.ibi æquiparat,q sit dictum qñcunque,uel post morté, & sic non uidetur cótrariari.

Subscriptio ita obligat subscribété;sicut si totum actum scripsisset tex.est not.in §.1.inst.de empt.& uendi.Dec. consi.175.in causa falsitatis.col.8. uersic. sextò non ob, & ideo singu.dicit Bal.in auth.contra qui propriam. columna.1.ad fi.C.de nó num.pec.q illa auth. puniens negantem propriam scripturam,habet locum etiam in negante scripturam alienam,à se tamen subscriptam.& est singu.extensio secundum D.Ias.in l.cum antiquitas. in

ult.

ult.col.C.de test.ubi uidetur sequi & ita consuluit Pau. de Cast.consi. 332.quantum ad contenta. in 1. col.circa finem,& seq. in antiquis. & cum Bal.etiam transit Do. Felin.in c.quoniam contra falsam,in 25.col.uer.4.quæro de prob.tamen eum postea reprobauit Do.Ias. in auth.si quis in aliquo.in 2.col.uer.&contrarium.C.de ed. & latè ponit in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in 1. not.per illum tex.de uerb.oblig.

Successor singularis non tenetur stare colono casus est in l.emptorem.C.locati. & consuluit Bald.consil. 255. Abbas fecit.in 1.lib.& Corn.consi.6.licet.in ult. libro. post Maria.Socyn.consilio 32.ex his quæ superius.in 2. col. in 1.lib.Fallit in singulari successore necessario:puta quando uxor soluto matrimonio succedit in fundo mariti.ita limitat glo. singu. secundum Bald.Imol.Do. Alex.& alios ibi,in l.diuortio.in princ. in glos. magna. circa med. & sol.matr. Sed quid in creditore, qui missus est in possessionem ex secundo decreto? dic idem quod in necessario successore. ita singular. not Bartol. in l.in uenditione §.1.in 2.not.per illum tex.ff. de bon. auc.iud.poss.ex cuius doctrina not.sing.Bald.in c. quoniam frequenter in ultimis uerbis. ut lite non contest. q omnis succedens ex sententia iudicis, tenetur stare colono, uel inquilino: nisi locatio esset facta in fraudem,putatque memoria dignum.& hoc dubium alibi in terminis tactum,non legisse dicit Do. Alex.in l.si filiofam.§.ult.in 4.col.uer.ex cuius dictis.ff.sol.mat.ubi confirmat,& sequitur.ibiq; ponit multas fall.ad reg.d.l.emptorem;quã etiã quinque modis limitat Soc. reg.387.

Sucula machina est tractorij generis, artemoni similis:de quo satis multa dixi supra, in dictione Artemon. De sucula meminit Vlp.in l.sed addes.§.illud nobis ff. locati:& Cato de re rustica, ubi in instrumento torcularis tradit esse debere suculas quinque,funes ductatorios quinque,throchleas decem. *Vlp. locus.*

Suorum appellatione uenit singularis amicus ita sing. Bald. in l.1.col.11.uersi.quid de singulari amico. C.qui accus.

accus. non poss. cum similibus late traditis per D. Alex. in repet. l. sæpè. col. 50. uers. 2. potest saluari, &c. ff. de re iud. & cum his quæ latè retuli suprà in uerbo, Amor Vltra ea adde, quod Bal. singu. in repe. c. si pater, in 29. col. uers. quid si testator dicat, si decesserit sine suis, &c. de testam. lib. 6. decidit, quod appellatione suorum cõtinentur omnes illi, qui possunt persequi iniuriã illatã attinentibus suis. quod pro mirabili citat And. Sicul. in cõmento l. cum acutissimi, col. 42. uers. sextò, istud summarium. C. de fideicom. & latius utrunque dictum reassumit idem in 51. col. uer. quid si testator dicat. ubi examinat, qui ueniant appellatione suorum & ultra eũ in pulchra quæst. consuluit Bal. cons. 78. descendentibus. in 4. lib. & tangit D. Fel. in capitulo nonnulli. §. 1. col. pen. uers. generaliter autem. extrà de rescrip. & Alexan. in l. ex facto. §. si quis rogatus, el 1. in 28. columna, ff. ad Trebell. & quòd fœminæ nõ comprehendantur, consuluit Aret. cons. 39. in facto dicitur. per totum. & nota quod uerbum, Suus est, possessiuum, & propterea non comprehendit iura, neque actiones. per singula. dictum Bal. in l. 1. in princ. de statu. homi. quod retuli suprà in uerbo, Bonis publicatis.

Pau. locus. *Suppellectili* legata, secundum Paulum in leg. tertia, in principio de suppel. leg. hæc continentur: Mensæ, trape, zephora, & delphica. Sunt tamen qui in hoc loco Ireconsf. aliter legendum putent, hoc modo Mensæ, trapeze, amphora delphica. Etymologicus Græcus ita scribit. Delphicã tripodẽ Ro. uocant, eo quod apud Delphos primum factus. Plinius Naturalis historiæ. lib. 34. Ex ęre factitauere & cortinas tripodum, nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. De mensa Delphica meminit etiam Valer. Max. in 4. Aliqui tamen codices Trapezophora coniun ctim legunt, quæ apud nos mensarum tripodes appellã tur, uel potius ornatissimę sunt mẽsę, magno sumptu paratę, quæ effictis imaginibus sustinebantur. Delphica autem uasa dicebantur illa quorum nulla mutata forma uarius & multiplex usus foret: Ideo appellata, quia

Delphica tripos.

Trapezophora quæ.

Delphi

Delphi uasa artis elaboratæ habuerunt, quæ & poculorum uicem præstabant, & clypeorum loco usui esse poterant: ut etiam auctor est Alex. Genial. lib. 1. c. 19. Quod autem subdit Iureconf. lecti etiam inargentati culcitra imperialia uasa & oralia, impannaliosa uasa aquaria, & reliqua. quomodo hoc ænigma solui possit, dubitari cõuenit. Codex antiquus sic: Lecti etiam inargentati, cul citra & roralia, imperialia, uasa aquaria. Alciatus tamẽ existimat ueriorem lectionem esse, si sic uerba disposuerimus: Lecti etiã inargentati, culcitra. imperialia uasa, & bocalia, cuppę, aleissa uasa aquaria. Bocalia. n. seu baucalia uasa sunt notę significationis: quorũ meminit Alexãder Aphrodiseus in problemat. Aleissa uero Græcis & urceorum genera sunt, notæ apud eos significationis.

Bocalia quæ. Aleissa quæ.

Suspectus quis dici non debet propter paruum æs aliẽnũ, ita sing. Bal. in auth. sed iam necesse. in 1. q. C. de donat. an. nupt. quod pro sing. not. Lud. ubi dicit se alibi nõ legisse, in sing. 96. dic mihi. licet Florentiæ de consuetudine contrarium seruetur: ubi quis pro paruo debito capi potest, secundum eum. & est memoria dignum, ad ea quæ scripsi suprà iu uerb. Fideiussor. & facit elegans dictum Bal. in c. 1. §. si duo fatres. in 1. col. in tit. de duobus fratribus, de no. ben. inuest. ubi tenet, ꝙ statutum loquens de domo, non habet locum in capana, uel parua casa. quod dictum cum multis similibus refert Do. Iaf. in c. 1. in prin. in 7. col. in tit. qui feud. dar. poss. quæ ante eũ aggregauit etiam Andr. Sic. in tract. de præst. Card. in 8. quæst. primæ partis. in ult. col. & retuli suprà in uerbo, Domus. Et in illo dicto Bald. primo loco relato, considerabitur æs paruum & magnum, secundum conditionem personæ. iuxta latè tradita per Bart. & scrib. in l. si constante, in prin. ff. solut. matrim. post Innoc. in c. grandi. de suppl. neg. prael. ubi in proposito singu. decidit, ꝙ gubernator regis potest exercere liberalitatem secundum dignitatem regiam: licet rex sit pupillos. & hoc dictum Innocentij pro sing. reassumit Andr. Sicul. in tracta. de præst. Card. in tertia quæstione primæ partis. in 6. col.

Qualitas personæ inspicitur.

6.col.& in pulchro caſu Duciſſæ Mediol. quæ Bona appellabatur, conſuluit Raphael. Comen. conſil. 101. ducilla Mediolani.

T

Vlp. locus.



ABES in agris, apud Vlp. in l. ex cõducto §. i. ff. locati. quid ſit, declarat Plin. Hiſtoriæ naturalis lib. 17. de uitiis & morbis arborũ differẽs, dũ refert quoſdã locorum ſeu tẽporum cauſas eſſe, quæ propriè morbi appellantur, quoniam protinus necant: ſicut tabes cum inuaſerit arborem, aut uredo, uel flatus alicuius regionis proprius. ut eſt in Apulia Atabalus, & in Eubœa Olympias. Hic enim ſi flauerit circa brumam, exurit frigore arefaciens: ut nullis poſtea ſolibus recreari poſſint. & hæc Plin. uerba trãſcribit Theophraſt. in 4. de plantis. Declinatur tabes tabis. Verg. Et terram tabo maculant. licet Seruius ibi dicat, eſſe ſeptimi caſus, ut Sponte. Non omitto, ꝙ in libris impreſſis apud Iureconſult. in loco præallegato, labes legitur, non tabes. quæ tamen lectio non conuenit ſequentibus, quia poſtea de terremotu ſubdit Vlp.

Atabalus. *Olimpias.* *Sponte.*

Tabularius ratiocinator, uel ſupputator appellatur, qui in tabula nomina & rationes obſeruat. De eo meminit Sidonius ad Petreium, & apud nos Vlp. in l. ult. ff. ſi menſor falſ. mod. dixerit. licet gloſſator ibi exponat tabularium, id eſt tabellionem. quam expoſitionem, quãuis falſam, ſequuntur communiter interpretes Mod. inter quos Andr. Sicul. in trac. de prę̃ſt. Card. in 3. q. ſecundę partis, in ultimis uerbis. ubi putat eſſe aureum textum, ſecundum hanc intelligentiam.

Accurſii error & communis.

Talionis pœna à quo inſtituta, deque eius ratione dubitatum fuit ſuperioribus diebus: propterea paucula hæc adiicere, inconueniens uiſum non eſt. Talionis itaque pœna 12. tabulis conſtituta erat, ſed poſtea prætorij

iuris clemētia reuocata est, vt in 19. Noctium Attic. testatur A. Gellius, ubi assignat duas causas: legis. s. in cōmoditatē, & rependendæ pœnæ, i. retaliandæ difficultatem. De hac pœna meminit diuus August. in c. pe. 14. q. 1. Et licet de iure ciuili talis pœna cōstituta esset, ut patet in l. libellorum. §. item subscribere. & in l. si cui. in prin. ff. de accus. & in l. 3. ubi doct. C. qui accus. non pos. & in pulchra q. Bal. in l. 2. C. de fid. instr. in ult. q. & etiā est de iure diuino, cum legamus Exodi. 21. & Deut. 19. de pœna sycophantæ & calumniæ: Nō misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente exiges. tamen consuetudo hodie contrarium obseruat, ut firmat Bar. in d. l. si cui. in princ. cum suis concord. Et talis consuetudo ualet, ut per Do. Fel. latè in c. super his col. 4. de accus. ne propter antiquorum rigorē accusatores retrahantur, & sic delicta remaneant impunita, cōtra l. ita uulneratus. §. pe. ff. ad l. Aql. cū uulg.

Et hæc sunt nota digna, ad ea quæ scribit Bald. cons. 118. quia plenissimè in 3. lib.

Tantum dictio taxatiua, posita in l. noua non est sufficiens ad inducendum correctionē alterius. l. ita sing. cōcludit Bar. in l. 3. §. cum Titio. ff. de adim. leg. ubi pro hoc sing. decidit, quod si statutum pro aliquo maleficio imponat pœnā centum, & alio statuto cauetur pro eodē delicto pœna in quinquaginta tantùm: certè primum statutum seruabitur: quia per dictionē. Tātum, nō inducitur ll. correctio, allegat. l. ob es. iunc. gl. C. de præd. minorum. & alia de quib. ibi per eum: licet lecturæ Bart. impresse, cōmuniter in hoc defectiuæ circumferantur. Et eius decisionem simpliciter sequitur D. Alex. in l. si constante. in prin. in 7. col. ff. solut. matr. & Dec. consi. 110. uerè ut puto. in 2. col. pōst Aret. cons. 27. proponitur ex facto. in ult. col. & pro sing. citat Do. Ias. ubi tamen eam reprobat. in l. 1. in princip in 10. col. uers. 2. conclusio. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdi. & in l. 1. in 2. col. ff. si quis ius dic. non obtempe. & in d. l. si constante. in prin. super gloss. magna. in ulti. quæst. uers. 4. adde, ubi dicit, quod putat

Bar. erratum.

tat eam falsam:quamuis durum esset in practica obtinere contra Bar.quia eum sequitur Imol.in l.si uero.§.de uiro.ff.solu.matr.circa 6.col.& Petr.de Ancha. in c. 1. in 8.col.in 14.q.de constit.& Do.Alex.in l. 1.in 1.col. C.de bon.poss.contra tab.Et ultra eos potest confirmari,quia quando dictio. Tantum taxatiua apponitur circa id quod aliàs in iure dispositum reperitur,tunc nihil operatur.ita eleganter inquit Bal.in cons.351.lo. & Feder.in ult.col.in 5.lib. Secundò confirmo ex alia singu. decisione Ang.in l. 1.C.ubi & apud quem.prout negatiuè loquitur:tamen illa decisio laborat eodem morbo, quo hæc Bart. ideo apud me dubia est,ut scripsi sup.in uerbo,Solus.& contrarium firmat Corn.cons.20.uidetur in præsenti casu.in 1.col.ad fi.in 3.lib.

Vlterius etiam notandum est, ꝙ dictio Tantum non tollit ea, quæ de consuetudine nobis competunt: propterea sing.decidit Barto.in l.uiros. per illum textum. C.de diuers.off.lib. 12.ꝙ si fieret statutum,ꝙ episcopus tantum cognoscat inter scholares, non per hoc impeditur rectoris iurisdictio,quæ sibi de consuetudine competit.secus,si à lege sibi daretur:allegat no.in c. 1.de cõsti.lib.6.& hanc decisionẽ commendat D.Ias.in l. si mora.in 4.no.& in l.si constante.in prin.ad sigl.magnæ.ff. sol.mat.& de ea meminit in l. 1.in 10.col.uers. secunda cõclusio.ff.de off.eius.& in l. 1.in 3.col.ff.si quis ius di. non obtemper.Sequitur etiam D.Fel. in c.pastoralis.in princ.in 2.col.in 3.limit. extrà de off.ord.& consuluit Dec.cons.3.diligenter pro tenui,in 1.col.Et quia fecimus mentionem Bart. super 12.lib.C. uideamus an illa lectura Bar.ascribenda sit:& dicit D. Ale.cons.50.uisis actis.in ul.col.in 2.lib.quod cõiter dicit,ꝙ non est Bartoli,à tit.de agric.& censitis.usq; ad fi.& etiam in multis aliis titulis.Sed fuit lectura D.Conetis Perusini, ꝙ successit Bar.in opere perficiendo. & idem repetit Do. Alex.in l.Gallus.§. ille casus.in 5.col.uers.addo. Bal. ff.de lib.& posth.Sunt etiam qui dicunt, ꝙ Bart. solùm scripsit usq; ad titulum de periculo eorũ qui pro mag.

Lectura quæ Barto. ascribitur super ult. lib. C. an sua sit.

inter.lib.11.ab illo tit.usq; ad fi.duodecimi, sit opus D. Conetis.ita Ang.in d.tit.de peric.eorum. & refert Do. Alex.in l.1.in 2.col.ante fi.ff. qui satisd.cog.& in l.diuortio.§.pe.col.pe.ff.sol.mat.& in aliis locis, relatis p D.Ias.in l.omnes populi, in primis uerbis lecturæ Ticinens.ff.de ius.& iur.& in l.si fideiussor.§.ult. col. 3. ff. qui satisd.cog.& in l.quidã cum filium.ff.de uerb.obli. & latè pbat D.Clau.Seisellus.in repetitione l ut uim. in pe.col.ff.de ius.& iur. Vbi etiam habes, an lectura authenticorum sit Bartoli.& dicit D. Alex.in rubr.ff.solu. matr.in 6.col.uers.est uerum. q lectura super authenticis nunquã sibi est uisa Bartoli, & repetit D.Ias. in l.filiusfa.§.diui.in pe.col.in 11.q.de leg. 1. in posterioribus scriptis. Sicut etiam de tractatu quæstionum, dicit D. Alex.in cõs.5.in casu inquisitionis.in 1.col.in 1.lib. & idẽ dicit Alex.in l.qui aliena.§.ult.col.ult.uers.duo dicit.ff.de acq.hær.ubi Angelo eum ascribit. & hæc inuestigatio est magni effectus, propter auctoritatẽ Bar. prout in simili qõne quæsiuit Imol. in l. is qui reus. ff. de publ.iudic.& latè D.Alex.in rub.ff de acq. hære.in 1.col. Et hæc uolui dixisse, quia solet etiam dubitari de repetit.l.si arrogator.ff.de adopt.quæ in lectura Bartoli inserta est, cum tamen à Bal.conscripta sit, ut dicunt D. Alex.& Mod.in l.cum antiquioribus.C.de iur. delibe.& meminit etiam D.Alex.ubi tamen dicit, communiter Bart.ascribi, in cons.55.consideratis uerbis.col.1. uers.& de illa quarta.in 1.lib.& cons.150. uiso themate.col.ult.lib.2.& idem de repet.l.Barb.Philipp. ff. de off.prætor.quæ etiam à Baldo composita est: licet Bar. falsò adscribatur, ut testatur D.Fel.in c. cùm dilecta.in 2.col.uers.lex Barbarius.extrà de rescr. & D. Alex.cõs. 138.opportunè cõsideratis in 5.col.uers.& respondet. & in pen.col.uers.ex quibus etiam.in 1.lib.

Lectura super authen. an sit Bart.
Tractatus qõnum an sit Bartoli.
Repetit. l.si arrogator.
Repet.l.Barbarius Philippus.

Tempus constitutionis uel statuti, si non obseruetur, cẽsetur in forma peccatũ:& ideo actus est nullus:ita singu.Bal.in auth.quæ supplicatio.ad fi.in uers.3. not. C. de precib.imper.offer.per tex.notab.in l. scire oportet. § consequens.

§.consequens.dum inquit,non aliter audietur,nisi obseruauerit constitutum tempus.ff. de excus. tuto. quod putat bene notandum, propter constitutiones ecclesiæ, quæ imponunt metas temporum. & pro sing. hoc dictũ Bal.no.D.Fel.in c.cum dilecta.in 10.col.uer. octauum signum.extrà de rescr.ubi reassumit decem signa,ex quibus cognoscitur quãdo forma data intelligatur. Et ideo opportunè dicebat Bal.in l.omnes populi. in pe.col.in 5.no.ff.de iust.& iur. ꝙ à forma statuti non est recedendum.l.constitutionibus in fi ff.ad municip.unde si statutum requirit tempus,& tu tempus adhibeas, iuxta l.Titius.ff. de mili.test.& ea quæ plenè tractant Modern. in rub.C.qui admitti.in 2.col.& seq.& D.Ias.in l. 1. §. 1. colum. 1.ff.de eden.& in d.authe.quæ supplicatio. in 4. no.ubi etiam limitat post D. Fel. in loco præallegato. & in pulchro casu consuluit Bald. cons. 415. casus talis est.quidam,&c.in 3. libro.

Forma quãdo data intelligatur.

Proinde dicebat no.Bal.in l. 2.C.de petit.hære. ꝙ si aliquis accusaret me,ꝙ innouaui aliquid pendente appellatione contra constitutionem ecclesiæ: debet docere, ꝙ appellatio pendebat, & ꝙ ea adhuc pendente innouaui.per gl.not.& singu.ibi. cuius dicta approbantur latè per And.Sicul.in rub.C.qui admitti.in 2. col. iunctis his quę scribit Corn.cons.100.in causa uertente.in ult.col.in 2.lib.& Socy.cons.42. in causa restitutionis. col.pen.uers. tunc succedit lib. 1.

Tempus quadriennij restitutionis in integrum, nunquam currit ei qui probabiliter ignorat, etiam si staret per centum annos:quia à principio est utile. ita singul. Bal.in l.pen. circa medium. C. si ex falsis instru. quem multum commendat & sequitur D.Alex.cons.71. uidetur prima consideratione.col.ult.lib.1.& in cons.4.col. 9.uers.nec obstat si diceretur.lib.2.cons.169.uiso themate.in ultimis uerbis,eo.lib.& alibi sæpè. Abb.in c.1. ad fi.de rescr.ubi etiam dicit,ꝙ tale quadriennium non incipit,nisi post completam præscriptionem:quia tunc læsio incipit.& tenet Alex.in cons. 1.ponderatis.col.4. uers.

uerſ.nec obſtant.lib.4.Socy.conſ.66.ad fi.lib.4. & Alexan.conſ.69.in cauſa & lite.in 2.col.lib.3. & late de eo ſcribit D.Iaſ.in auth.quas actiones.col.pen. in prin.C. de ſacr.ſanct.eccl.& commendat Corn.conſ. 22. uidetur in hac conſultatione.col.pe.uerſ.reſpondetur.lib.1. & conſ. 165.circa prin.col.6.ad fi.& ſeq.lib.2. & Corn. conſ.87.circa prin.col.1.ad finé.& ſeq.lib.ulti.& Dec. conſ.36.col.ult.& conſ.42. in fi. Intra autem quantum temporis talis reſtitutio peti debeat, gl. eſt magiſtralis in l.pen.ad finem.ff.de in integr.reſtitutio.Quid autem in minore, quando reſtituatur uel propter factum, uel propter non factum, quod fieri debuit: lege Bal. in l. 2. C.ſi aduer.uend.pign.ubi diſtinguitur,an contractus ceperit à maiore prædefuncto,aut cum ipſo minore: ut late conſuluit Curt. conſ. 58. & tradunt omnes in l. cum filius.§.in hac,de uerb.obl.& an ſit differentia, quando minor petit reſtitui aduerſus exceptionem omiſſam,q̃a regulariter exceptio eſt perpetua, cum in eius poteſtate non ſit excipere:ut dicit tex. in l. purè. ad finem,ubi glo.de dol.excep.uide Pau.in l.nam & poſtea. §. ſi minor.ad finem ff.de iure iuran.ubi etiam D. Alex.& Iaſ.

Teſtator letaliter uulneratus, exculpando reum facit indicium innocentiæ: & ideo ſi contra eũ eſſet aliquod indicium ad torturam, propter talem exculpationem non poterit torqueri.ita ſing.Bal.in l. 1.in ult. colum. uerſi.item ſi teſtator. C.communia de leg. & pro ſingu. citat D. Alex.conſi.24 animaduerſis his.col.6. uer. fortifico.& col.ultima in principio lib.2.& conſ.1. colum. quinta.uerſ.ad idem.libro 3.& in l.3.§.1.in addi. ff. ad Syllan.& eſt memoria dignum,& ſingu.pro defenſione amici,ſecundum Dom.Iaſon in l.de die, in princ. colu. ult.uerſicu.capio ultimum.ff.qui ſatiſ.cog.& in d.l.1.in ultimis uerbis.C.communia de lega.Verumtamen ſi iudicia contra exculpatum eſſent urgentia, non puto, ꝙ curia ſeruaret hoc:quia una præſumptio alteri cedit,ut ſunt iura uulg.& uidetur uelle Ang. in l. ſi quis in grauis.§.ſi quis moriens.ff.ad Syllan. & conſuluit Alexan.

conſ. 14. col. 1. & ſequ. lib. 3. Proinde alibi in propoſito eleg. not. Bal. in l. quidam, ad fi. per illum tex. C. de ſer. neceſſ. hæred. inſti. ꝙ lex, & iudex pedetentim uadunt poſt mentem teſtatoris, ſicut uenator poſt leporem: quę uerba reaſſumit Corneus cōſilio 7. rudis, & incompoſi ta. in 2. col. & conſil. 30. in præſenti conſultatione. col. 1. libro primo, & conſil. 1. in præſenti ardua. in 9. colu. in 3. uol. Hinc ſingu. decidit Oldr. conſi. 16. thema tale eſt, Titius habens, &c. ꝙ teſtator qui mandauerat filiæ, ne nuberet niſi doctori, ſub pœna priuationis legati, & talis filia primò nupſiſſet doctori, poſtea mortuo primo uiro nupſiſſet non doctori, ꝙ tum priuatur legato, contra reg. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uer. ſignifi. & contra ea quæ retuli ſupra in uerb. Executores teſtamenti. & hoc conſilium fecit honorem D. Abb. ut refert Paul. de Caſt. in l. hoc genus. ff. de condi. & demonſt. hanc de ciſionem Oldr. pro egregia, & ſing. citat Dom. Iaſ. in l. duobus reis. §. ſi eis qui. circa finē. ff. de iureiur. & in l. di uortio. §. quod in anno. in penult. columna. ff. ſol. matrimonio Adeò leges amplectuntur uoluntatem defuncti, ut in uulg. concord. quæ etiam in pulchra quæſtione citat D. Socyn. conſ. 11. circa præſentem. col. 1. ad finem, libro primo. Et hāc quæſtionem uidi in facto in ciuitate noſtra Mediol. cum pater iuſſiſſet filiæ ut nō nuberet ex tra familiam ſuam, in qua erant quamplurimi iuuens: & filia primò nupſiſſet uni de familia, eoq; mortuo alterius familiæ uirum ſibi adiunxiſſet, dubitatū fuit an per deret legatum, uel incideret in pœnam. prædicta faciunt quòd ſic: tamen diligenter debent inſpici uerba teſtatoris, & ita interpretari, ut facultas libera matrimoniorum non reſtringatur per ea quæ latè ſcripſi ſuprà in uer bo Nuptiarum cauſa. uerſ. iſta omnia. prout etiam citan do dictum conſilium Old. conſiderat D. Fel. in c. 2. col. ult. in ſexta fal. de treu. & pace. per l. Titiæ ſi non nupſe rit cum materi. de condi. & demon. & per not. per Bart. in l. 2. ff. de his quæ pœnæ nom. cum ſuis concordantijs.

Teſtator legando centum eccleſiæ, ut inde fundum

emat:

emat: intelligitur prohibere ne eum possit uendere. ita probat tex. singula. in l. Titio centum in principio. ff de conditio. & demonstratio. per quem tex. ita singul. determinat Bald. in l. ulti. in uerbo. Sed pone. C. de pact. inter emp. & uendi. & commendat D. Alc. in l. filiusfa. § diui. in 4. col. ff. de lega. 1. ubi dicit, ꝙ qui nesciret, diceret contrarium. & Areti. consi. 22. diligenter, & maturè. columna secunda, Socyn. consilio 97. materia. columna antepenultima, uersic. circa quartam. libro secundo, ubi latè consuluit, quòd si testator mandat, quòd ex mercantijs, & pecunijs debent emi tot prædia per hæredem, quòd merces & pecuniæ inter immobilia connumerabũtur, & comprehendentur inter prohibita alienari: per dictam l. Titio centum. in principio. iuncto dicto Bald. prę allegato. & per alia ibi adducta, quæ sunt memoriæ digna, & pluries ex facto mihi inciderunt: & conueniunt ad ea quæ traduntur in l. cætera. §. ulti. ubi Bartol. de lega. primo. quod destinatum habeatur pro perfecto.

Testatorem inducere licet blandis uerbis, ut te instituat. tex. est in l. ulti. C. si quis al. test. prohib.

Fallit, nisi testator prius fecisset testamentum, & aliũ fecisset hæredem quia tunc si aliquis adulando induceret testatorem ad reuocandum testamẽtum, ut eum instituerct licet secundum testamentum ualeat, tamen primo institutus reuocabit à secundo, per actionem de dolo, uel in factum. est singula decisio Ang. in l. non enim. per illum textum. cum gloss. ff. de inoffi. testa. ubi refert, quòd ita obtinuit in magna hæreditate. idem etiam repetit in d. l. ultima C. si quis al. test. prohib. ubi D. Iason multum commendat; sequitur etiam Bertolom. Veronens. cautela sua 62 licet cum uerbis blandis, &c. ubi dicit memoria dignum, quia uidit de facto practicari. & Do. Iason in l. 3. §. ultimo. in quarto not. ff. de condi. ob causam, ubi multa similia adducit. & consilio 141. circa prin. colum. 2. lib. 4. ubi latè consulendo, sequitur. ponit Paul. in d. l. non enim. *Cautela prima.*

Et est nota dignum, quia solet dubitari, an sit dare

casum,in quo quis condat testamentum irreuocabile,ut late tractant Bar.& alii scrib.post glo. ibi in l.si quis in princ testamenti.in prin.ff.de lega.3.ubi concludit, q non : etiam apponendo clausulam derogatoriam ad sequen.puta,nisi in alia uoluntate scripsero totum Miserere manu mea , nolo eam ualere , ut in singulari quæstione consuluit Bald.consil.280. quæstio mouetur. in quarto libro,& in l.humanum,in ult.col.C.de legibus. & latè prosequitur Aretin.in tracta.de testamen. columna 227. in uerbo, & si contingat aliud testamentum , &c. & consuluit Geminia.consil. 115. super dubio , in prima col.& latius quàm alibi legerim,tradit Do.Alexan. consil. 134. præuiso themate, per totum, in primo libro.imò etiam iuramento non potest quis obligari, se non reuocaturum testamentum , ut signanter concludit Baldus consilio 441. uisis statutis communis Laude. in prima columna libro ulti.quamuis Spec.& Dyn.contra rium teneant,secundum eum. & idem Bald. in capitulo primo §. item sacramenta. colum.penul.uersi.quæritur si faciens.in titulo de pace iuram.firm.& idem quod suprà ex facto,etiam consuluit Bald. in consi.22. quidam fecit testamentum.in primo libro.ubi etiam putat , hoc casu eum non incurrere periurium,licet quidam contra dicant:ut etiam refert Corn.consilio 294. egregiè. col. prima.circa finem.& seq.lib.ult.& ante omnes Barto.in l.cum duobus.§.idem,&c.el primo per illum tex.ff.pro socio.cum multis concord.ibidem signatis per D.Alex. ex quibus patet communem opinionem esse,q iuramentum non impedit testamenti refectionem. & latè idem Alexander post omnes, in l.stipulatio hoc modo concepta.in 2.col.uersic.item facit.de uerborum obli. ubi tamen tenuit,quòd incurrat periurium. licet legistæ communiter teneant contrarium,secundum eum.& idem latè probat Areti. in tractatu de testamen.col.226. & sequen.in glo. in uerb. & iurauit dictus testator. & Alex. cons. 18.uisis capitulis.in prima colum.in secundo libr. . Proinde potes colligere in effectu optimam cautelã,

Testamentũ irreuocabile non potest fieri.

ex hoc

ex hoc singulari dicto Ang. ultra tres alias quas posui suprà in uerbo Apices. Et ulterius possemus etiam adhibere alium modum, quem ponit Bartol. singu. in l. nemo potest. in 1. colum. uersi. contra hoc. ff. de lega. 1. uidelicet quòd testator faciat ut hæres promittat testatori, & notario stipulanti, nomine ipsius fideicommissarii, uel legatarii, si absens legatarius, uel ipsi legatario, si est præsens, de præstando sibi fideicõmissum, seu legatum, quia tale legatum trãsit in naturam contractus. quod dictum bene notat Bar. Veronen. caute. 202. legata communiter Et alii scrib. in dicta l. nemo potest communiter sequuntur. licet uideatur dubitare Do. Iason in l. ultim. in ultim. colum. circa princip. C. de fideicommiss. Accedit etiam, quod alibi dicunt communiter Doctores in propriis terminis, ꝙ licet clausula, (si non ualet iure testamenti, ualeat iure donationis inter uiuos) nõ operetur, quin testamẽtum possit reuocari per suprà dicta: & quia nemo potest testando sibi legem imponere, à qua non liceat recedere: dicta l. si quis in princi. testamenti. in princi. tamen operabitur in legato: quia si diceret, si contingat me reuocare, ex nunc rem legatam eidem dono. nam hoc casu uidetur, quòd ualeat iure donationis inter uiuos. & debetur etiam testamento reuocato, secundum Bal. in l. sancimus. C. de testam. & alios, quos refert, & sequitur D. Alex. post Roman. in l. stipulatio hoc modo concepta. in prima col. ad finem. & sequent. ff. de uerb. obligatio. quia secundum eum in hoc casu cessat ratio Doc. quòd auferatur libera testandi facultas. ex quo legatum non absorbet nisi partem, hæreditas uerò totum comprehendit patrimonium. quod bene nota ad limitationem l. primæ. C. de sac. sanct. eccle. & d. l. si quis. in prin. testamenti. in prin. de leg. 3.

Testamentum, secundũ Iustinianum in titu. de test. ordi. ex eo appellatur, quòd testatio mentis sit. Adducebatur (non sunt multi dies) in quadam disputatione, hæc diffinitio, seu potius etymologia, cum illico uenit in mentem subtilis reprehensio A. Gellii is Noctium Atti

carum libro 6. Seruius (inquit) Sulpitius Iureconſ. uir ætatis ſuæ doctiſſimus, in libro de ſacris deteſtandis ſecundo, qua ratione adductus, teſtamentum uerbum eſſe duplex ſcripſerit, non reperio. nam compoſitum dixit, à mentis conteſtatione. Quid igitur calciamentum? quid paludamentum? quid pauimentum? quid alia mille per huiuſcemodi formam producta? etiam ne iſta omnia compoſita dicemus? Obrepſiſſe autem uidetur Seruio (uel ſi quis alius eſt, qui id prior dixerit) falſa quidem, ſed non abhorrens, neque incognita quaſi mentis quædam in hoc uocabulo ſignificatio: ſicut hercle C. quoque Trebatio eadem concinnitas obrepſit. Nam in lib. de Religionib. 2. Sacellum eſt (inquit) locus paruus Deo ſacratus, cum ara. deinde addit hæc uerba: Sacellũ ex duobus uerbis arbitror compoſitum, ſacri & cellæ, quaſi ſacra cella. Hoc quidem ſcripſit Trebatius. Sed quis ignorat, Sacellum, & ſimplex uerbum eſſe, & non ex ſacro, & cella compoſitum, ſed ex ſacro diminutum? Ex his Gellii uerbis datur intelligi, Seruium Sulpitiũ. C. Trebatium, & Iuſtinianum Imperatorem, uel potius inſtitutionum conditores, à uera horum nominum etymologia deuiaſſe. Laurentius quoque Vallenſis Elegãtiarum ſuarum lib. 6. refert ſe iuſtius arguere Iureconſ. circa iſtam definitionem teſtamenti. Cur enim (inquit) à mente potius dicatur teſtamentũ, quàm à mento, uel à menta? quia nihil ad hanc ſignificationem mentum, menta ve facit. Inquiens: Quid ergo mens ad armentum, ad ſalſamentum, ad condimentum, & ad huiuſmodi infinita? non eſt ergo uera etymologia hæc: neque à mente, neque à mento, neque à menta: ſed potius hæc nomina aſſumunt. Tum ſyllabam, cum exirent antea in men: ut ueſtimen, calciamen, regimen. quibus adiecta. Tum, fit ueſtimentum, calciamentum, regimentum. de quo ultimo meminit Iureconſ. in l. 1. ff de off. præ. ita teſtamen, adiecta ſyllaba tum, facit teſtamentum, ꝗ ſi à mente deſcenderet teſtamẽtum, teſtamentia diceretur, quemadmodum dementia, & amentia. Ver. in Bu.

Teſtamentũ unde. *Calciamentum unde.* *Paludamẽtum unde.* *Pauimentũ unde.* *Sacellum quid & unde.* *Contra Iureconſ. & Iuſtinia.* *Veſtimen.* *Calciamen.* *Regimen.*

Ah

Ah Corydon Corydon quæ te dementia cœpit?
Et Aeneidos 5.de Dareta.

Infœlix quæ tanta animum dementia cœpit.

Et propterea, ut ab externis ad ordinarios iudices lis reuocetur, etiam apud Doctores nostros ista etymologia in distinctè non approbatur, ut per Mod. in l. 1. ff. de acquiren. possess. & in l. 2. §. appella. ff. si cert. peta. & Domin. Felin. in præfatione Gregorij Pont. in 9. colu. Proinde aliam testamenti definitionem posuit Vlp. in l. 1. ff. de test. de qua disputant ibi scrib. & præsertim Arc. & Ange. de Aret. in tract. de test. in 1. colum. Et posteaquam incidimus in secundum librum institutionum Iustiniani, obiter mendam corrigamus, apud quē in titu. de uulg. substitut. ad fin. ita scriptum legitur. idque Titius Cæsar in personam paterni serui sui constituit. Circa hanc historiam posset meritò dubitari, quia Pompo. Iureconf. dum prosequitur eundem casum, uariauit in duobus nam in l. & hoc. ff. de hære. insti. refert, hoc Tiberium Cæsarem constituisse in persona Parthemii. quem enim Iustinianus appellat Titum, uel ut quidam codices mendosi habent, Titium: Iureconf. Tiberium nominat. & quem Pomponius Parthemium, Imperator uocat Paternum. Cur hæc tam uariè? Glossator in præallegata l. & hoc fortassis animaduertens respondit, Imperatorem illum utroq; nomine usum, quod quidem ridiculum est. nullibi enim apud historiarum scriptores hoc inuenies. Ludouicus Bolognınus, uir ætatis nostræ in legum studiis eruditus, clausis oculis utrunq; locum pertransit: cum tamen in suis interpretationibus polliceatur Digestorum uolumina, & Cæsarum constitutiones, secundum Pandectas Pisanas antiquissimas se emendasse: & tñ (iudicio meo) parū, aut fortè nihil attulerit, quod mediocriter eruditū fugeret. Ego puto utrunq; locum esse corrigendum hoc modo. s. Titus Cæsar in personā Parthenii. & intelligo de Tito filio Vespasiani, & Domitiani fratre, cuius gesta prosequitur Suetonius Tranquillus lib. 11.

Dementia unde.

Pomp. locus.

Accursii error.

Titus Imperator.

Tiberius Imperator. Nec eo inficias, Tiberium etiam imperasse, qui Augusto successit in regno: tamen ad eum referre non possumus historiam Parthenij, qui fuit longo tempore post, scilicet temporibus Titi & Domitiani. De Parthenio historia satis nota est, testimonio Tranquilli & Dionis: uterque enim eum nominat inter Domitiani percussores. Tranquilli uerba hæc sunt in uita Domitiani. His uelut transacto iam periculo, lætum festinantemq; ad corporis curam, Parthenius cubiculo præpositus conuertit. & paulòpost: Saucium ac repugnantem adorti, Clodius cornicularius, & Maximus Parthenii libertus. Dion uero: Parthenius (inquit) eius à cubiculo, in tanto apud eum honore, ut eius ensem gestaret. Sigerius quoque & ipse cubicularius. inde Martial. ait Parthenios Sigeriosq; modos. De Parthenio etiam extãt duo Martial. epigrammata, in 8. & 9. lib. Et hoc modo etiam debent castigari uerba Baldi in consilio suo diuino schilmatis, posito sub rubr. si quis alium testa. prohib. in pe. col. uers. præterea uidemus. & in cons. 268. ad euidentiam. in ult. colum. in 1. lib. quod repetitum inuenies in cons. 457. in ult lib.

Testamentum in quo pater præterit filium ignoranter, puta posthumum, non reconualescit aliquo modo, dato ꝙ filius illud approbet: quia non censetur adesse uoluntas testatoris. ita sing. Bal. in l. si cum uel in utero. cir. prin. C. de testa. mil. ubi reputat nouum & mirabile. & hoc pro singulari commendat D. Alex. in l. 2. in 22. col uers. circa prædicta etiam. C. de bon. poss. contra tabul. & de eius ueritate tradunt Ang. Pau. de Cast. D. Alex. Are. Corn. & D. Ias. in 1. col. in l. sicut certi. C. de testamen mili. quod nota pro sing. limitat. ad l. filio præterito. ff. de iniusto rupto.

Testamentum casu amissum probatur per duos testes testamentarios, dato ꝙ sit quæstio de uoluntate. ita singul. nor. Bald. in l. testium in 2. col. in ult. not. per illum tex. sing. C. de test. ꝙ est no secundum eum. & latè commendat D. Ias. in repet. l. admonendi col. 77. uer. ex prædictis

dictis omnib.ff.de iu.iur.post D.Alex.in l.si unus:in 1. col.C.de test.& in l.2.in pe.col.uers.extrà gl.C. de bo. pos. secundum tab. cum his quæ in pulchra quæstione latè scripsi suprà in uer.Inimicitiæ capitales.Et propterea sing dicebat Bal.in cons. 216.uerba testamenti, ita dicunt in ultimis uerbis,in primo libro,quod pro iustitia naturali est semper seruare testamenta quantū possunt,& maximè ad pias causas, in quibus non est de apicibus iuris disputandum. & hoc dictum Bal. citat etiam D.Ias.ut retuli supra in uerb. Apices iuris. Et ideo in proposito notat eleganter Bal.& dicit alibi ita expresse non reperiri.in l.Gall.§.quid si is.in 2. colu. in 3. not. per illum tex.ff.de lib.& posth.ꝗ reip interest,ne testamenta rumpantur. Benefacit sing. & noua opinio And. Sicul. in consil. 6. scriptum est præclare 1. Reg. in 2. col.in 1.lib.ubi tenuit, ꝗ licet consulendo & iudicando tenenda sit communis opinio inrib.uulga. tamen fallit fauore testamenti. Propterea si pro testamento inueniatur solum opinio unius doctoris, illa debet teneri; licet communis sit in contrarium: ut ibi latè per eum. quē sequutus est simpliciter D.Ias.in l.Gallus. §. quid si is.in 3.col.ff.de lib.& posth in posterioribus scriptis. Ego tamen puto,quòd hæc opinio Barba non sit uera, per ea quę retuli suprà in uerb. Nuptiarum. Tamen est memoria digna,propter fauorem testantium & ideo habes alibi casum.singu. in l.current magistratus ff de testib.ꝗ quando quis uult facere testamentum, & non audet propter timorem proximorum, qui ad ipsum infirmum impediunt notarium ire, ꝗ debet iudex ex officio suo,etiam nemine petente,adire infirmum cum testibus & tabellione,ut probatio rerum & testandi facultas salua sit.& illum tex.pro sing ad hoc ibi no. Odofr. & Bal.Nouel.in trac.dotium.in 6.par in 18 priuilegio. Hæc quæ dixi circa fauorem testatoribus præstandum, & omnia quæ traduntur in l. 1.C. de sacrosanct. eccl.& in locis uulg.limitari possunt, non proced. ratione publicæ utilitatis:cui etiam isto casu plus fauetur, si Augusti

Testamenta seruari debent quantū possunt.

gusti Cæsaris auctoritas in hoc tuta est, cuius circa Vergilij testamentum hæc fuit sententia.

Sed legum seruanda fides, suprema uoluntas,
Quod mandat, fieri que iubet, parere necesse est.
Frangatur potius legum ueneranda potestas,
Quàm tot congestos, noctesque diesque labores,
Hauserit una dies. Nisi malimus hoc supremæ principis auctoritati adscribere.

Banitus pro mortuo habetur.

Cautela contra fiscum.

Testamentum, in quo pater prēteriit filium bannitum in ære & persona, ualet: neq; per fiscum rumpi potest, quia bannitus pro mortuo habetur. ita singul. decidit Bal. in l. fin. quæ pœna. in primis uerb. ff. de his qui sunt sui uel al. iu. & pro singul. commendat Crem. nota. 12. quid si filius. & notab. 89. pone. & Domi. Iaso. in auth. non licet. ante fin. C. de libe. præter. & est bona cautela priuandi fiscum, ne bona ad eum perueniant, delicto perpetrato: prout etiam not. Ang. in l. quidam. in princ. per illum tex. ff. de hære. inst. Et pro hoc benefacit, ꝙ in simili eleganter not. Bald. in l. dotis suæ, C. de iure do. quòd licet ualeat statutum, quòd filii mercatorum teneantur ad debita paterna mortuis parentibus, licet non probentur quòd sint hæredes, uel etiam constet ꝙ repudiauerint hæreditatem, per gloss. nota. ibi & firmat Domi. Alexan. consil. 42. super præmisso themate. col. 6. uersic. & special. el 1. Tamen datur cautela, ꝙ faciant se à parentibus exhæredari: quia habebuntur pro mortuis, & repelluntur ab hæreditate paterna. Ideo statutū non comprehendit ipsos, sed solum illos qui secundum l. 12. tabularum erant sui & necessarii. & hoc dictū Bal. pro egregio commendat D. Ias. in l. eam quam, col. pe. uers. 11. casus. C. de fideic. & pro bona caut. approbat Cœp. caut. 331. licet regulariter. & hoc ultimum est memoria dignum, ad declarationem tituli, ne filius pro patre. & ad statutum Mediol. obligans uasallum ad debita ascendentis, licet non sit eius hæres.

Datur etiam alia cautela contra fiscum, & quidem artificiosa, uidelicet quòd quis uult rebellem uel ban-

nitum

nitum instituere, ut dicat, instituo talē, & si quando peruenerit ad gratiam domini. secundum Bar. Veronens. cautel. 75. duodecima. circa quod uide quæ latè scribit Curt. Sen. consil. 59. Dux Philippus. ubi examinat, quid de bonis postea per patrem filio bannito relictis? & latè concludit, quòd non. nam tempus delicti attendi debet: ut in propriis terminis dicit Bald. in l. quanquam. circa fin. C. ad l. Falcid. quem retuli suprà in uerb. Pater obligatur. Et licet sententia postmodum sequeretur, trahetur à die commissi delicti retro. secundum Ioannem Andream. Arch. & Bem. in c. cum secundum. de hæret. lib. 6. Solet etiam dari tertia cautela in ista materia, antequam delictum perpetretur. nam debet pater, qui uidet filios uel hæredes suos inimicitiis inuolutos, & rixis faciles, uel lusores, seu prodigos, uel parum industrios, prohibere ne alienent bona extra familiam. quia res prohibita alienari, non potest deuenire in fiscum ex bonorum confiscatione: quia fiscus est extraneus hæres. ita sing. Bar. in l. Imperator. per illum textum. in princ. ff. de fideicommiss. libert. & latè ex facto cum incidisset, consuluit Do. Alex. consil. 23. opportunè consideratis. in 1. lib. quod consilium est etiam superfluò repetitum consi. 88. in 3. lib. & sequitur Soc. cons. 114. in causa. col. 18. in prin. lib. 2. & hanc Bar. decisionem pro sing. citat Do. Iason in l. uit. §. sed quia nostra. in 1. no. C. com. de leg. & latè sequitur in l. filiusfa. §. diui. in 6. not. de leg. 1. in posteriorib. scriptis. ubi Paul. in 2. col. uidetur uelle, quod exprimi debeat causa, scilicet quòd sit minus industrius, uel similis. & latè insistit Pichus in repetitione l. in quartam. col. 48. uers. 9. posset. ad l. Falc. Et ideo dicunt communiter Doct. in l. 3. §. res quæ. ubi inter alios Do. Alex. & Socyn. col. 2. ff. ad Trebel. & Aret. cons. 14. uiso. colum. 4. uersi. ex his infertur. Quod bona prohibita alienari, uel subiecta restitutioni, non possunt in fiscum trāsire, propter delictū probibiti Laudarem tamen, ad tollendum malignam fiscalium iudicium tergiuersationem: quòd tale testamentum

tum haberet à principio principis confirmationem, quã ante euentum de facili principes solent concedere. Et ideo refert in proposito Angel. in l. quotiens. la 1. C. de fideicomm. quòd Perusij inoleuit consuetudo in patribus, qui filios dissolutos habent: quia iubent eos nõ alienare bona immobilia. saluo nisi casu redemptionis personæ, uel mutilationis membri ante perfectam ætatem 30. annorũ. & si secus facerent, ex tunc illa bona adiudicant, & reliquum hospitalibus & ecclesijs. Proinde dicit se fecisse filios alienare, præcedēte prius repudiatione & transactione, solenni stipulatione uallata, per locorum prępositos & rectores, seruata forma, de qua in l. de his. ff. de transact. addito iuramento iuxta l. si quis maior. C. eo. & ibi per eum. quod pro bona cautela commendat etiam Bertol. Veron. cautel. 297. si pater. pro illis qui habent consanguineos substitutos sibi, in casu alienationis rei immobilis: quia poterũt alienare, secũdum formam suprà traditam. & sequitur Dec. consilio 323. cum sit. col. 1. Suprascripta clarè proc. in filio bannito, antequam hæreditas deferatur. Sed quid si filius uiuente patre committit homicidium, postea pater moritur: eoque mortuo, formatur inquisitio contra filium & condemnatur pro dicto homicidio: nunquid hæreditas patris talis postea banniti, ueniet in fiscum? Ange. tenuit, quòd sic. in l. antepenul. colũm. penul. in fin. & sequen. C. de bon. proscrip. ubi uoluit, quòd sicut ante sententiam non est licitum alienare, ita etiam non quærere: sed contrarium, scilicet contra Angel. tenet Bar. in l. in fraudem. in fi. ff. de iur. fisc. post gloss. in l. cũ quidam. eod. tit. & in terminis quæstionis nostræ, reperio Nellum hoc decidisse clarè in tract. bannit. in prima parte secundi temporis, quæstione 30. ubi etiam dicit, quòd cautela tum est, quòd talis bannitus repudiet hæreditatem in concordia, cum illo ad quem deuoluitur hæreditas: & quòd de hoc fiscus quæri non potest. & hanc quæstion. Nelli latè disputat Aret. in l. si quis in bona. §. si quis plane. col. pen. & ult. ff. de acq. hæred. per

glo.

glo.claram ibi, ubi Bar. & omnes tradunt.& bene nota, quia secundum Nellum & Aretin. fuit iudicatum, & sententia fuit per omnes quæstores extraordinarios approbata.

Testes cócordantes in unum rei finem, licet per diuersa uerba, tamen plenè probant.& tex. est aureus & sing. in l.qui sententiã.C.de pœnis.& tradit D. Fel.in c.cum causam.in pen.col.de proba.& consuluit D.Alex. cons. 72.inspecto diligenter processu in secunda col.& consi. 100.super primo.col.pen.uers.nec prædictis.lib.primo. Corn. consil.2. uisa petitione. col. ult. lib. primo. post Bald.consi.37.quidam tabellio.& consi.270. ad euidentiam.in primo libro.& consi.39.proponitur quod celebratus.in secunda colum. in 3. libro.& alibi sæpè. Sed limitari potest, nisi ageretur de probanda uerborum forma: per illud quod sing.decidit Bal.in c.bonæ memoriæ.el primo.in quarta col. uersic.sed quid dices. extrà de elect.ubi tenuit, quòd si ex duobus testibus interrogatis super mutuo, unus deponit de duobus solidis, alter de 24.denariis, quòd probant, nisi essent interrogati de qualitate uocis.& hoc dictum Bald.pro singu. latè refert & sequitur D.Ias.in l. quę extrinsecus. in tertio not.ff.de uerbo.obl.& in l.2.colum.ult.C. de bon. poss. secundum tab.post Alexand.consil.78. in causa & lite. colum.ult.in primo lib.& cons.47. abunde.colu.secunda.libro secundo. Sed quid si deponerẽt de formalibus uerbis plurium annorum præteritorum: an credendum eis sit? dicendum est, quòd non: quia deponerent uerisimiliter falsa.ita colligitur ex his quæ eleganter scribit Bald.in l. scripturæ. C. de fide instrum. & reassumit Corn.cons.63.uidebatur primo aspectu.in pen.col.lib. primo.cnm his quæ refert in consil.68. consuluit in eodem.uol.

Testes singulares qui sint, declarat latè & magistraliter Baldus in l.de quibus.in 15.col.ff.de legibus in repetit.& consi.33.uerba instrumenti.ad fin.in primo lib. & consi. 39.proponitur, quòd celebratus. col.ult. lib.3. &

alibi

alibi sæpè. & tractat latè Lanfran. in rep. c. quoniam contra falsam. colum. 38. uersicul. ulterius est aduertendum extrà de probat. ubi aliqua singular. dicta Baldi citat. & est etiam nota. dictum Baldi in rubr. de controuer. inuest. colum. prima. ubi distinxit circa singularitatem adminiculatiuam & obstatiuam. de quo meminit Alex. in l. Gallus. §. ult. col. septima. uersi. sed pro istorum, de lib. & posthu. Et ex his tantum probat unus, quantum mille. ita eleganter inquit Baldus in l. iuris iurand. colum. 1. & ibi rationem assignat. C. de testibus. & reassumit latè Alexan. consil. 13. ex his quæ in themate. in ult. colum. libro primo. & in consil. 32. uiso puncto & dubiis. ad fin. eo. libr. & consil 72. inspecto diligenter. in secunda col. & sequent. in primo lib. ubi latè consuluit, quando testes singulares probent. reassumit etiam Do. Iason in repet. l. admonendi. in 84. colu. uersicul. item adde in quantum Bart. de iur. iur. & Alexan. consil. 100. super primo casu. in penult. colum in primo lib. & Dec. consi. 133. uiso. colum. 3. circa medium Alex. consil. 11. sentio. post prin. lib. 4. & consil. 150. in causa & lite. in fin. lib. 5. & latius declarat Do. Anto. in c. cum oporteat, in 6. col. & sequent. extrà de accusatio. Et dicebat in proposito eleganter Bald. post Ricardum Malumbræ, in l. ob carnem. §. ult. ff. de testibus, quòd ideo testes singulares non probant, quia super eo quod deponunt, quilibet est unus solus: & unus testis non probat. allegat capitulo bonæ. & capitulo cum dilecti. extrà de electiou. nisi negotium esset connexum: ut ibi latius per eum. & eum sequitur Dom. Alexan. in dicto consil. 72 in 4. colum. uersic. idem tenet. in primo libro. Et ulterius hoc adeò uerum est, quòd sicut testes singulares non probant: eodem modo nec hi qui ita possunt esse singulares, sicut contestis ita. singulariter Baldus in l. ult. in 8. col. 15. oppo. C. de edic. di. Adr. tol. & in c. bonæ. el primo in quarta col. uersi. sed quid si testes extra de electiou. ubi refert ita consultum, & hoc dictum Bal. pro sing. citat. Corn. consil. 13. quamuis uideatur. in 2.
colum.

colum.lib.1. & reassumit etiam idem Corn. consil. 130. col.2.in fin.& consilio 343.in hac consultatione.colum. ult.in eodem uolum. & alibi sæpè. Sed tamen hoc declaratum est, quando testes ambiguè deponentes, in quo libet intellectu conclusiuè probant intentionem producentis, puta, accusaui Titium de homicidio, testes deponunt alternatiuè, quòd occidit cum ense, uel cum claua. nam quamuis ista probatio videatur ambigua, tamen quia in utroque intellectu concludit homicidium, iudicatur certa, & ualet. ita sing. decidit Do. Alexand. in l.inter stipulantem.§.primo.in penul.colum.in fin.ff.de uerbo.obl.post Io. Andr.in cap.1.de pactis lib. 6.& hanc decisionem Do. Alexan.pro sing. refert & sequitur Do. Iason in l. ubi autem non apparet. §. qui illud.in 2.not. eodem titu.& est fortis decisio, & not. secundum eund.in l.2.in princ.in primo not. ad fin. ff.de cond. causa dat. & in l. & si post tres in 3. colum. ff. si quis caut.& in l.non hoc. colum.penult. uersiculo 4. limita.C.unde leg & alibi sæpè.quam etiam commendat Do. Fel. in cap.2. colum. 14. uersic. ex quo dicto extrà de rescrip. Ad quæ adde no.decisionem Pau.consi.304. iudex, uersic.item posito, in antiquis, ubi uult, quod testes probent debitum, quamuis unus dicat de confessione facta die lunæ, alter die mercurij: ex quo de debito probando tractatur, non de confessione, & facit quòd dicit Paul.consil.280.uiso processu. colum.3.dum concludit, quòd singularitas tunc nocet, quando probatio remanet dubia: licet in hoc ult.uideatur aliter sentire Ias. in l.admon.colum.94. de iur.iur.sed contra Paul.in dicto consil.304.(obstat decisio Butr. in capitulo. licet ex quadam.colum. secunda, uersicul. & per hoc deciditur. de testibus.quam sequitur Alexan.consi.68. uiso processu.colum.ult.libro 3.repetitam consil.36. libro quinto. Secundò declarari potest, quando omnes testes concordent in dicto. nam licet non dent se pro contestibus, tamen contestes præsumuntur, secundum Bald. in l. secunda C.de secundum tabul.ubi. Do.Iason col.penult.

commen-

commendat post Alexan.ibi in fin.& consi.47. abunde. col.2.lib.2.

Testis unius integra fides,supplet defectum alterius, ad plenam probationem,dato quòd esset infamis de facto:ut signanter dicit Bald. in l. si quis ex argentarijs. §. primo per illum textum. ff. de eden. de quo scripsi suprà in uerb. Legalitas. Alibi etiam dicit gloss. singu. in l. testium fides. §. primo. in uerbo numerus. ff. de testibus, quòd id quod deficit in fide testium supplet numerus. & illam gloss. pro sing. citat Nicol. de Neapo. in l. 2. in princ. colum.1.in fin.ff.de excus.tut. post Rain.in l.1.ff.de testibus. & pro singu. citat etiam Do. Alexand.consil.78.in causa & lite.colum.3. uersicu. ac accedit, libro primo. cum aliis concord. adductis per Do.Ias.in authen.si uerò contigerit.in tertio not. C. de iudic.& in l.si quis ex argentarijs.§. cogentur,in secundo notab. ff. de eden.Do. Alexand. consil.5. in casu inquisitionis.colum.pen.post princ.libro primo. & consi. 7.abunde circa princ.lib.2.Et Dec.consil. 11. quoniam iudicantium responsa.in 13.col.uersic. quartò de rogitu.& consil.133.uiso processu.colum.penul.ubi eum limitat.& Do.Alex.consi.212.uisis & discussis. ad finem, libro secundo,& consi.antepen.uisa,colum.quinta.eod. lib.& declarat Alex.consi.21.repetitio. colum.2. libro quarto. & alibi sæpè. Et propterea pulchrè Bald. in l. optimam.in secunda colum.uersicul.quæro, dicitur.C. de con. & comit.stipul. notat per illam gloss. quòd uerum præsumitur, quod pluribus instrumentis continetur,quamuis singula plenè non probarent.& hoc dictum Bald.commendat Socy.consil.262.in causa magnifici in penul.col.in 2.lib.Proinde cecinit Ouid.2.de remedio amoris lib.

Forsitan hæc aliquis (nam sunt quoq; parua) uocabit :
Sed quæ non prosunt singula,multa iuuant.

Cum similibus,adductis per D.Ias.in l.re coniuncti. in 6.not.per illum textum de legat.3. & in pulchro casu consuluit Bal.consi.286.thema proponitur, ut infrà.

secunda

2.col.in secundo libro. Accedat quod alibi singul.deci dit Bal.in l.Imperator.ff.de statu hom.in pen.col.uersi. nota etiam,quod si duo notarii. de quo scripsi suprà in uerbo, Notarii duo.

Testis facit semiplenam probationem,quando reddit rationem dicti sui: aliàs secus,quia satis exorbitat fides unius testis à iure cõmuni; imo iudex est aliqua ex parte suspectus,ex quo non laborauit ad ueritatem inquirendã,ita sing.Bal.in capitulo primo. §.sacramẽtum columna prima,in titulo,de consue.restitu.feud. quem in pulchra quæstione citat D. Alex. consilio 32.uiso puncto & dubiis,col. 1. in primo libro. & consilio 56. uiso processu,columna 4.uersi.etsi dicatur,lib. secundo post Roman.in l. prima ad finem princip.de oper.no.nun.Et ideo alibi singu.decidit Bal. in repe.de quibus. colum. antepenul.uersiculo,& nota quòd situs.ff.de legibus. & si ex duobus testibus contrarijs unus reddit rationem,alter non: ille qui non reddit rationem dicti sui,non debilitat dictum alterius.& hæc duo dicta Bal.multum commendat,& pro singu.latè approbat Do.Ias.in repetit.l. admonendi.colum.78.uersi.4.ergo.ff.de iureiur.Et propterea idem Baldus in l. conuenticulam. in quinta col. uersiculo idem multo fortius.C.de episco.& cler. dicit quod ratio in teste est illa quæ ualidat dictum, & inualidat. unde licet testis in dicto minus probet, sed in ratione efficacius,semper attenditur ratio,puta,si diceret credo,quia fui præsens,& uidi:& in multis exemplis ibi per eum relatis, quæ uerba sunt singula. & milles allegantur in consiliis secundum Domin.Iason in l. ultima in secundo notab.ff.de off.procur.Cæsa.& inter alios citat Alexan.consilio 109.uisis, columna penultima ad finem libri primi.& consilio 20.uiso processu.colum.ultima libro secundo & consilio 80.examinato processu.columna tertia.uers.item alia ratione.eodem libro.& consilio 147. ponderatis. colum. penultima in fine libro 2. & ex eis collegit Bertolo.Veronen.cautelam,pro eo cõtra quem producuntur testes deponentes per uerbum,

Ratio à teste requiritur.

Ratio in teste ualidat & inualidat dictum.

Cautela.

Credo. nam in suis interrogatoriis debet dicere, quòd si testes examinati dicant se hoc credere ita esse, ut in capitulis continetur: quòd hoc casu ulterius non interrogentur. ex quo interrogationes fiunt ad instantiam illius, contra quem testes examinantur: ut habetur in capitulo cum causam, & in cap. per tuas. extrà de testibus. quod putat memoria dignum Cœp. cautela 81. tu scis ꝙ qui deponit. Proinde alibi Bal. in l. 2. C. de tempor. appell. dicebat, ꝙ ratio reddita à teste, debet reduci ad ipsum actum, ut concludat, si secundum sanum intellectum concludere potest. & sequitur Do. Alexand. consilio 61. uiso & discusso processu, in secunda columna, libro primo. Et procedunt hæc suprascripta, etiam si de ratione non sint interrogati, ut singu. concludit Iac. Butr. in quæstione sua. talis quæstio est, Quidam petit à Titio. quam apud nos conseruauit Bal. ubi multum cõmendat, in l. presbyteri in fine C. de episcopis, & clericis. & pro sing. reassumit Ludouic. Roman. in repetitione rubr. ff. de arbit. in 10. columna in 17. quæstio. uersic. scias tamen & aliud not. tradit Do. Alexand. conf. 136. uiso & examinato. in 3. & 5. col. in 1. lib. & consi. 56. uiso processu. col. pen. circa med. lib. 2. & Dec. consi. 101. col. 2. post Alex. consil. 148. in causa equi. col. 2. in princip. lib. 2.

Et propterea alibi notab. decidit Bal. in l. si non speciali. circa fin. C. de testamentis. quod statutum disponens, quòd testes deponentes contra bannitos probent, licet malam rationem dicti sui reddant, non ualet, quia est contra ius naturale. quod dictum in notabili quæstione reassumit D. Alex. consilio 3. in causa & lite. col. ult. lib. 2. & sequitur Roman. in l. 1. ad fi. prin. ff. de ope. no. nunc. Dec. consilio 137. in causa rigorosę accusationis in 2. col. & est nota dignum pro extensione prædictorum. Alibi tamen idem Baldus in capitulo. ultimo in ultimis uerbis. extrà de iura. calum. singula. tenuit, & dicebat esse suum nouum dictum. quòd si testis interrogatus de homicidio deposuit, quod uerum est quod Titius

tius occidit Seium, probat, si non est interrogatus de causa scientiæ. secus, si diceret se tantùm scire ꝙ Titius occidit Seium: quia isto casu non declarando se per rationem usus, non probat. quæ decisio est singu.& mirabilis, secundum D.Alex.in l.1.in 6.col.uers.accedat singularis.ff.si cer.pet.ubi tamen putat non esse ueram: licet Socy.ibidem in 4.col.in prin.eam uelit defendere. & eam etiam pro sing.citat Do.Ias.in l.cum hi.§.ultim. igitur.in 8.fall.ff de transact.& in l.si posthumus.§.ult. in 1.no.ff.de lib & posth.quamuis utrobique de ueritate se remittat ad D.Alex. in loco præallegato. sed eam sequitur Alex.consilio. 117. uiso ac ponderato.ad finē lib.8. Nota tamē ad declarationem prædictorum, quod dicit eleganter.Bal.in l.2.circa medium. C. de tempor. appella.quod ratio testis non est cauillanda, sed adaptāda ad id ꝙ testis dicit scire.quem sequitur.Dec. consil. 100.in causa inquisitionis.col.1. ubi etiam citat Bal. in c.præterea ad si extrà de testibus, ubi post Innoc.concludit, ꝙ etiam in causa capitali dictum testis probat sine ratione, quando de ea non fuit interrogatus. *Ratio in teste non est necessaria.*

Testi non iurato, non adhibetur fides. casus in l. iurisiurandi.C.de testib.Sed nunquid hoc procederet, etiā ubi ageretur summariè, simpliciter, & de plano? Bar.singular.tenuit, quòd sic: in extrauaganti ad reprimendum in uerbo, & figura. post medium. & sequitur Do. Alex. in l.milites in pen.col.C.de testamen. militari. iuncto eleganti dicto Mathes.nota.38.nota quòd in causis summariis.

Sed an Papa posit dispensare contrarium, ꝙ testis in iudicio deponat absque iuramento? Est sing. decisio Augustini Anconitani in tract.de potestate eccles. q.55.articulo ult.quam tanquam pro stupenda, & incognita refert, & approbat. D.Feli in c. constitutus.in 9.col.in 2. fall.extrà de rescrip.& est decisio memoria digna, propter ea quæ de ampla summi Pontificis potestate latè tractant scrib.in c.1.ubi latè D.Fel.in 2. not. & in 8.& 9.col.extrà de const.& in c.quæ in ecclesiarum.ubi etiā *Papæ summi potestas*

Xx 2 plenè

plenè Do.Felin.in 6.colum.eod.tit.& Dom. Iason post Bal.in l.penul.in prima col.C.de precib.imper.offeren. & in l.quoties.in 3.col.C.de rei uend. & in cap. 1. in 1. col.ad fi.& sequen.qui feud.dar. poss. & ubique Moder. Sed in contrarium adduco,quod singula.decidit Bal. in c. consanguinei. ad fin. extrà de iudic. ubi decidit, q si data est potestas arbitro uel iudici, procedendi de facto, sed sententiandi de iure tantum: q poterit iudex crede re testibus non iuratis,cum secundum eum, iuramentũ in teste sit de ordine, non de substantia. & hoc dictum pro singu. commendat D.Ias.in repetitione l.admonendi.col.86.uersi. nunquid autem.ff.de iure iur.ubi uidetur transire cum Bal. cuius tamen dictum potest ex prædictis subuerti. Et ulterius addo,quod contrarium tenet Bal.met in l.milites.in ult.col.uersi.sub prętextu tamẽ. C.de testa.mili.ut reprobat Bar.contrarium tenentem, in l.filiusf.in 1.col.uer.item an tunc.ff.de dona.

Iuramentũ in teste an sit de substãtia.

Sed ne uidear lumen soli mutuare, ut tria est parœmia,uide quæ latè scribit D.Alex.in d.l.militer.in pen. & ult.col.& D.Felin.in c.tuis quæstionibus in 1.col. de testibus,& in specie illam decisionem Bart.in d.l. milites. refert, & sequitur Andr. Sicul.in tracta. de præsta. Card.in secunda quæ.secũdæ partis,& in ultimis uerbis Et ideo dicebat gl.sing. in capitulo cum olim. el primo, in uerbo fratum. quam Cano. ibi ad hoc commendant, extrà de priuileg. quòd etiam Cardinales deponentes absque iuramento,non probant. licet facere uideantur aliquam præsumptionem ueritatis,propter excelentiam dignitatis. & illam gloss. pro singu. etiam ad hoc commendat Do.Alex.in consilio 180.in causa Angelorum. in secunda col.in 2. libro.cum his quæ tradit Do.Felin.in capitulo cum dilecta. in 8.col.in quarto signo.extrà de rescrip.Notandus tamen est unus casus,in quo testi non iurato adhibetur fides. uidelicet quando iudex recipit testes ad sui informationem, quem ponit gl.singul.in capitulo primo §. si duo homines. in uerb. testimonium. in titulo de pace tenenda, & eius uiol. Et ideo

Lumen soli mutuas.

Card. deponens absque iuramento, an probet.

ideo in proposito dicit singula. Innocen. in capitulo per tuas. circa principium, extrà de testibus, quòd iudex nõ compellitur dare parti aduersæ copiam eorum quæ sibi dantur ad eius instructionem. quod dictum ignorauit Ioan. de Imol. & propterea cum de hoc Bononiæ interrogatus fuisset, obmutuit: ut refert Ludo. Roman. singu. 266. fuit interrogatus, ubi putat aureum, & digito ligandum: extendens ad consilia, & allegationes iuris, quæ dantur iudicibus. in quo ultimo contrarium tenet Do. Iason in l. 2. in 4. not. C. de eden. post Ioan. Petrum Ferrarium, ibi per eum relatum. Nisi malimus in hoc sequi distinctionem, quam in dicta l. 2. in 2. colum. tradit Io. Maria Rimi. approbatã ibi per aliquos ex Mod. Papie. & nunc ex facto incidit Laudæ, in satis ardua causa. Proinde in proposito not. colligit Bal. in l. qui testamento: §. per contrarium per gl. sing. ibi. ff. de test. argumentum ad sing. dictum Inno. in capitulo cum in tua. de sponsal. dicentis, ꝙ potest iudex ad informationem suam procedere sine ordine iudiciario, & sine testibus in forma iudicii receptis. & multo fortius secũdũ Bal. informabitur ẽt per testes inhabiles: ꝙ est memoria dignum, & approbat in specie And. Sic. in rep. rub. C. qui admi. in 34. col.

Iudex an teneatur dare copiam eorum quæ sibi ad instructionẽ dantur.

Allegationes iuris, Cõsiliorum copia an sit danda aduersario.

Testis cauere debet tanquam ab igne, ne deponat super negatiua nõ coartata loco, & tempore: quia eo ipso incidit in falsum. ita sing. Ange. in l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui. & ante eum idem uoluit egregie Bald. in capitulo primo §. si quis per triginta. in prima colum. uersiculo sed quid econtra. si de feu. fue. contr. inter dominum & agnatum uas. & pro singu. citat Domin. Alexan. in l. 1. in prin. in 1. colum. & ibi etiam D. Iason in 4. col. ff. si quis ius dicenti non obtemp. ubi late habes de ueritate. & ultra eos sequitur consulendo Corn. consil. 125. aliàs in hac causa. in penultima columna, uersic. & testis satagens. in ult. lib. post Dom. Alex. cons. 65. habita super contentis. in 2. col. lib. 1. & consi. 135. uiso, & examinato. colum. 3. ad finem, & seq. eod. lib. Proinde eleganter dicebat in proposito Bald. consi. 352. mate-

ria feudorum in 2.colum.lib.1.quòd negatiua quæ mul tum difficilis est ad probandum, inducit suspicionem cõ tra testem. Et ideo ex prædictis consuluit Do. Alex. consi.pe.maturè,colum.4.uersi. Do.Paulus primus testis.in 1.lib.quòd testis deponens,quòd unus non potuisset effici insanæ mentis, uel furiosus, quin ipse sciuisset,cum eum cognouerit paucis diebus ante mortem suam, est suspectus de falso, uia est negatiua, non cohortata ad breue spacium, quia potuisset ille in domo de nocte effici furiosus, inscio & ignorante teste. & hic etiam quadrant ea quæ posui suprà in uerbo,Negatiua. Prædicta autem limitantur nõ procedere,quando testis deponit super negatiua, quæ sibi uerisimiliter nota esse debet, quia tunc non refert, si causam dicti sui non assignet. ita not.Bald.in c. 3. loco. col. 1. per illum tex. de prob.& prosequitur ibi D.Fel.in 2.col.

Testis deponens de eo quod est factum de nocte, si asserit se cognouisse delinquentem per uocem,facit indicium ad torturam.ita sing.Bald.in l. si non speciali.in primis uerbis.C.de testam & pro singu.& bene not.approbat D.Iaf.in l.non maiorem.ad fin.C.de transa.& licet de iure hæc uera sint ut latè concludit D. Alex. consil.24.animaduersis his col. 3.& seq. lib.2.in consil.99. quoniam per excellentissimum in 3.lib.& Corn. consil. 10.uisa fuit primo aspectu. in 4. col. in 1. uol. & firmat Math.not.126.nota quòd licet.& ubique docto. Tamẽ hoc anno contrarium fuit practicatum Papiæ, in causa mea. Nec mirum: Nam apud aliquos iudicium nihil est nisi publica merces: Atque eques in causa qui sedet, empta ꝓbat.ut ẽt cecinit Petronius. Sed secus,cũ Moyse agebatur, qui ut legitur Exodi 18. c. uiros Deum timentes,in quibus erat ueritas, & qui munera aspernabantur,constituebat,ut populum iudicarent. Quid autem, si dicunt se uidisse delinquentem noctis tempore, neque tali tempore luceret luna, & sine aliquo igne, uel candela, an tales testes probent? Bald. eleganter in l.Aretusa in 1.colum.uersicul. & nota quòd Oldr.ff.de

stat.

ſtatu.homin. refert ſe audiſſe à præceptoribus ſuis, per Old.fuiſſe defenſatum quendam reum accuſatum. licet teſtes contra eum depoſuiſſent: quia noctis tempore ſine luna, uel lumine, uideri non poteſt. & idem repetit etiã Bal.in c.1.§.porrò.in 1. colum. uerſicul.2. quærit glo. in tit.quæ fuit prima cauſa benef.amit.argumento gloſſę not.in l.ſi cum exceptione. §. in hac actione. in uerb. ignorantiam.ff.quod met.cauſa ubi etiam Bal. Ange.& Modern hoc notant.& Ang. conſ.212.uiſis proceſſibus. col.2. Et ideo aduertant producentes teſtes delictis noctis tempore commiſſis, ut exprimant rationem uiſus, ſcilicet lucente luna, vel lumine præſente.ut etiam monet Cœpol. caut.316. ſi aliquis & latè Do. Iaſ.in l.non minorem.uerſ.item aduerte.C.de tranſa. & tradit Dec. conſi.163.in cauſa.col.3.uerſi.2.non obſt.

Teſtis deponens, quòd Titius occidat Seium ad ſuam defenſionem, non probat, niſi addat neceſſariam.ita ſingu.Bal.in l.1.col.11.uerſi.item tu aſſeſſor conſidera. C. de confeſſis.& pro ſing.citat & ſequitur Lud.ſing.29. accuſatus.& pro ſingula.approbat D. Felin.in c.ſignificaſti.el 2.in pen.col.de homicid.& D.Alex. in l.1. C.unde ui.in add.quæ incipit, ex his habes. ubi refert, quòd Bal.alibi tenuit contrarium in l.ſolam in ul.col. uerſic. 2.hic quęritur.C.de teſtibus, uidelicet quòd ſufficiat ſolùm dicere, ab ſui defenſionem.quæ opinio uidetur amplectenda, quia æquior & mitior eſt iuribus vulgaribus. & ideo conſulendo, iſtam æquiorem ſequitur D. Alex. conſi.109.uiſis & ut oportet conſideratis. in penul.col. uerſi.præterea dicit Bald. libr.1. & in effectu eam tenet Bar.conſil. 110. quidam Maſiolus, quem ſequitur Dec. conſi 54.in cauſa D. Antonii, ad fin. Et quando occidẽs alium dicatur feciſſe ad ſuam defenſionem, not.Bal. declarat in repetit.l.1.in 4.col.C.vñ ui.& Saly.in l.2.C.ad l.Cornel.de ſica.vbi latè Hippolitus de Marſil. & idem Hippolitus in l.3.in primo notã. per illum tex. eodem titul.poſt Barto. in l.ſed & ſi quemcunque.in prin.ff.ad l.Aquil.

Testis fides, & eius dicta, non possunt diuidi: neque potest unum dictum acceptari, & aliud respui, cum sit inter utramque partem medius. ita eleganter Bal. in l. nulla. post med. ff. de legibus. quod dictum extollit Dom. Alex. consi. 70. uiso processu in 2. col. uersic. non obstat. lib. 1. & cons. 80. examinato processu. in ult. uerbis. lib. 2. addo q idem etam in pulchra quæstione cōcludit Bald. consil. 96. Decreto cauetur, in 1. lib. quia dictum testis fundatur in iuramēto. quod est unicum, & indiuiduum, secūdum eum. & sequitur Bar. Veron. caut. 97. posset adhiberi. & caut. seq. & caut. 108. si mutuaui. cum his quæ scripsi suprà in uerbo Iuramētum est quid indiuiduum. limitando tamen, ut per Dom. Alex. consi. 88. quoniam omne datum. colu. 4. in fin. lib. ult. ubi citat not. dictum Bal. in rubrica de controuer. inuesti. in usib. feud. colum. ult. uer. extra nota. de quo dicto Bal. in d. rub. meminit etiam Alex. consi. 44. uiso & discusso. col. 3. ad fin. libro 2. ubi probat, quòd si testis dicat falsum in parte, q uitiatur totum eius dictum, ratione iuramenti, & tradit Albertus Gaud. in tracta. malefic. in rub. de falsarijs. col. 5. uer. quæstio utilis, & quæ quotidie occurrit, & Are. consilio 71. diligenter, & maturè columna secunda, & sequenti, & sunt memoria digna, maximè quando testes iurant dicere ueritatem etiam super interrogatoriis. ut considerat Felinus in capitulo fraternitatis. colum. ult. de hæreticis.

Testis qui deposuit illud quod nō uiderat, neque pro uerò sciebat, tamen uerum erat prout ipse deposuerat, non debet puniri de falso. ita sing. Anch. consil. 24. uisa inquisitione. col. 2. ubi idem dicit in illo qui eum instigauit. & pro sing. sequitur Socy. consi. 103. in facto præsupponitur in fi. in 1. lib. & idem etiam dicunt Doc. præallegati, in teste qui. falsum deposuit, ex cuius tamen dicto nullus læditur: quia nō debet de falso puniri, per iura & rōnes ibi per eos adductas. & tradit etiam Socyn. consi. 104. col. ult. uer. quartus & ult. casus. e. lib. quæ nota ad statutū puniēs dicētem fallum testimoniū, uel pro

 ducentem

ducentem, uel solicitantem testem pro falso prohibendo. & ex facto cum incidisset, obtinui corã Cap. iustitiæ Mediol. Et idem etiam in teste qui deposuit uerum, sed falsam rationem dicti sui reddidit, concludit Ancha. in loco præallegato. in 2. col. & sequitur Fel. in c. fraternitatis. in fin. de hæret. ubi putat nunquam testem puniri de falso, nisi deponat contra innocentem. & dicit se cõsuluisse, & idem etiam in teste, qui deposuit falsum, circa illa quæ concernunt substantiam principalis negotij, puta circa appendicias, ut quia falso negauit se agnatum producentis, quòd non incurrat pœnam falsi, sed solum puniri debeat pœna extraordinaria arbitrio iudicis, decidit singu. Iacob. Butr. in l. Lucius. ff. de infam. pro notab. ibid. approbat Ang. col. 2. uersic. attende tamen. Nellus de S. Geminia. in trac. testium. in pen. char. uersi. falsus testis uarians. & Bal. in c. si qui testium. col. 2. de testibus, & latè reassumit & sequitur D. Ias. in l. 2. in pen. & ult. col. C. de bon. poss. secundum tab. & in l. 1. in princ. in 9. col. ff. de offic. eius. & in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ad fi. de iur. iur. & in l. pen. in fin. C. de transact. declarando tamen ut per Aret. consil. 71. diligenter & maturè, col. 2. post Innocen. ad quem semper recurritur, in c. fraternitatis. circa princ. de hæret. & tangit Decius cons. 105. col. 3.

Testis regulariter non potest corrigere dictum suum, postquam deposuit, ut habetur in auth. qui semel. C. de proba. & in §. quia uero. in auth. de teste. & in c. fraternitatis. de testibus. Hoc tamen limitatur, non procedere in teste notæ & probatæ fidei: quia talis potest corrigere dictum suum antequam fiat publicatio, dummodo iuret quòd de hoc cum aliquo non sit locutus. ita sing. Bal. in c. præterea. col. 2. de testib. cog. & pro singu. citat D. Ias. auth. iubemus. col. 2. C. de iud. & sequitur D. Hippo. de Mars. cons. 1. col. ult. lib. 1.

Testes si impediuntur per consanguineos inquisiti, ne contra eum deponant: ex hoc tamen nulla contra inquisitum oritur præsumptio, quòd deliquerit, ita elegan-

ter

ter Bal.in l.unica ad finem.C.si quacunque prædi. pot. sed apud auaros iudices hoc non passim admittitur, quorum mos est, parua delicta extollere.

Testes communiter post dedicita testifica produci non debent.autentic.at qui semel. C.de probat. & cl. testibus. Sed nota singu.remedium euitandi d.iura. nam debet pars quæ cupit testes examinari, eos notificare iudici, & postea se absentare: quia hoc casu parte absente, potest iudex, in quo subornationis timor cessat, interrogare illos testes ex suo officio, ac eorum iura & depositiones recipere: & ualebit eorum testimonium. ita singu.Bal.in l.Ampliorem.in princ.in ult.colum.uersi.ex prædictis inferas.C.de appella.ubi dicit, quòd est noua conclusio, & mirabile remedium, & pro singu. cautela

Cautela. notat Bartol.Veronens.cautel. 241. regulariter, & pro singula. etiam refert & sequitur Do. Alexand. in l.4. §. hoc autem iudicium in 4.colum.ff.de dam.infect.ubi respondet ad ea quæ ibidem in contrarium adducebat Ludo.Roma.& de hoc dicto Bald. meminit etiam Cœpo. cantel.342.dubitari potest.& caut.sequ. & Ludo. Rom. in repetitio.rubr.ff.de arbit.in 11.colum.uersi. item habes aliam.& D.Fel.in c.fraternitatis.colum.8.post princi.de testibus.ubi alias fallētias ponit.& latiss. Soc. reg. 303.in 29.& ult.fallētia.& hoc etiam nota ad materiam l.per hanc.C.de temp.& appell.tenendo opinionem illam, quod super eisdem articulis, uel directò contrariis etiam in causa appellationis, non admittantur testes. ut uidetur firmare D.Felin.etiam in foro ciuili.in cap.fraternitatis colum.2.& 3.de testibus.per d. cl.testibus licet legistę in foro suo aliter teneant.ut latè per Baldum & Ange.in d.l. per hanc. & in locis communibus. Quid autem si testis esset examinatus propter rescriptū principis, qui dispensauit ut testis admitteretur, etiam post dedicita testificata? dic quod nihilominus est suspectus, & non tenetur iudex ei credere.ita in terminis consuluit Corn. consi.10. uisa fuit primo aspectu.in 3. col. in princ.in 1.lib. per plures rationes. quod bene nota,

quia

qui ia sæpè accidit. & pro confirmatione ultra Corn. ad duci potest sing. dictum Bal. in l. si à te. C. de pact. inter emp. & uen. quod retuli supra in uerbo, Amplia nõ sol uendo. Tertiò sing. nota unum mirabile dictum Innocentii in c. fraternitatis. circa med. de testibus. ubi concludit, quòd neque in causa principali, neque appellationis, ubi publicatus est processus. possunt testes examinari super nouis capitulis, etiam dependentibus à primis: quando testes iurauerunt dicere ueritatem super tota causa. & mihi ex facto pluries incidit. Quartò nota, quòd super qualitate testis, scilicet quòd sit optimæ conditionis, uel omni exceptione maior, potest iudex etiam publicatis attestationibus se informare. glos. in l. 3. in princ. in uerb. inimicitiæ. ff. de testib. & firmat nouissimè D. Alciat. in tract. præsumpt. in 3. reg. in secunda præsump. & est notab. ad declarationem doctrinæ Abb. in c. licet ex quadam. col. 2. de testib. & eorum, quę habentur in l. unica. C. ut quæ desi. ad part.

Testis ad hoc repellatur, ne contra me deponat, multis modis effici potest, & aliquos refert Bartolo. Veronens. caut. 17. si uis. & sequen. Inter alios repellitur, si est oppositum de aliquo crimine publico, ut l. in testimonium. ff. de testibus. Sed an sufficiat, quòd ei generaliter sit obiectum de aliquo crimine? dic quòd non: ut est textus in c. præsentium. §. pen de testibus. lib. 6. & declarat Barto. in l. 1. colum. 2. ff. de except. & Dom. Ias. in l. 1. in 3. colum. uers. dicit etiam Bar. C. de testamentis. Imò plus si obiectio sit facta in genere, licet probatio sit postea in specie facta, adhuc non repellitur. ita prædicta iura declarat singular. Bal. in authent. si dicatur. ad fin. C. de testib. ubi reputat memoria dignum. & sequitur Dom. Alexand. consil. 122. uiso processu. col. penult. circa finem. lib. 2. & pro singula. bene not. Francisc. Aretin. in l. 3. ad fin. princ. ff. de lib. & posthu. ubi limitat, nõ procedere fauore ecclesiæ. per textum in 150. constitutionem. in fi. de electio. iuncto c. ut circa. eo. tit. libr. 6. Vlterius etiam notandum est, quod licet affinis

nis

Affinis an repellatur. nis in ciuilibus non repellatur, tamen est suspectus. ita sing. Bar. in l. aut affinitate. ff. de procurat. & pro sing. cõmendat Do. Ias. ubi latè de hoc. in repetit. l. admonendi. col. 74. uersic. addo pro hoc. ff. de iure iur. Et ultra eum consuluit Bal. consi. 405. ego Angel. libro primo. & in consil. 50. uidendum est. libro secundo. & consil. 187. quia consobrinus. in quarto lib. & alibi sæpè. & D. Alexan. consi. 13. uiso processu. colum. penult. lib. 1. & consi. 108. col. 3. uers. præterea iste testis. lib. 2. & cõs. 133. uiso processu causæ. col. 5. uers. & eo morbo. & consil. 136. uiso & examinato. colum. 4. lib. primo. Istud tamen singulariter declaratur procedere inter affines coniunctos per lineam ascendentem & descendentem: secus si per lineam transuersalem. ita singular. limitat Ange. consil. 212. uisis processibus. in 2. colum. quod dictum pro sing. & memoria digno commendat & sequitur Do. Ias. in loco præallegato. ubi etiam aliter declarat. Item limitatur non procedere, quãdo unus testis integer deponeret una cum affini: quia per talem testem purgatur suspicio affinitatis. ita notabiliter Lud. Rom. quem refert, pluribus similibus confirmat D. Ias. in auth. si uerò contigerit. circa medium. C. de iudic. & confirmari potest ex his quæ retuli suprà in uerb. Legalitas. & in uerbo, Testis integra fides.

Nota etiam & tertiò generaliter in ista materia, quòd alibi eleganter dicit Bald. in c. 1. §. sacramentum. col. 1. ad finem. de consuet. recti feudi. quòd modicus defectus sufficit ad impediendum, ne unicus testis faciat semiplenam probationem. & eius dictum reassumit Do. Alexan. consi. 32. uiso puncto. colum. 1. uersic. & licet affictus. lib. 1.

Testis interrogatus de causa scientiæ, si dicat, Scio, quia sensi, uel quia percepi hoc sensu corporis, non probat. ita sing. Bal. in l. testium. in 4. col. in 3. q. C. de testib. & pro sing. reassumit latè D. Alex. in l. 1. in 6. col. uers. 2. ad idem facit ff. si cert. pet. licet postea in sequenti col. cõtrarium teneat. & ratio potest esse, quia sufficit quod

testis assignet unam rationem ex quinque sensibus corporis.secundum Ancha.cons.23.uisa,col.2.Alex.consi. 88.quoniam.col.4.lib.5. tamen talis ratio non debet assignari in confesso.ut si testis diceret,scio quia uidi,audiui,& præsens fui,singula singulis referendo : secundum Corn.cons.105.uisis col.2.lib.3.

Tynni pisces prægrandes traduntur, ceruice & abdomine in precio apud antiquos,atque iugulo tantum recenti : cætera pars plena pulpamentis, sale asseruatur, quæ Melandria appellatur,cæsis assulis quernis similis. & ideo Lucilius in primo Satyrarum libro Abdomina (inquit) thynna uenientibus priua dabo,cephaleamq; carnem . hi præ nimia pinguedine dehiscunt. neq; plus quàm biennio possunt uiuere. Causam tradit Aristoteles de Nat. animal. lib. 6.c. ubi etiam de eorum coitu, partu, & adolescentia. Carne tantum pascuntur,pariũt in Ponto,nec uspiam alibi. Aristot. lib.5.c.10. Gregales sunt,& amici inter se,ut in 9.tradit Aristot. c.2.Agitantur asilo,exoriente cane:& omnium maximè pisciũ, gaudent tepore.ab his Thynnoscopi dicti homines,qui ex superioris littoris parte thynnos speculari consueuerunt:Latinè thynnarii,uel thunnarii uocitantur,y in v conuersa,ut moris est.prout etiam uertit Latinè græceque doctiss.Theodorus Gaza, in lib.Aristo.4.de Animal.cap.10. Et sæpè(inquiens)thunnarii circumretiunt thunnos dormientes.& in aliis locis Aristot.superius relatis.& pisces hos credimus esse,quos hodie materna lingua thunninam uocamus. De thynnis meminit etiam Strabo,libro tertio addens, thynnos plurimum glande gaudere,cuius cibo eximiè pinguescant. & secundũ ista debet castigari locus apud Vlp.in l.uenditor.in prin.ff. comm.præd.apud quem mendosè tignara legitur.

Meladria. *Thynnoscopi qui.* *Locus Vlp.*

Tympanum instrumẽtum est,quo etiam hodie utimur ad calcem, lapides, & cæmenta in magnificis ædificiis subministranda,ad formam rotæ,quæ à calceantib.uersatur.de hoc instrumento meminit Vlp. in l. sed addes. §.illud nobis.ff.locati.

Vlp. locus.

Trape-

Trapetum,ut exponit Seruius, mola est olearia: de quo Vergil.in Georg.

Venit hyems,teritur Sicyonia bacca trapetis.

De trapeto meminit etiam Iureconf.in l. sed addes. §.illud nobis.ff.locati. In alia tamen significatione accipitur,secundum aliquos,apud Pau.in l.de trapetis.ff. de supel.leg.sed ibi,iudicio meo,castigãdum est Tapetis,de quibus Martial.epigram.ult. Stragula purpureis lucent uillosa tapetis.

Pau. locus.

Trebellianica,licet possit per testatorem hodie prohiberi, secundum communem opinionem, de qua in authent.sed eum testator.C.ad l. Falc. & in l. Marcellus. in princ. ubi latè omnes.ff ad Treb.& consuluit D.Alexand.conf.67.consideratis his quæ in themate. in 1. & 2.col.in 1.lib.Socy. consi. 14. sequendo ordinem prædictarum.circa finem.& consi.33.prosequendo ordiné. col.6.uersi.2.principalis dubitatio.lib. 1.& quamuis in hoc articulo aliqui contradicant,tamen ista est ueritas, secundum Bal.conf.170.quidam Nicolaus. in 2. col. in ultim.lib.& attestatur etiam Bald. Nouellus, in tracta. de dote.in 13.speciali sextæ partis. Veruntamen hæc opinio limitatur singul. non procedere, in filiis primi gradus secundum Bald.sing in l.iubemus.in prin. in 3. not.per illum tex.& in 2. colum. uers. & ego iam dixi. C.ad Trebellia. quod pro solenni commendat Domi. Alex.in d.conf.5. ultimis uerbis. in 2. libr. ubi eum sequitur,& pro singu.approbat Ludo. conf. 206. licet de communi. in ultim. colum. & pro ista opinione consuluit Ias.consi.99.diuidam.in 2.dub.lib.4. ubi dicit magis communem.& consi. 146. præsupposito. colum.3.& 4.eod. libro. & pro singul. commendat, & tenet Socy. regul.432. & dicit Guid. Papæ decis. si quòd ita seruatur an parlamento Delfinatus..& pro singulari commendat Iason consi.84.puto.col.antepen.libr. 1.& idem Ias. ubi latè examinat,& dicit esse communiter approbatũ: quamuis multi contradicant.in l 3.in prin.in 9.col. uersiculo,nunc illam.ff.eod. & ultra cõtradicentes per eum

addu-

adductos, hoc dictum Bald. putat falsum Lud. Rom. singul. 94. est dubium. & Socy. in d. l. 3. §. 1. colum. penult. & Aret. consi. 17. in ultimis uerbis. & Corn. conf. 22. in hac. col. 9. ad fi. & sequenti. lib. 2. ubi se corrigit. & consi. 182. col. pen. eo. lib. & latè etiam insistit Dom. Alex. in d. consi. 67. in 2. col. uers. tamen prius respondebo. & consi. 29. col. 2. lib. 5. & licet sint doctores hinc inde, tamen opinio Bald. uidetur magis communis, secundum Dec. qui secundum eam consuluit, consi. 81. in 4. dub. & consi. 218. col. 2. quam etiam tenuit latè disputando Pichus in rep. l. in quartam. in 19. col. uers 5. quæro. ff. ad l. Falcid. ubi per 10. colum. late examinat. licet dicat, quod contraria opinio uideatur magis communis, uidelicet quòd Trebelli. indistinctè etiam in filiis primi gradus possit prohiberi. quod etiam late firmat Corset. in tracta. suo, in mat. Trebel in 1. dub. quæ omnia nota ad declarationem authen. sed & in ea. C. ad l. Falc. & in uenerando collegio dominorum iudicum Mediolanens. fuit sępè seruata opinio affirmatiua, contra Bal. & sequaces, quam tamen Baldi opinionem dicit communem etiam Dec. qui pro ea consuluit conf. 269. consultus. in ult. col. Sed Do. Alciat. non est ausus se affirmare, in l. cum proponas. circa fin. C. de pactis. ubi de communi attestatur. & hanc pro ueriori sequitur Deci. consi. 345. uisis his. colu. ulti. & ab ea consulendo, neque iudicando est recedendum: teste Ias. consil. 99. in 2. dub. & latius consi. 146. colum. 3. & 4. in 4. lib. & magis communem dicit Gallia. in rep. l. Centurio. colum. 89. uers. 2. fuit. de uulga. & pupil. Nihilominus etiam isti filii primi gradus computare debent fructus perceptos in Trebellian. secundum Pau. de Castr. singular. in l. mulier §. cum proponeretur. ubi etiam Alexan. commendat in 8. colum. ad Trebel. & idem Paul. in l. scimus. in princ. C. de inoffic. test. & sequitur Ias. consi. 231. colum. 2. lib. 2. quia tamen in consiliis suprà prox. allegatis aliter locutus est, ut etiam retuli in uerb. Filius grauatus. Vlterius etiam esset aduertendum in quæstione Bald. in d. l. iubemus,

ad uerba substituentis, scilicet an fideicommissum esset iniunctum filio, an uerò substitutis, quia si substitutis, proculdubio Trebell. censeretur prohibita. secundum Alex. d.consi.67.col.2. in fin. libr.1. & latè tractat Gallia. in rep.l.centurio.colum.89.& seq. de uulga. Ista procedunt in testamento, sed in codicillis Bal.sing.concludit contrarium, cons.474. ad euidentiam præmittendum est quòd quidam, &c.ad fi.in 2.lib.ubi generaliter consuluit, quòd in codicillis Trebel. non potest prohiberi, ne hæredis nomen inane remaneat, & testamentũ per codicillos euacuetur, & pro hoc allegat glo.ordina. secundum eum, in l.2.in gl.ulti. C.de codicil. tamen cõtrarium, ex facto cum incidisset, audio iudicatum fuisse superioribus diebus in Ticinensi ciuitate.per tex. in authent.de hæred.& fals. §. si uero expressim, unde sumitur auth.sed cum testator.C.ad l.Falc.iuncto.§. pen. in eadem authent. ubi ampliat prædicta, ut procedant etiam in omni vltima uoluntate. Ergo sicut superius permiserat testatori prohibere Falcid. in testamento: eodem modo etiam in codicillis poterit. Tamen ego non putarem tutum, maximè in practica, per hoc fundamentum solum recedere ab opinione Bald. item cum simus in exorbitantibus. clausula illa, licet generalis, in fine posita, non debet tantum extendi, & maximè ad ea quæ habent diuersitatem rationis. iuxta gl.ult. suprà allegatam, prout latè concludunt omnes in authen. quas actiones C. de sacr. sanct. eccle. & in l. si constante. in princ.ff.sol.matr.& pro hoc facit, quod in simili notabiliter dicit Math.nota. 126.nota quòd licet.ubi tenuit speciale esse in testamento, ut testes uidere debeant testatorem: secus tamen erit in codicillis, & donatione causa mortis, quia aliqua fiunt in testamento, quæ non fiunt in codicillis. ut ibi per eum. Est uerum, quòd de hoc dicto Math. dubitat Domin. Ias. in l. si non speciali. in 2.colum.C.de test.ubi latè Domi. Alexan. & alii prosequuntur. Adde tamen, quòd secundum opinionem Bald. in d.consi.474. postea consuluit Ias. consi.99. diui-
dam

dam col.8.lib.4.sed aliter consuluit Corn.consi.71. ad fin.libr.1.motus per tex.in d.§.penult.suprà per me allegatum. & ista sunt memoria digna.

Trebellianica non detrahitur de re prohibita alienari. ita singul.Bal.in auth.sed & in ea.C.ad legem Falc.ubi illam authent.loquentem in Falcidia ad Trebellia extendit,& ad casum illius authen.dicit communiter aduocatos & Docto.non aduertere.idem sequitur Ludo. Roma.consi.206.licet de communi.& Aret.consi.37.sequendo ordinem quæsitorum , in ultim.colum.& tradit etiam idem Aret.consil.17.uisa & discussa.in 3.dub. & cons.seq.ex facto præponitur.in ultim.colu.& sequitur Corset.in tract. edito in materia Trebel.in 6.colum.uersicul.quarto pondero.Ias.in l.filiusfami.§.diui. in 5.nota.de legat.1.in priori lectura.& ita fuit iudicatum in collegio nostro Mediolanen.per Domin. Ioan. Azo.Reinam,ut ipse mihi retulit.Quid autem si prohibitio esset facta , non rei particulari , ut loquitur dicta auth.sed quotæ parti bonorum,uel hæreditati.in quib. est differentia.ut probatur per gloss.in l.3.in uerbo partem.de sententia pal.putarem prædicta non procedere. cogita tamen.

Tremissis genus monetæ,erat,quæ constabat ex tertia parte solidi, uel aurei: de quibus meminis Lampridius in Alex. Tumque primum semisses, inquit , aureorum formati sunt, tunc etiam cum ad tertiam partem aurei uectigal decidisset tremisse. & paulopost: Sed cum non potuisset per publicas necessitates, côflari eos iussit, & tremisses tantum,solidosque formari : De tremissibus meminit etiam Imperator in l.per hanc diuinam.circa princ.C.de erog.mili.ano.lib.12.qui secundum prædicta debet intelligi. & his conuenit uulgata parœmia, Homo tressis:de contemptissimis. *Locus apud Imperatorē. Prouerbium. Homo tressis.*

Triphus quid significet apud Vlpia.in l.idem Offilius. ad fin. titul.de ædil. edicto sæpè dubitatum est. Sunt qui referant se in Pandectis Florentinis Atypus legisse: tamen ingenuè fatentur , quid morbi sit, *Locus Vlp.*

Atypus qui. non inuenire, neque inuenturos se sperare. Sed ab etymologia uocabuli putant eos esse Atipos, qui non satis expedito plectro linguæ ueterentur.

Aphthæ quæ. Nonnulli Apthiphum corrigendũ asserunt. Aphthæ enim sunt, quas non aliter ferè Plini. quàm oris ulcera in infantibus nuncupat. sunt & alia oris ulcera, sed minus utique sæua. atque in adultis maximè. & ideo Aphthiphum Iureconsultus uocat, eum qui aphthis, hoc est ulceribus laboraret.

Triphus qui. Ego existimo eam lectionem circumfertur, non improbandam esse. potuit enim Iureconsultus Triphum eum appellare, qui Græcè Triphonius dicitur, hoc est, eum qui ob linguæ celeritatem ita confuse loquitur, ut uno tempore tres simul uoces uideatur emitere, & idcirco intelligi non posit: quales quotidie uidemus. φωνὴ enim Græcis uox est. sanè Triphonius etiam nomen Iurecõs. fuit, cui forsitan à prædicta causa nomen inditũ est. *Triphonius Iureconsul.* Aliqui sunt qui legant Typhlũ, hoc est cæcũ. quam lectionem is cui placuerit, probet: mihi quidem non applaudit.

Locus. Iureconsul. *Tubi*, & per diminutionem tubuli, sunt canales fictiles, per quos fumus ultra parietem conducitur. de quibus meminit Iureconsul. in l. quidam Hyberus in prin. ff. de ser. orb. præd. dum refert non licere tubulos habere admotos ad parietem communem: ita enim scribendum est, non tribulos, ut in uulgatis codicib. & refert Seneca 14. ad Lucil. antiquos parietibus tubos im misisse, p quos circũfunderetur calor, quo ima simul & summa æqualiter fomentum caperent, De tubulis fictilibus meminit Vitruuius in 8. Ductus (inquiẽs) aquæ fiunt generibus tribus: riuis per canales structiles, aut fistulis plumbei, seu tubulis fictilibus. eos etiam ad alios usus parari consuetos inuenimus, ut illi qui sub stillicidiis ponuntur, imbrium colligendorum gratia, ut ad cisternas simul ducantur, de quibus Plin. pinus, picæ, & alni, ad aquarum ductus in tubos cauantur. Atticus apud Ciceronem in 2. de legib. Ductus uerò aquarum,

rũ,quos isti tubos & euripos uocãt.& Vlp. in l.1.§.hoc autem.ff.de cloacis.& uulgo tumbones appellantur

Tribulus uerò,de quo Iureconſ. hic, instrumentum est ferreum,quod quoquo modo uertatur, unũ uel plures aculeos infestos extendit, forma tetragona.& ideo monet Plutarch.ſpargendos esse ferreos tribulos, ne hostes aggeribus insistentes, pugnã illic ciere poſsint. hi apud nos murices dicuntur. Qu.Curtius lib.4.quidã transfuga nunciat regi, murices ferreos in terram Darium defodiſſe, qua hostes equitem emiſſurum eſſe credebat. Valer.Max.lib.3.de Scipione loquens: Suadentibus quibuſdam,inquit,ut circa mœnia urbis, quam obſideret, ferreos murices ſpargeret. Et propterea decenti metaphora formidoloſos greſſus, Fulgentius muricatos appellauit. De tribulis mentio habetur etiã apud Vegetium,& Frontinum. Tribuli etiam hodie lingua uernacula,in aliquibus regionibus,ut Ferrariæ & Venetiis, uocitantur bestiolæ quædam, formam habentes tribulis ferreis ſimilem, quæ colliguntur iuxta ripas fluminum, uel maris,uel in paludibus, apud nos castaneæ marinæ materna lingua uocitantur. Tribuli præterea herbæ quædam, inter frugũ uitia enumerant à Vergil. Georg.primo. Subit aſperrima ſylua Lappæque, tribulique.& à Plin.duo de uigeſimo lib. Lolium & tribulũ & carduum lappaque non minus quàm rubũ, inter frugum morbos,quàm inter ipſius terræ pestes numeraue rim. Et hoc uoluit ſignificare Vlp. in l.ex cõducto.§.1. ff.locati.cum refert,damno colono eſſe, ſi herbis ſegetes corruptæ ſint. Tribulis etiã pro uehiculi genere quo excutiantur in area fruges maturæ, uſi ſunt ſcriptores Pli.in præallegato lib.18.dum inquit: Meſsis ipſa alibi tribulis in area,alibi equorum greſsibus exteritur,alibi perticis flagellaẽ. Ver. Geor.1. Tribulaq; traheæque, & iniquo pondere rastri.

Turbari dicitur ciuitas, quando rõne alicuius caſus homines relinquunt artes,& ministeria ſua. ita eleganter Bal.in l.obſeruare.§.antequam.ff.de off.proconſ.&

leg. inferens ad quæst. statuti Florentini, ut per eum. quod putat notandum, & ex facto pluries incidit apud nos. Nam ob taleam indictam à Duce Maximiliano scutorum trecentum millium huic ciuitati, nonnullorum hortatu omnes mercatores apothecas clauserũt, propter quod tota ferè ciuitas commota fuit, & sic subsidium petitum, fuit remissum.

Tutela est ius & potestas in capite libero. institu. de tut. in prin. & ideo inferebat Soc. in l. qui duos. ī 2. not. de reb. dub. ad decisionem quæ sibi ex facto incidit, in testamento cuiusdam rustici, qui reliquerat filium suũ uiuum & mortuũ Titio, ut impuberi intelligeretur datus tutor & administrator: & si moreretur, ꝙ ad utilitatem Titii cederet eius mors & sic, quod fuerit pupillariter substitutus. & de hoc dicto aliqui repetentes in l. centurio. de uulg. & pup. faciunt mentionem: & uidetur accedere hæc interpretatio menti testatoris, super qua se fundat tota dispositio fideicommissaria. secundum Alex. consi. 100 col. 2. lib. 4. Ias. consil. 96. colu. 1. lib. 4. ubi dicũt, ꝙ quibuscũq; uerbis coniecturis & præsumptionibus fideicõmissum inducitur. & facit tex. in cap. si pater. de testa. lib. 6. ubi uerba illa si morerẽ filio, intelliguntur ad utilitatẽ filii, prout etiam exprimit Dom. Alex consi. 45. habita. col. 4. uersi. 2. considero. lib. 1.

Tutor qui uult alienare bona pupilli immobilia, uel aliquid aliud facere, debet adhibere consilium agnatorum. quo casu à tutore tunc præsumitur abesse dolus, & etiam culpa. ita elegãter monet Bal. in l. Polla uers. 3. opp. ꝙ pareatur, &c. C. de his quibus ut ind. arg glo. sing ibi, de qua etiam ibi late tract. mod. & hoc ꝑ sing. caut. not Bar. Ver. caut. sua 49. ratiõne cõsilii. cũ his quæ retuli suprà in uerb. Palam. Vlterius reperio etiam, ꝙ istud idem dixit Bar. in l. 2. §. si publico. in 3. col. uersi. 1. est quod iudex. ff. de adulteriis. Quomodo autem tutẽ possit quis contrahere cũ tutore, dicebat Cyn. in l. post mortẽ. §. tutor. ff. quando ex facto. tut. ꝙ debet contrahens obligare tutorem tutorio nomine, & etiam suo, ꝙ

pro

pro bona cautela ponit Cæpol.caut.214. Cynus.

Tutor testamentarius datus, cum clausula quæ quoti die in testamentis reperit, uidelicet q; non teneatur red dere rationem administrationis, etsi eueniret q; exigeretur ratio uillicationis, & propter hoc debitor reperiretur ex nunc testator legat tot de bonis suis proprijs, quantum est illud ad quod condemnabitur ratione administrationis, uel dependentium: an per hanc clausulam uideatur remissus dolus de futuro? dic q; non. ita fin. per quinque fundamenta decidit Saly. in l. cum necessitatem C. de fideicõ. ubi dicit se ita consuluisse, ut occuratur fraudibus creditorum, & idem consuluit Anna. consi. 80. uisis & intellectis, ubi firmat, per talem liberationem solũ esse missam leuem culpam, ad quam tenebatur. Dolus autem futurus non solum in ult. uolũtate, sed nec in contractu, nec in statuto remitti uidet. ut in propriis terminis dicit Bal. in d. l. cũ necessitatem. & hoc dictũ Sal. multũ cõmendat. D. Ias. in l. 4. in fi. C. de trans. ubi putat quotidianum, & æterna memoria dignũ. & latè Dec. cõsi. 178. infrà allegãdo, in 2. col. uers. nec obstat. & idẽ consuluit Anch. consi. 118. casus talis est, pater habens. in 2. dub. ubi solũ putat remissam rigorosam indagationẽ rõnis. neq; legatũ factũ in hoc casu aliquid ualet, ut ibi per eũ, & idẽ ẽt consuluit Paul. de Cast. consi. 371. ad primũ q̃situm. in antiquis: nisi tamẽ essent adiecta uerba generali, prout in casu de quo per Alex. latè consi. 47. lib. 1. & consi. 102. lib. 2. ubi idẽ cõsilium. & latius per Dec. consi. 178. in causa quæ proponitur, per totũ. & consi. 192. in casu proposito. per totum. & Fel. in c. si diligenti. colum. 8. uersi. 7. corollarium. de for. compet. & latè consuluit Alex. cons. 164. præsuppono primo. col. 1. lib. 5. & idem etiam per tres col. consuluit Cur. in consi. 67. sapienter optimus prædixit. in 7. colum. & seq. in 2. dub. Et ideo in proposito consuluit eleganter. Do. Alex. consi. 45. habita super his in 1. & 2. col. in 1. lib. quòd si tutori cui factum sit legatũ liberatiõis, uestis fuit furto subtracta aliqua bona, q; uigore

dictæ liberationis non tenebitur. quia licet liberatio non se extendat ad dolum, uel latam culpã: tamẽ bene porrigitur ad leuem culpam, ut ibi latius per eũ. quod est memoria dignum, quia uidi in facto. & ulterius potes ad effugiendas difficultates, adhibere talem cautelam: uidelicet, ut tutor finita tutela, petat eligi arbitros qui iudicent & cognoscãt an ipse remaneat debitor pupilli, uel non. quia si arbitri declarent eum nihil debere pupillo, non potest amplius conueniri ad aliquid. & istam cautel. ponit Bar. Vero. caut. 217. nota pulchram.

Turpitudinem suam alleganti, nõ creditur. uulgata l. alias. in. fi. ubi late *Bar.* & scribentes. ff. de iureiur. maximè contra eum, qui tractat de damno uitando, secundũ Alex. col. 19. uiso instrumento. ad fi. in 1. libr. Aret. consi. 65. in præsenti. circa fin. Dec. cõsi. 14. & pro tenui ad fin. ubi loquuntur in excipiente, uel replicante. Sed limitatur, nisi de facto esset admissa: quia ei statur. ita sin. Bal. in l. ult. ad fi. C. de non num. pec. quod approbat D. Alex. in l. Seius & Augerius. in ult. colu. ff. ad l. Falc. & in consi. 89. uiso puncto. colu. ult. lib. 2. & sing. refert & sequitur, cùm multis similibus, D. Iaso. in l. patre furioso. in 3. col. uersi. 2. facit quod sing. ff. de his qui sunt sui uel al. iur. in repet. l. admonendi. col. 10. ff. de iureiur. & alibi sępè. Confirmari potest: quia licet solennitas extrinseca non præsumatur. l. quæcunque. §. ult. ff. de pub. tamen si non fuit oppositum instrumento, bene præsumetur solennitas extrinseca ut concludit Mathes. not. 12. nota, ꝙ illa uulgaris, cum his quæ scripsi suprà in uerb. Facta. hinc uulgata reg. multa facta tenent, &c. prout in citatione concludit Cor. consi. 46. in causa uertente. in ult. col. in 2. lib. & idem in sententia lata de no cte, scribit Corn. consi. 54. uidetur prima facie. in 1. col. in eo. lib. Quid autem si turpitudo iam detecta fuisset, Aret. declarat consi. 95. in præsenti. in 3. dub.

Multa facta tenẽt, &c.

VASAL-

V



ASALLVS si deseruerit dominũ in prælio, debet priuari feudo. cap.1. in princ. quibus mod. feu.amit. Sed quid si ex duobus fratribus unus fugit, alter dominum eius uirtute defendit:an ille qui aufugerit, excuse, tur? Bald.sing.tenuit quòd sic.in d.c. 1.in prin.in 3.col.uersi.quid si sunt duo,&c.& pro fin. refert & sequitur Do. Ias.in l 1.in 1.no. C.de transact. ubi dicit,quòd est fortis decisio.& in l.si emancipati. in 3.col.C.de collat.ubi multa similia ad hoc aggregauit, quę ante eum collegit D.Fel.post Barb.in multis locis. in c.1.col.3.4.& 5.de præscr.& in rub.de off.deleg.in 1. col.& in c.cum super.col.2.uersi.2.allego.de off.deleg. & hoc dictum Bal.pro sing.ante eos no Lud.sing.245. si uasallus. ubi dicit, ꝙ scit non esse uerum.Sed pro eo benefacit quod in simili eleganter decidit Ang.in §.1. ad fin.in auth.ut liceat matri & auiæ.ubi per illum tex. notabiliter colligit,quòd si lata est sententia super ciuilitate unius Mediol. qui habet multos fratres ex eod. patre?talis sententia probat,quòd omnes sint ciues Mediol.de quo mult.scripsi suprà in uerbo,Sententia dicta. Non omitto, quod alias Ferrariæ me audiente excellens doct.D. Io.Sadol.in l.si decesserit.super gloss. magna.ff.qui satisd.cog.dicebat,ꝙ licet doc. referant Bal. ita uelle:tamen ꝙ in sua lectura Bal.decidit contrariũ, & hanc opinionem secundam putabat ueriorem: quia ex quo uasallus semel deliquit fugiendo,uenit omnino puniendus,& ista pars pôt confirmari ex his quæ in similib.terminis de hæred.emph.quorum unus soluit,alter non,latè refert D.Ias.in l.2.in 13.q.in 16.col.C.de iur.emphy. Neq; obst.allegata per Bal.quia in illis legib.nullus deliquerat.item est diuersa ratio inter istum casum,& illarũ legum. Et propterea D. Mart. Laud. in d.c.1.tenuit,sub dubio tamen,contrarium, nisi feu-

dum esset indiuiduum, ut ducatus & marchionatus. cuius opinioni uidetur adhærere D. Fel. in d. c. 1. colu. 5. de præscrip. ubi omnia sua similia limitat non procedere, in materia indiuidua. & ita uidentur loqui duæ leges allegatæ per Bal. & ad hoc benefaciunt nonnulla similia quæ tradit Ias in l. hac cōsultis. §. ex imperfecto in pe. col. per illum tex. C. de test. Secundò posset saluari dictum Bal. proc. in casu in quo unius fratris tantū sufficeret seruitium. iuxta. l. sororem cum similib. C de his quib. ut indi. alias secus. l. si plures. C. de condi. incertis.

Vasallus potest priuari feudo ab hærede, propter fel loniam commissam contra priorem dominum, quādo unus ignorauit eum feloniam commisisse: uel etiā sciuit, sed non habuit tempus querelandi, repentina morte (forte) præuentus. ita sing. Io. And. in add. Specu. in tit. de feu. § ult. in add. reuoluitur hæc quæstio. arg. l. in confirmando. & l. pe. ff. de confir. tu. & eius decisionem pro sing. commendat D. Alex. & approbat, in l. rei iudicatæ. in 1. col. uers. quod limita. ff. sol. matr. & cōs. 189. in causa, colu. 1. 2. libr. 6. & sequitur Aret. consi. 14. uiso & diligenter considerato. in ult. col. iuncto singu. dicto Bal. in l. ult. C. de reuoc. don. & in c. 1. §. insuper. col. 2. uersi. ex his etiā in tit. de prohib. feu. al. per Fed. de quibus suprà opportune in uerb. Donatio perfecta. quæ nota pro intellectu gl. notab. in l. omnimodo. in uerbo, nō licebit. C. de inoff. test. & in d. l. ult. in glo. fi. C. de reuo. dona. & latè tradit Curt. in tracta. feudo. in 4. parte. in in ultima, eliart.

Vasallus uendens feudum sine consensu domini, sub conditione, si & inquantum de iure potest, & aliter nō, & postea tradens, an cadat? Bal. sing. tenuit q̄ non, post Iac. de Ardiz. in c. 1. § hoc quoque in pen. col. uers. sed pone quod uendidit. in tit. de succes. feud. & pro sing. approbat & sequit Ias in l. ul. in 25. q. extra gl C. de iur. emph. & de ueritate latè disputat. D. Fel. in c. quæ in ecclesiarum. col. 35. uer. 5. declaratio. extrà de constit. & ante eos Lud. Ro. sing. 524. tu habes. & Bar. Veron. cau.

42.consiliũ.& caut.seq.ubi ambo dicunt secus esse, si diceret saluo honore domini.per sing.dictum Hostien. & Io.Andr.in c.eam te.de iureiu.iunctis his quæ latè scripsi supra in uerb.Emph.alienans.

Vasallus meus non potest sine meo cõsensu facere se censualem alterius.ita notab.decidit Bal.in c.licet causam.col.4.uersi.ibi inceperũt.de prob.ubi putat memoria dignum,& reassumit Fel.in c.dilecti filij.col.1.ad fi. & seq.de maio.& obed.& est de mente Bar. in l.ult.col. 2.de colleg illicit. & ex facto incidit superioribus diebus in personis illustris Io.Iacobi Triuultij,qui fœdere se cum aliquibus Eluetijs iunxerat,contra mentem regis:propter quod Parisijs ad curiam Regis citatus, iã senio confectus ibi diem obijt. Interest enim superioris,quòd subditi nõ mutent dominum prout etiam interest subditorum,non mutare dominum: ut per Abb. in c auditis.col.6.de præscrip.ubi etiam Innoc. & propterea legitur, mulierem pro Dionysio Syracusano tyranno Deum orasse,ut esset incolumis,sibique superuiueret: dubitans,ne illi, licet flagitijs inquinato, deterior succederet.ut ét reassumit Erasmus in Apophthgmatibus suis mixtis,ad fin. Hinc glo. sing.in l. inuitus. de fideicommis.liber.tenuit,dominum non posse uasallos infeudare contra eorum uoluntatem.& probatur in c.primo.§.præterea ducatus.de prohib. feud.al.per Feder.nam uasallus & dominus iudicantur de pari.c.1.ad fi.de form.fid.ubi Bal.notat contra dominos,& ideo sicut uasallus non potest se alteri subiicere sine consensu domini, ut prædicti neque alienare feudum,inconsulto domino.cap. [illegible] prohib. feud.alien.per Lotar. pariter neque dom[illegible]us potest proprietatem feudi alienare, inuitis uasallis. & dictam gloss. sequitur Felin. in cap. 1.col.4.de proba.Ias.ll.debitorum. colum.1. C. de pactis .ubi addit, quòd tali casu uasalli non tenẽtur iurare fidelitatem nouo domino. Curt.in tract. feudo. in 6.parte in 2.q.ubi limitat secundum Bald. ibi relatum, nisi talis alienatio à necessitate proueniret, Affl.in c.1.

Dominus non mutandus.

§.1.col.pe.de capit.Cort.& dicit Bal.in c.1.§.si quis. in 1.no.quo temp.miles.quod dominus non potest feudũ uasalli sui conferre alteri,sine eius consensu. & si alienat,alienatio non ualet.sequitur Iason. consi.56. circa prin.col.1.lib.1.ubi dicit, ꝙ talis alienatio in dubio cẽsetur præiudicare uasallo.& pro ista opinione etiã consuluit Corn.consi.221.in hac consultatione. colu.3. & seq.lib.4.ubi ampliat etiam respectu Regum, & dominantium ciuitatibus. Limitantur tamen prædicta, nisi causa necissitatis urgear, ut prædixi. Secundò limitatur,quando dominus alienat uniuersitatem bonorum, ut est tex.in c.1.§.ex eadem lege.ubi etiam Afflic.in 2. not.de l.Corra.gl.in d.§.præterea ducatus, in uerb. ad alium.Bal.in c.ult.col.2.de off.del.Lud. consi. 26.pro decisione.ad fi.Alex.in l.2.in prin.in ult.col.sol. matr. & consi.25.attentis narratis.col.pe.lib.5. Ias.in l si nõ sortem.§.liber.col.10.de cond.ind. Tertiò limitatur, nisi alienatio fieret in maiorem dominum.d.§.ex eadẽ. ubi Bal.& clarius Aluar.in 2.col.& alii scrib.& Guido Papæ q.560.D.Odo.

Vasalli non tenentur succurrere domino, qñ uxorem ducit,uel nurum.ita notab. Bal.in 1.§.simpliciter. de capit.Corradi.& Paul.de Cast.in l.pen. C. de stat.& imag.cum multis quæ refert D.Iac.de S.Georg. in sua inuestitura feudali,in uerb. qui quidem inuestiti. circa fi.ubi ponit,quid si filiam spuriam matrimonio collocaret,uel legitimã religioni traderet? & Brun.consi.32. dum quæritur:ubi consuluit, quod subditi non tenentur dotare filiam domini.& sunt memoria digna: quia ex facto incidit.cum Fran.Sfortia.2.M[illegible]o.lan Dux.duxisset uxorẽ,& uellet scuta cẽtum mille a [illegible]bditis.collegium Medio.pro Duce noluit cõsulere, unde eius indignationem incurrit: & ideo priuilegio imperiali doctorandi,prohibuit collegium uti posse. Sed ei omnia malè cesserunt: quia infrà paucum tempus sine prole decessit, & qui cum aliquo ære alieno grauatus reperiretur,dubitatum fuit an Imperator, ad quem ducatus

Mediol.rediit, propter finitam lineam Sfortiadum, teneretur satisfacere creditoribus Ducis? Et responsum est, quòd non: iuxta doctrinam Isern.in c.1.§.quid ergo.col.2.ubi Aluar. & cæteri approbant. de inuest.de re aliena facta: ubi tamen excipit aliquos casus, quos etiam refert Affli.decis.265. illustrissime domine.nu. 68. Posset tamen tali casu agi usque ad concurrentem summam melioramentorum, quæ facta per Ducem inuenirētur in feudo: quia ea hæredi ducis pertinent. ut per Decium cons.518.uiso instrumento.col.1.an autem donec ducatus Mediol.remanet apud Imperatorem, dicatur feudum: dicit quòd non, secundum Isern.in c.1. col.fi.in quibus ca.feud.amit.sequitur Affli.decis.361. monasterium.nu.34.

Venditio facta ciuitati, uel ecclesiæ, perficitur solo cō sensu absque traditione de iure speciali.l.ult.C.de sacrosanct.eccle.sed an solo consensu resoluatur, an uerò requiratur retrotraditio? Bald.sing.in l.si tibi.§.de pigno.ff.de pact.tenet, ꝙ requiratur retrodatio.quod dictum pro sing.citat, & simpliciter sequitur D.Ias.in d.l. ult.in 4.no.uers.pulchrum. & dicit bene notan.pro limitatione illius l. Tamen idem Ias.reprobat hoc dict. Bal.in l.ab emptione.col.pe.uers.in ult.parte, e.tit.quia resolutio censetur eiusdem qualitatis, cuius est contractus.per no.per glo.& Doc.ibi.& est tex.in auth.econtra.in fi.C.de repud.Bar.in l.quod iussit.in pe.col.uers. quæro an partibus.ff.de re iud.D.Alex.in l.centesimis, in ult.uerbis.ff. de uerb.oblig.

Vendito fundo libere à decimis, an intelligitur solū de extraordinariis? ita sing.Bal.in l.fistula.§ ult.per illum tex.de contrah.empt.& pro sing.cōmendat Fran. Crem.ubi refert se lucratum tres aureos, no.17.uendidi & pro mirabili commendat D. Fel.in c.sedes.in 4. col.de rescri.ubi aliqua adducit in contrariū.quauis ab ea non audeat recedere, quia nō reperit contradicentē.

Venditor læsus ultra dimidiam iusti precij, habet remediū l.2.C.de rescin.uend. Sed hoc limitat̄ pluribus

modis,

modis,per Fab.in tract.de emp.& uéd. in 8.q.prin in 1 & 2.char.& per Socy.consi.48.uiso instru.lib.4.Sed q̃d si rem ualoris centum,uendidi pro decẽ, eo pacto, ut si in paschate non restituerẽ illa decẽ, adimpleatur istud precium,an hoc casu ipsi cõpetat remedium d.l.2.Bald. sing.in cap.1.uer.pone ꝙ res in tit.qualiter dominus à proprietate feudi priuet,tenuit ꝙ non, quia sufficit pro uisio cõtrahẽtiũ.& est sing.d.secundũ D.Ias.in l.2.col. 49.uer inter cætera.C.de iur.emph.ubi tñ dicit, ꝙ con fundit per gl.ibi cõiter approbatã.Sed tñ cũ Bal.transit Alex.in d.l.2.in sua paraphrasi. Nũquid aũt d.l.2.ꝓce-dat, qñ pater donat filio in potestate ob benemerita? Bal.sing.tenuit ꝙ sic.in auth.ex testam.in 2.col uersi. sed contra hoc facit.C.de colla.& est sing.extensio, si uerá,secundũ D.Ias.in rep.l.frater à fratre. in antepen. col.uersi.circa primã fal.ff.de cond.ind. & in l.ex hoc iure.col.9.in primo effectu obligationis antidota lis. de iust.& iur.de quo tamẽ scripsi supra ĩ uerbo donatio fa ctã filio,&c.Itẽ an remediũ d.l.2.cõpetat. qñ uẽditio es set facta ad subhastationẽ,cõsuluit elegãter Bald.No-uellus,ut refert à Cor.cõsi.55.cõsuluit. in 3.lib.& ante eos Bal.antiquior,in cõs.375.casus super quo.in 1.lib. & Bal.& Ang.in l.1.c.pro empt.& in l.precia rerũ.ad l. Fal.ubi etiã Alex.col.4.& Fab.in tract.de emp.& uéd. ĩ 5.q.8.q prin.Quid aũt in trãsactione,tãgunt gl.Bar.& oẽs,in l.Lucius.§.ult.ff.ad Treb.& Barto.in d.l.2 in 1. col.in fi.&seq.Sed cõis opinio est, ꝙ nõ ꝓcedat d.l.2. ut latè cõcludit D.Alex.cõsi.42.super ꝓmisso themate in 5.col in 8.fun.& etiã in 7.col. in 1.lib.& D.Ias.in l. in summa.in prin.in 5.not.ff.de cõd.ind. ubi post Ang. põderat ad hoc illũ tex.& idẽ D.Ias.in l.fratris tui.C. de transactio.latè omnes in l.si quis cũ aliter. ubi Do. Alex.& Aret.dicũt,istã esse cõmunẽ.ff.de uerb.oblig.& ibi etiam Do.Ias.in 5.& 6.colu.latè tractans, idem te-net,ut aliquando sit litium finis.iuxta text.in l.item.§. primo ff.de al.iud.mut.causa fac.& ea quæ scripsi suprà in uerbo Lites. & hoc inuitis tenentibus fatetur etiam

Corn.

Corn.consi.166.circa primũ consultationis articulum in secunda col.ad fin.& seq.in primo libro & in consil. 27.in primo consultationis articulo. in quinta col.uer. nec obstant adducta,&c.in ultimo libro, ubi limitat, non procedere quando læsio esset enormissima, ut per eum.& ista indistincte uidetur communis opinio, & tenenda ut etiam attestatur Cur.consilio 65.super ꝑmisso.in pen.col.ad fi.& seq.licet Dec. in consi.60.uiso themate in 3.colu.ad fi.& seq.dicat magis communẽ esse, ꝙ seruetur distinctio Bart. in d.l.2.& in d l si quis cum aliter, & ante eũdem quasi ad uerbum cõsuluit Socy. consi.85.uiso compromisso in 2.colu.uersiculo his tñ. in primo libro,ubi per hoc instruit procuratores, ut deducant non solum ueram extimationem rei, sed etiam dubium litis euentum, habita etiam ratione impensarũ,ut per Corn.in locis supra relatis,& ɋ̃ui Dec.consil. 551.plenè in secunda columna secutus est Fabianum, asserentem cõem opinionem esse, ꝙ dicta lex 2.proc.in trãs.act.data enormissima læsione.& ita cõsuluit Ana. consi.33.in 3.dubio post Comen.consi.180.uidetur prima fronte,per totum. Posset etiam queri, an dicta l.2. proce.quando in contractu peruenit duplex consensus? de quo uide eleganter Socy.consi.85.supra relato in 3. col.uersi.sed adhuc instatur,&c.

Vendidit uerbum appositum in instrumento,impropriatur,& ad locationem refertur,quando solutio precii est diuisa per plures annos,uel menses. & de tali contractu iudicatur,ut de locatione. ita singula. concludit Ang.in consilio 2.certum est.in secunda colu.quod pro sing.& nota digno approbat Do.Alex. in l.cotẽ ferro. §.qui maximos.in apostillis.ff de publ.quamuis contrarium tenuerint Imol.& Ludou.Roma. quos refert Domin.Alex.in consilio secundo uiso instrumento. in 2. col.lib.1.ubi tamen non audet eorum opinionem approbare, propter auctoritatem Bartol. qui uidetur tenere contrarium, utibi per eum. Et hoc bene nota, pro limitatione eius, quod dicitur, quòd ubi sit mentio *Precium facit præsumi indi tionem.*

tio

tio pretii,censetur uenditio, de quo latè ponit Dom. Iason in l.prima in 6.colu. post med.C.de iure emphy. & in l.secunda ad finem princ.ff.si cer.petatur & in l.ultima in primo not.ff.de condi. ob causam.post Dom. Alex.latè in l.si quis ante. i ultimo notabili ff.de acquirend.possessione,& Corn.cõsilio 28. quãuis in præsenti.in 1.col.in 2.lib.Et ad prædicta, ꝙ uerbum uendidit exponatur,id est locauit ratione subiectæ materię,uide D.Ias.in l.si tibi pecuniam in prima col.ff.si cert. petatur,ubi etiam dicit,ꝙ exponitur,id est permutauit,cũ tamen uenditionis appellatione non ueniat permutatio.ut not.sig.Bal.in l.dedi.per illum tex.ubi Do.Alex. & D.Ias.in 3.not.ff.de cõdi.ob causam, & scribit Cor. consi.73.quamuis uideatur.in 1.col.in ult.lib.

Venetiæ ciuitas est,& paradisus deliciarũ. ita eleganter Bal.in consi.423.quidam emerunt. in primo lib.ubi ex hoc sign.consuluit,ꝙ si testator legasset omnia bona sua quæ in insulis habebat,item si obligasset omnia bona quæ ex insulis exportasset, non comprehenduntur quæ ex ciuitate Venetiarum uenirent.quod simpliciter refert,& sequitur D.Ias.in l.si insulam. in 3.col. ff.de uerb.oblig.& ultra eum idem etiam cõsuluit Bal. consi.409.quidam.in ult.lib.Nisi tamen hoc impressoribus adscribere malimus, qui eadem consilia supfluò bis in diuersis locis solent inculcare,freti adagio Senecæ,Nunquam nimis quod nunquam satis,& Platonis, (quem sapientiæ antistitem uocat Plin.) Non nocere bis dicere,quod bene dicitur. *Prouerbium.*

Verbum præsentis temporis non trahitur ad futurũ ut latè concludit Bal.in l.ultima.columna quarta,uersiculo recipiamus ergo.C.de codicill.sed hoc singula.limitatur,ne dispositio reddatur superflua.& ideo si testator legaret credita sua mihi,intelligeretur solũ de puris,si talia subessent, sed si solum haberet cõditionalia ad ea dispositio extenditur, ne legatum sit superfluum. ita singul.Bal.in l.si ita scripsissem.in primis uerbis.de leg.secundo,per tex.singu.in l.fundus qui locatus.cum

l.seq.

l.sequenti.ff.de fund.instruc.quod reputat aureum Do. Felin.in capitulo primo columna.6.uersiculo longum esset.extrà de rescrip.& per hoc l.mitat aliud dictũ notabile Bald.ibid.ad fin.qui dicebat, ꝙ si testator mandauit executoribus, ꝙ restituant usuras,& male ablata: & testator post testamentũ adhuc fœnus exercuit. nam ad hoc non extenditur mandatum executorium, secundum Baldum,per illum textum.sed debet intelligi, quãdo testator ante testamentum fœnus exercuerat: secus, si nullas usuras extorserat. quia ne dispositio sit elusoria,tale mandatum debebit extendi ad postea extortas: per dictã l.fundus qui locatus.cum multis similibus,traditis per Domin.Ias.in l.qui Romæ.§. duo fratres.in 4. quæstione Bar.de uerbo.obligat.Et ultra eos confirmo per illud,quod per dicta.in l.fundus qui.decidit singula. Baldus in l.maximum uitium.in quarta columna C.de lib.præt.ubi concludit, ꝙ ratio in lege uel statuto dicitur esse certa, & expressa, ut ex ea posimus arguere: quando unica tantum assignari potest.de quo sing.dicto scripsi in uerb.Ratio, cũ concor.de quibus per Dec. consi.188.in casu proposito.ante fi.

Secundo confirmo , per illud quod notab.concludit Imol.in l.tamen his.§.1.ff.de donat.causa mort.quem sequuntur Do.Alex.& Corn.in l.tertia ambo.in penul. columna,C.qui testa.fa.possunt,& Do.Felin.in capitulo sedes in penultima columna , in principio de rescriptis.Tertiò accedat,quod alibi in proposito dicit Bartol.in l.si quis,in principio testamenti.in tertia colum. uersiculo,sed quæro, si esset ponere casu,&c.ff.de lega. 3.ubi decidit, quòd licet requiratur specialis clausula derogatoria in secundo testamento, ad hoc ut tollatur primum præcedens,in quo erant uerba derogatoria sequentis dispositionis, per ea quæ ibi latè tradunt scrib. & Bal.in l.humanum.in ultima columna C. de legibus, & Paul.de Castro in l.si mihi, & tibi.§.in legatis.de legatis primo:tamen hoc non procedit, quando unicum tãtum testamentum præcesit:quia cum uerba testato-

ris

ris in secundo testamento, nõ possint referri nisi ad hoc unicum testamentum: talia uerba, cassans & irritans, &c. habent uim specialium. per l.2. ff de libe. & posthu. & per d.l fundus qui locatus. & hoc dictum Bart. sequitur Alexan. consi.134. præuiso themate, col.3. lib.1. licet aliqui contradicant. ut latè per D. Alex. & Mode. in d.l.2. ubi latè ponunt de ueritate. Quartò accedat. q alibi in simili dicunt Doct. in c. postulasti, de rescrip. ubi concludit, quòd licet in materia stricta, prout in casu illius decret. appellatione beneficij non ueniat præbenda, tamen fallit, ubi in ecclesia de qua scribitur, nõ sunt alia beneficia, nisi præbendæ: ne gratia sit frustratoria. ut ibi latius per Fel. in 8. col. uersic. 2. conclusio. & faciunt aliqua similia, quæ posui suprà in uerb. Actus ita debent. Quintò accedat, quòd eleganter decidit, Bal. in l.1. in 2. col. ff. de offic. præf urb. quòd si testator legauit mihi frumentum, quod habet Moduetiæ, si in illo oppido frumentum non habeat, sed solum habet frumentum in territorio collectum, quod tamen adhuc in illo castro non conduxerat: ueniet in legato, ne dispositio reddatur inutilis. quod aliàs non ueniret, per d.l. fundus qui locatus. & hoc dictum cum pluribus similibus approbat D. Fel. in c. Rodulphus. in 2. col. de rescr. ubi per multas coll. latè prosequitur illam materiam, quando aliquid specialiter concedatur, ne dispositio elusoria reddatur.

Verisimile quod non est, est quædã imago falsitatis secundum Bal. in l.1. col 3. circa med. C. de ser. fug. & Dec reassumit consi.94. in casu. col.2. post Alex. consi. 114. in causa. col.2. lib.4. & cõsi.153. uisis narratis. col. 4. lib.5. & alibi sæpe.

Verba prolata in materno sermone, intelligi debent secundum uulgarem intellectum. si uerò proferuntur literaliter, debent intelligi secundum artem literarum, uel secundum grossum modum loquendi literaliter. ita eleganter Bal. in l. lege 12. tab. ante fi. C. de legit. hær. cuius dictum commendat Alex. consi.2. uisis codicillis.

lis.col.2.in.1.lib.quod est repetitum consi.87.lib 2.& in consi.9.uisis uerbis testamenti.col.2.in 1.lib.& Soc. consi.115.præsens consultatio col.1.in 2.lib.Quid autem sit in uerbis prolatis per Iureconsultos, uide superius in uerb.iusiurandum.Et illud dictum Bal etiam cõmendat D. Alex. consi.50. circa princ.col pen.lib.3.& consi.26.uideretur.col.pen.eo.lib.

Verbum futuri temporis annullatiuum nunquam intelligitur ipso iure tollere, sed requiritur sententia. gl.ett. ordinaria in l.in criminali.C.de iur.om.iu. Fallit singu.nisi lex geminate loqueretur.ita sing. Bal per illum tex.in tit.de pace Constan.§.priuilegia omnia. in uerb.& in irritum reducantur. de quo scripsi supra in uerb.Geminatio uerborum.

Secundò fallit, quando profertur à testatore. Verbi gratia, si hæres molestauerit uxorem meam, priuetur hæreditate.ita eleganter Bal.in l.1.circa 7.col.C. de his quæ pœnæ nom.quem ita citat Francis. Crem.no. 7.tu scis quòd uerbum.& D. Fel.approbat in cap. Rodulph in 19.col.uersi.amittat.de rescript.ubi tamen subdit, quòd licet Crem.citet Bal.ad hoc tamen Bald sibi hoc non dicit.

Veruex dicitur ab inuersis testiculis.est.n mas inter oues, cui inuersi siue adêpti sunt testiculi.Iuuë.Satyr.3. Sutor & elixi ueruecis labra comedit.

Meminit etiam apud nos Vlp.in l.1.§.1.tit.de Abigeis.cuius uerba ita castigari debent: licet eo loco quidam Berbicem repoluerint.quos sequutus est Maffeus Vegius in libell.suo de uer.sign.quem non parum demiror.ille autem qui ad generãdam sobolem integer tenetur, dicitur Aries. & ideo ueruex sectarius, qui gregem agnorum. præcedens ducit.inde fit ueruecinus adiectiuum, penul.producta.Plin.Et hircinus, & ueruecinus adeps, ei utilis est. Hoc itaque differt ueruex ab ariete, quod cãterius ab equo, & caper ab hirco. Est.n. propriè caper, mas inter capras, castratus Martial. Dum iugulas hircum, factus es ipse caper. *Vlpian. Locus. Maffei Vegij error. Aries. Caper.*

Zz Nam

Nam Verg. poetica licentia caprum pro hirco posuit, dum inquit, uir gregis ipse caper. Sicut etiam improprie brutum animal, uirum appellauit. Dicitur autem caper, à carpendis uirgultis. rodit enim hoc animal omne uirgultum, & in primis uites, & propterea (teste Sermo) Bacco imolari caper solebat. Ouidius.

Rode caper uitem, tamen hic cum stabis ad aram,
In tua quòd spargi cornua posit, erit.

Vestes legatæ uxori uiduæ à uiro, debent sibi omni anno reiterari. ita sing. Bal. in l. 1. col. 1. uer. pone q testator, C. de fideicommiss. de quo scripsi suprà in uerb. Legatum quòd uxor.

Vestibus legatis, quæ in domo sunt, an comprehenditur etiam quæ de nouo factæ sunt, sed nondum in domo translatæ, sed tamen destinatæ ad usus domesticos? Bal. sing. dicit determinatum, q sic. in l. ex facto proponebatur. in ult. col. uer. fuit disputatum. ff. de hæred. instit. & eius dictam commendat Crem. not. 63. uestis. & D. Fel. in c. cum adeò. col. 2. de rescrip. ubi late concludit, q regulariter actus destinatus, & complectus æquiparantur, & illud quod de proximo fiendum est, habetur pro perfecto: ut etiam tradit D. Ias. in l. diuortio. §. penul. in ult. col. ff. sol. matr. de quo uide quæ late scribunt D. Alex. & Mod. in l. cætera. §. sed si parauerit. in 1. not. de lega. 1. per illum textum, qui urget in contrarium. & ibi D. Ias. in ult. uerbis, refert hanc nota. decis. Bal. Et ultra eos in contrarium etiam facit regu. no. q multa tractatur, quæ non perficiuntur tex. in l. sciendum §. dictum. ff. de ædil. edic. quem ad hoc citat Bald. in l. cum allegas. in 2. col. C. de usur. & ista reg. sæpe utũtur consulendo Iureconsf. & inter alios D. Alex in consil. 13. ex his quæ in themate. col. pen. lib. 1. & in consil. 18. uisis. col. 1. eo. lib. quod consilium est errore impressorum repetitum in consi. 31. in 2. lib. reassumit etiam Deci. consi. 11. quando iudicatum responsa. in 1. colu. & in pulchro casu, qui mihi ex facto contigit. idem Decius consilio 105. colu. 5. uersiculo modo. Secundo, in

Actus destinatus & cõpletus æquiparantur.

Multa tractantur quæ non perficiuntur.

contrarium

contrarium facit alia notab. reg. quæ plerumque æquiparat aliquod factum non esse,& de recenti factum,ut colligitur ex l. 1.§.1.uer. cæterum.ff.de his qui deiec. uel effud.ubi qui effudit aliquid in uia , quæ de recenti in usum uenit non debet puniri tanquam si adhuc con stituta non esset.& hanc regulam cum multis similib. tradit D.Felin.iu capitulo eam te.in 9.col. uersi.limit. 2.extra de rescript.Et ideo ostendens officialem,qui ta men iam officio functus est,punitur ac si in officio eét secundum Bal.in l.obseruare.§.proficisci.in 4.col.uer. 7.quæritur.ff.de offi.procon.& leg. de quo ultimo scri psi supra in uerb. Dignitas. Facit etiam,ꝙ de teste qui nuper in gratiam rediijt,not.Ludo.sing.317. Innocen.

Tamen pro illo dicto Bal.adduco casum sing.in l.uestimentum. ff.de auro & argento leg.ubi ea quæ sunt in fieri censentur in facto esse. & illum textum pro casu sing. & unico cõmendat And. Sicul.in trac.de pſt. Card.in 5.quæstione primæ partis.in 2.col.ubi late disputat,an clericus priuetur feudo,licet solum in mino ribus sit constitutus.Et minor ꝙ Bald.qui fuit tantus textualis,non fuerit memor illius tex.singu. ubi est ca sus.Et licet in libris impressis uerba mendosè circumferantur,tamen castiganda sunt,prout retuli in prioribus Memoralibus in uerbo Vestimentum.Benefacit ét similis tex.in l.ligni appellatio.ff.de lega.3. dũ inquit, Si iam ad concidenudm fuerit destinatum.

Vicarius generalis episcopi , beneficia conferre non potest.c.ult.de off.uic.libro 6.Sed an illa decret.procederet in Cardinali constituto uicario alicuius prouinciæ : Bal.sing.in l.aliquando.in princ.q.ff.de offi.proconſ.& leg. tenuit , ꝙ scilicet secus sine dubio esset , si Cardinalis constitueretur legatus.per tex. apertum in c.1.de off.leg.eodem libr. Et hoc differunt legatus , & uicarius.quod est memoria dignum pro extensione d. c.ulti.Nihilominus inuenio,quòd Andr.Sic.in loco satis opaco,uidelicet in suo solenni trac.de præſt. Card.. in præludis 2.partis,referens hoc dictum Bal.putat ꝙ

non obstante eius auctoritate, quæ grandis est, sit falsum. per tria principalia motiua, licet secundum eum sit mirabile, & menti tenēdum: quia Papa sæpissimè cōstituit Cardinales uicarios. Nunquid autem Cardinalis legatus de latere, ex sua illustri prorogatiua, possit ét extendere potestatem suam ad feuda, & castra pertinentia ecclesiæ Romanæ: certe nulli dubium uideri posset, ꝙ non. quia etiam Papa solus hoc posset, quando esset magna ciuitas, ut inquit sing. *Bal.* in l. cum multa. C. de bon. quæ libe. de quo scripsi supra in uerb. Papa non potest. & in Cardinal. legato de latere, hoc expresse tenet Bal. in c. cum uenissent. in 1. col. uersi. quæro an Papa extrà de iudic. post *Bar.* in l prohibere. §. planè. ad fi. per illum tex. not. ad hoc ff. quod ui aut clam. ubi ita dicit se consuluisse contra ciuitatem Camerini. nisi tamé haberet circa ho specialé mandatum. & cum Barto. & Bal. in hoc transeunt communiter alij, in locis communibus. & sequitur D Alex. consi. 1. col. 8 ad fi. & seq. lib. 5. ubi post Paul. de *Cast.* facit in hoc differentiam inter legatum, de latere & regem, cui in aliquibus assimilatur legatus de latere: ut ubi per eum. quod nota pro declaratione d. c. 1. de offic. de leg. lib. 6.

Vicarij iudicium ordinariorum, an possit aliquit expedire in absentia iudicis ordinarij? est not. decis. *Bal.* in l. aliquando. in 6. op. ff de off. procons. & leg. de qua scripsi suprà in dictione Iudices ordinarij.

Vitricus potest esse tutor priuigni, licet apud eū aliq. non possit. glo. & doct. per illum textū. in l. ult. C. de cōtra. iudi. tutel. & tres opiniones circa hoc refert Bal. cōsi. 310. in primis uidendum est. libr. 4. *Curt.* in consi 94. col. 2. & passim habetur. sed unū est memoria dignum, quod si agnatus ad curam concurrat cū uitrico, si adultus in uitricum inclinet, ille debet præferri, secundum Vbert. de bobio, in d. l. ult. prout ibidem refert Alber. qui dicit ita obtinuisse. Quod tamen temperandum est, nisi iudex cognosceret adolescentem per simplicitaté, uel ad preces uitrici hoc exposcere: cum tamen plus

expe-

expediret adulto, deputare consanguineum : quia tunc uitricus est postponendus, cum consilium adolescentiũ sit fragile, & imperfectum: ut dicit iurecons. in l. 1. ad finem. ff. de minor. cum uulg

Vidua dicitur etiam ea quæ maritum habet inutilem puta damnatũm ad perpetuos carceres. glo. est solennis & singula. in l. ulti. in uerbo orbitates. C. ad leg. Flau. de plag. quam ad hoc pro sing. citat D. Alex. consi. 104. statutum loquens, col. 2. lib. primo & per eam notat ibi eleganter Bal. ꝙ priuilegia, quæ dantur uiduis, competunt etiam inutiliter nuptis. quod uerbum dicit bene notandum D. Ias. in commento l. si is qui pro emptore. in 53. col. uersiculo adde, quod Ioan. de Legna. ff. de usucap. Et confirmari potest ex. tex. in c. 2. §. sed neque illud. extrà de transla. episcopi ubi Pontifex dicit, quòd secundũ cõmunem modum loquendi ecclesia dicitur esse uidua a ta sponso suo, quæ habet episcopum inutilem: Secundò confirmari potest ex notab. gl. in c. admonere. in glo. 1. 33. quæst. 2. quæ per illum tex. collegit carmem, si repriueris, nec nomen habere mereris. *Si re priueris, nec nomen habere meris.*

5 Quam gl. ad hoc citat And. Sicu. consi. 2. Sapienter, & præclare scribitur. in ult. colum. in 2. lib. & in consil. 7. sapienter non fallor. in 4. col. in eodem uolumi. & in pulchra quæstioue regni Hierosolymitani reassumit D. Ias. in l. id quod apud hostes. in ulti. colum. ff. de lega. 1. Tertiò confirmari potest per illud quod notabil. decidit Bal. in cap. 1. §. si quis de manso. in ultim. colum. de controuer. inuest. in usibus feud. ubi concludit, ꝙ statuta loquentia de gabellis molendinorum, debent intelligi de illis ex quibus fructus colliguntur, non de inutilibus. cum multis similibus, quæ aggregat Domin. Iason in l. ultima. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Quartò confirmari potest ex singula. dicto Bald. in l. 2. in 1. col. C. de episcopa. aud. ubi decidit, quòd uenditio facta à muliere emphyteota sine solennitatibus à statuto requisitis, cum nullius effectus sit, non facit eam cadere à iure suo, ob id quod dominum nõ requisiuerit. quòd

dictum pro singu.refert Do.Ias.in l.ubi pactum.in pen columna C.de transac.& latè retuli etiam suprà in uer bo Actus nullus.Quinto benefacit,quod singula.notat Bal.in capitulo primo in prin.per illum tex. quis dicatur Dux uel Marchio:quòd comes sine comitatu, non est proprie comes, sed abusiuè,quod dictum reputat singularissimnm Marc.Laudens.in dispu. sua Augerius.in sexta charta, in tertia columna, cum his quæ scripsi suprà in uerbo Comes.Sextò facit quòd pulchrè disputando tenuit Vbertus de Bobio, ut refert Io. And. in addi.Spec.in rubri.de crimine falsi. de duobus ludentibus ad par & impar.fuit dubitatum, cum repertus esset unus nūmus falsus,quis deberet obtinere?& an talis nummus, quia inutilis,deberet computari, & dicitur q̄ non.arg.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pig.act.cū ibi no.nisi faciens postam fuisset in dolo, quia tunc contra eum indistincte tenendum est,& hanc pulchram decisio nem refert,& sequitur Dom.Alexand.in consilio 104. statutum loquens.in secunda colum. 1. ubi multa similia in proposito cumulat, latè tractans.quòd statutum Ferrariæ puniendus falsificātem monetā,quæ Ferrariæ non expenditur, ut sunt bagatini, qui in illo loco inutiles essent, licet Venetijs expendantur. Sexcenta suppetunt huiuscemodi exempla, quæ quilibet poterit ad notare.

Hæc nobis satis erunt, ad ornandū illud singula. dictū Bal.in præallegata l.ult.quod etiam refert,& sequitur And.Sicul.in tracta.de præstat.Card.in ultima quæstio ne primæ partis.in prima col.ubi dicit eleganter notan dum, pro statuto Bononiens.disponente, quòd in causis uiduarum potestas teneatur.sequi æquitatem. quibus adde etiam Do. Feli.in cap.significantibus. col.pen. de offi.deleg.

ε *Vidualiter* uiuere dicitur etiam ea, quæ religionem ingressa est:& ideo legatum factum uxori donec castè & honestè uixerit,& uidualem uitam seruauerit, pertinet etiam ad eam,quæ religionem ingreditur. ita singul.

gu.Bal.in l.Deo nobis.in 3. colu.uersiculo iuxta præ-dicta.C.de epis.& cle.& primo sing.commendat Crem. not.142 maritus,& sequitur D.Alex.in l.mulier.§. cũ proponeretur.col.7.ff ad Trebel.quibus adde quæ in si mili scripsi suprà in uerbo Conditio adiecta. Nunquid autem legatum factum mulieri,si uidua remanserit, re quirat perpetuam uiduitatem,consuluit eleg.Bal.cons. 42.præmittendum est.in 5.lib.

Vino legato,ea demum uasa sequuntur,quæ ita diffu sa sunt,ut non ad perpetuum usum uasa reseruarentur, ueluti amphoræ,& cadi.uerba sunt Iureconf.in l.uino. ff.de trit.uino, oleoque legato, in quo loco Amphora pro uase uinario paruo habetur,utpote continens heminas nonaginta sex.Hemina autem mensura est uncia rũ 12.ita ꝙ amphora ad medietatẽ unius metretæ Mediol.non ascendit.Cadus autem ex congiis decem constat.Congius heminas duodecim continet , & sic inter amphoram,& cadum non multum interest. Simile responsum habetur per Vlp.in l.3. eod.tit. tamen cum ex facto incidisset in promisione facta de duabus ampullis uini,cottanis præstandis episcopo Torrelano , consuluit Fulg.consi.321.in quodam instrumento,Ampullas non deberi.argu.l.ueteribus.ff.de act. Largior enim fit interpretatio in ultimis uoluntatibus, quàm in contractibus.Prohibet sacra scriptura uinum regibus dari: quia nullum ibi arcanum inueniatur,ubi regnet ebrietas.unde in prouerbium abiit, In uino ueritas.de quo Erasmus in Prouerbiis.

Ampho-ra. *Hemina.* *Metrea.* *Cadus.* *Congius.*

Vinitor rusticus uinearum cultor appellatur, & de eo loquitur Vlpia.in l.instrumenta fundi.ff.de fund.instr. (nam ita scribendum est ex antiquis exemplaribus: nõ monitor,ut in impressis codicibus legitur.)& ideo Colum lib.1.refert, ꝙ separandi sunt aratores à uinitoribus.& in 4.Is,inquit,uinitor , licet sit emptus sex , uel potius octo millibus sextertiis.Verg. Georg.2.

Veritas in uino. *Vlp.Lo-tus.*

Iam canit extremos effœtus uinior antes.

Sedulius poeta Christianus.

Villicus qui, & unde. Sordidus impressas calcabit uinitor uuas.

De uillico uerò, cuius etiam meminit Iureconsf. eodem loco, res clara uidetur. & appellatur is qui uillæ curã habet, uel qui præest totius rei rusticæ. ut etiã inquit Paul. in l. si cum uillico ff. de institor. ut declarat diuus Hiero. in lib. ad Agasiam, de 1. quæstionibus noui testamenti. Ponitur tamẽ quandoq; pro rustico agri cultore à uilla uillici nomine indito. Varro lib. 1. de Re rust. uilicus agri colendi causa constitutus, atque appellatus à uilla: ꝙ ab ea in eam connehuntur fructus, & euehuntur, cum ueneunt. Horat.

Villice syluarum, & mihi me reddentis agelli.

Iuuen. in 3. Satyr.

Viue bidentis amans, & culti uillicus horti.

Colum. lib. 12. Villicus semper caueat, ne improuidus ab opere uincatur: res est agrestis, insidiosissima cunctanti. De uillico etiam meminit Alph. in l. in lege censoriã. ff. de uerb. sign. & Vlp. de uillica. in l. quæsitum est §. item fabrum ff. de fund. instr. Itẽ dũ Vlp. subdit. Qualli uindemiatorij, exceptorijq;, in quib. uuæ cõportantur. *Loc. Vlp.* *Quallus qui.* Quallus uasis genus est, ex uiminib. cõpositus, per quod uinũ guttatim defluit, cũ uua imprimitur. à colando dictus: reliqua uerò materia exire prohibetur. Vergil. Tum spisso uimine quallos, Collaq; Apul. in 4. lib. Asini aurei: iam fermè, inquit, tertium quallum rumigabam. Ponitur etiam pro cistula, in qua mulieres ponebãt pensa lanæ. Horat. Tibi quallũ Cythereæ. & hoc est quod decipit Accursium, qui exponit in loco illo Iureconſ. Qualli. i. canistri ad uindemiandũ in eis. A quallo, per diminutioné fit quasillus, & quasillũ, qui alio nomine (Græco tamẽ) Calathus appellatur, secundũ Fest. & Seruium super illo Verg. in Bucol. Tibi lilia plenis. *Accursij locus.* *Quasillus.* *Calathus* Ecce ferunt nymphæ calathis.

Accursij error. *Cupæ q̃.* Subdit Vlp. conseruãdi causa dolia, licet defossa sint, & cupæ. Glo. noster: Cupæ, inquit, uasa quædã sunt lapidea, & terrea, facta. Tu dic, ꝙ cupæ dicũtur uasa uinaria maiora, q̃ uulgò uegetes appellanẽ, ut etiã innuit Festus,

ftus,& Cæſar commentario belli Pomp.2.dum inquit Cupas tæda ac pice refertas incendunt. Luc.illo carmine Namque ratem uacuæ ſuſtentat undique cupæ. Cupis enim naues in mari ſuſtinentur, cum ipſarum latera & carinæ reſarciuntur: à priſcis dictæ caupæ, à cauo: & hinc caupones. & cupellum, parua ueges, quæ uidelicet barilis menſuram capere poterat. quod adhuc uocabulum apud Romanos reſtat, ex Grœco etymo. κύπελλον enim curuũ dicũt. Homer. δέπας ἀμφικύπελλον. & Decupa, qui uinum minuatim uendit. Cicero: Vinum à decupa & propola quotidie ſumit. De cupis meminit etiam Vlp.in l. quæſitum eſt.§.1.eod.tit.enumeratque inter ea inſtrumenta, quæ exportandorum fructuum cauſa parantur. & in l.3.§.pen.de uino triti. oleoque leg.& Alph.in l.in naue Sauphelli.§.ult.ſecundum ueram lectionem.ff.locati. Cupa etiam uaſculi genus eſt quod nomen ſumpſit à cauponibus, qui eo in poculis utebantur. Næuis, qui duas cupas mero plenas exhauſit. Item dum Iureconſ ſubdit, Atterenſes Scoparij: Scribæ, Atrienſes ſcoparij. Atrienſis erat is, cui cura credebatur atrij, quæ quidem pars prima domus eſt, mediam aream continens, in quam ex omni tecto collecta pluuia deſcendit, & in qua priſci (ut refert Cato) hoſtio aperto epulabantur: ubi etiam pecunias & cætera precioſiora ſeruabant. Seruoſque quibus tanquam honoratioribus earum rerum cuſtodiam cõmittebant, Atrienſes, & Atriarios appellabant De quibus meminit & Alph.in l. in lege cenſoria.de uerb.ſign.& Vlp.in l.1.de exercitoribus.ff.naut.caup.ſtab.& in l.ſed & ſi quid.in princ.ff.de uſufruct ubi Accurſius exponit Atrienſem, id eſt, ut lauent atria. Diuus tamen Hieronym. Atria, inquit, non ſunt quidem domus, ſed aliqua habent fundamenta, & de atrijs intramus domum. tradit Vitruuius uolum.6.atria proxima ianuis in urbem debere collocari. & ideo dixit Papinia Syluarum primo.

Caupones und. Capellũ.

Decupa qui. Locus. Vlp.

Alph. locus. Cupa. Atrienſes qui.

Accurſij locus.

Hic mecum dum feruent agmine poteſt, Atriaque

Dictum

Dictum autem Varro de Latina lingua lib. 1. atrium putat, ab Atriatibus populis Ethruriæ, qui primi id genus ædificij instituisse traduntur. uel quia à terra oriatur, quasi aterium: uel quòd atrum ex fumo esset, propter culinam, quia ex fumo culinæ nigresceret. in atrio enim tria erant habitacula: Vestibulum, locus sportularum (qui & ipse sportula dicebatur, ubi ponebantur quæ dono mittenda eo die constituerant) & culina. Scoparij autem serui dicti sunt, quorum officium erat ut pauimenta sordentia scopis deuertant, à scopis uocitati. Proinde Plautius in Sticho: Mundicias uolo fieri, hic ferte huc scopas.

Sportula

Scoparij qui.

Marcelli locus.

Vis apud legistas pro effectu quandoque accipitur. ut apud Marcellum in l. qui decem. §. Stichū. ff. de solut. eodem modo apud Corn. Tacitum Histor. 13. uectigal. mancipiorum remissum magis specie quam ui.

Locus apud Iureconsf.

Viriolæ inter ornamenta mulierum enumerantur ab Vlpia. in l. argumento. §. muliebri. ff. de aur. & arg. leg. & à Scæuola in l. ultima. §. ultimo. eodem titu. & puto diminutiuum esse à uirijs, minoresque anulos significare, quos uulgus corrupto uocabulo uergetas nuncupat. & de his meminit Plini. Nat. Hist. lib. 33. cap. 3. ubi etiā de armillis mentio est. de quibus etiam Iureconsul. in in loco suprà allegato. & diuus Hieron. in Esaia: Illa; inquiens, auferet Dominus, ornamentum calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas. Dicuntur etiam ornamenta ea, quæ militares uiri ab imperatoribus donati, in sinistris brachijs gere cō sueuerunt. quæ Pirsci brachialia uocitauit. & de armillis militaribus Liuius, Cæsar, & cæteri. proinde eleganter Iureconsul. uiriolas & armillas simul enumerant.

Armillæ quæ.

Brachialia.

Vndones cilicij quidem dicti sunt ab undis, de quibus meminit diuus Hieronym. & Martial. in Apophoretis.

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti.
Cyniphio poterit planta latere sinu.

Inde

Inde undula uestis. Varro de Vita patrum: A quibusdam (inquit) dicitur esse Fortunæ uirginis, ab eo quòd duabus undulatis togis est opertum. Plinius libro octauo, capitulo quadragesimooctauo. Factamque ab ea togam regiam undulatam, in æde Fortunæ, qua Seruius Tullus fuerat usus. Vndones igitur sunt, quales modo uidemus in his textis, quæ tanquam ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν Symballota appellamus, prout etiam docuit nos Hermol. Barbarus in Plinianis castigationibus. capitulo, quadragesimooctauo. suprà citato. fit autem undulata uestis ex hircorũ & caprarum pilis, potius quàm laneis. ut Martialis testimonio iam docuimus: quæ ad undarum similitudinẽ picta est. sicuti & uestis Cymatilis, à fluctu dicitur, ut est apud Plautum & Ouidium. De undulata ueste meminit etiam Nonius Marcell. Alii symballota dicta autumant, ab origine, & ab illo uestium genere, de quibus Plin. ita scripsit: Lauæ & Persæ coactæ uestẽ faciunt, erit ergo Symballoton, quasi σύμβλητον. hoc est coactum implexu, potius quàm textu conditum. & secundũ ista castigabis uerba Vlp. in Largumento. in princ. ff. de aur. & argent. leg. dum dicit. Alia causa est odonum: scribe, undonum. & de his uestibus undulatis dictum puta. Item dum Vlpian. in ea. l. argumento. §. muliebri. de aur. & argen. leg. refert ornamentorum hæc esse. Vittæ, mitræ, & semitræ, lautica, acus, cum margarita, quam mulieres habere solẽt, retitula crocufusia. ista uariantur à quibusdam legendo. Aliqui loco Lautica scribunt Anademata. de quib. meminit Paul. in l. quamuis. eodẽ tit. quo in loco Anadesmata tamen reponendum est, quæ apud Græcos pro capitis tegmento accipiuntur, ut scribit Suidas. Alii clauitica, & ita etiam reperio in libro patris mei probatæ fidei, & antiquissimo. & hoc quidem magis conuenit uulgatæ lectioni. Sunt tamen qui putent legẽdum Calantica. nam Calantica, ut docet Marcellus, est tegmen muliebre, quod capiti innectitur. Cicero in Clodium, Tu ne cum mentirentur, pedes fusci, cum calanticam

Cymatylis.
Symballota.
Vlp. locus.
Pauli locus.
Anadesmata q.
Calamica quæ.

ticam capiti accommodares. Et est uerbum Latinum, Græcè autem κρήδεμνον appellatur. Homer. in 15. Odyssex canit, Inonem, siue Leucotheam deam cridemnon Vlyssi naufrago accommodasse, ad euadendum maris periculum. Ausonius poeta in Periocha Homerica, quod ille cridemnon dixit, calanticam interpretatur. uerba ausonij apposui, quæ sunt hæc: Ino calanticam capiti suo demptam natanti accommodat, cuius ille su stetatu ad Phæacum littus euasit. Item ibi, Crocusuſia: in hoc loco non conuenit de uera lectione. Aliqui scribunt Crocotia. sunt qui malint Crocota, seu crocotula, a flore. nam à croco, fit croceus, ut superius dixi: à quo Crocotulæ uestes. Plautus: Pathagiatam caltulam, aut crocotulam: Næuius in Lycur. Palatis pathagijs crocotis malachis mortualibus. Dicuntur etiam crocotæ uestes, tunicæ infectæ croco colpre: quæ quidem uestes delicatæ sunt, & feminiles. Propterea optimo epitheto mollicinam crocotam nuncupauit Næuiut in Pedio, dũ inquit: Mollicinam, crocotam, chiridotam, richam, richinum. Suidas etiam pro uestimento orbiculato eam nominat. Hinc crocotarij dicuntur, huiusmodi uestiũ infectores. Plaut. Qui incedunt infectores crocotarij. & de his uestibus asserunt Iurecõs. hic sensisse. Inuenio tamen quosdam reponere strophia. nam strophium fascia est pectoralis, quæ uirginalem tumorem cohibet papillarum. Martial in Apophoretis:

Vlp. locus. *Crocotulæ uestes.* *Crocotarij qui.* *Strophiũ*

Fascia crescentes dominæ compesce papillas,
Vt sit quod capiat nostra, tegatque manus.

Turpilius: Me miseram, quod inter uias epistola excidit mihi. Infœlix, inter tuniculam ac strophium collo caram. Catullus:

Non tereti strophio lactentis uicta papillas.

Strophia etiam tenuiores coronæ à ueteribus dictæ (ut in 21. Natural. Hist. docet Plin.) ab insigni, quod imponebatur capitibus sacerdotum pro corona. quod ἀπὸ τοῦ στρέφειν, hoc est à uertendo, strophus uocabatur. De his Pli. in prææallegato libr. Tenuioribus (inquit)

utebatur

utebantur antiqui coronis, strohbia appellantes. Hinc nota sunt strophiola, quib. in sacris utebâtur. Itē dū Vl. subdit ꝙ mulier potest esse munda, non tamen ornata, ut solet contingere in his quæ se mundauerint, lotæ in Balneo, neque se exornauerint: & contrà est aliqua ex somno statim ornata, non tamen emundata. Hoc cum multo honore Vlpiani dicit Phil. Beroal. in comment. Apuleianis: quod argutius uidetur esse, quam uerius ap pellatione enim mundi muliebris, apud oratores histo ricos & poetas nō solum illa quibus mūdior fit mulier, sed ea quoq; quib. ornatior, significatur. quod ēt nomē indicat nam quem κόσμον Græci nomine ornamenti ap pellauerunt eum nos à perfecta absolutaq; elegantia mundum Liuius: Non aurum modo his, sed & postremò uestem, mundumq; omnem muliebrem ademit. Lucius neutro genere appellauit, his uersibus : *Vlp. dānatur.* *Mundus qui.*

Legauit quidam uxori mundum omne, penumq;.

Quod mundū atq; penum? nam quis diiudicet istuc? Dabunt tamen ueniam nobis Philippi manes, quia licet apud Liuium & Lucilium in locis supra allegatis, mundus possit capi pro quodam genere, non tamen per hoc statim damnandus fuit Vlp. Iureconſ. qui in hoc melius & exquisitius proprietatem uerbi declarauit. Oratores enim & poetæ, laxiores sibi habenas reseruarunt. Eius partes fuissent, ut qui os in tantum Iureconſ. soluere cogitabat, eum proprio gladio iugulare. Præterea Liuij auctoritas etiam nihil obest in proposito, imo uidetur probare opinionem Iureconſ. dum uestem qua ornatur, à mundo distinguit. Sicut neque carmen Lucilij. Dicunt itaque alij, in legato mundi muliebris, secundum Paul in l. pediculis. §. Titia. de aur. & arg. lega. duntaxat argentum balneare contineri, nō autem ornamenta & monialia, in quibus gemmæ & margaritę insunt: neque anulos, seu uestem coloriam, uel uersicoloriam. Præterea si Vlp. auctoritas in hoc tuta est nonne ipse in ea. l. argumēto. §. mūdus dicit, mūdū muliebrem esse, quo mulier mūdior fit: ut unguēta, & uasa unguentaria *Vlp. à calumnia defenditur.* *Mundus muliebris qui.* *Pau. locus.*

taria.& sic clarè apparet, in mundo de proprietate uocabuli non contineri, quæ ornatus causa parata sunt.& hoc etiam colligitur ex toto illo titulo, in quo differentia expresse fit inter mundum & ornatū, ut in l. uxori quis.& in l. si quis ita legauerit. de aur. & arg. leg. & alibi sæpè.

Vniuersitas, uel corpus alicuius collegii, qualiter citari debeant, habemus doctrinam Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uerb. Citatum & in l. ult. ff. qđ cuiusque un. nom. tradit Nellus in tract. bannit. in prima parte primi temporis, in 5. q. tamen Bald. particularius circa hoc in l. 1. §. quod si nemo. cir. prin. ff. quod cuiusque un. nom. dicebat, quando uniuersitas non habet syndicum, adesse duplicem formam citandi: scilicet personaliter, uel ad domum, prout etiam in aliis personis particularibus.& ꝙ dicitur citari personaliter, quando est congregata in capitulo, uel arengo: ad domum uerò, quando schedulæ citatoriæ in locis publicis uel ianuis affiguntur, ita ꝙ in publicam notitiam adducantur. & hanc decisionem Bal. sequitur Alex. consil. 219. ponderatis. colum. 3. lib. 6.& est memoria digna, ad citationes, quæ fiunt de electis ad loca pia, quia citari debent, quando sunt. congregati.& non sufficit dimittere citationem custodi domus hospitalis, illis diebus, quibus non congregantur.

Vox appellatur sententia. Bal. in l. ult. per illū tex. ff. de sena. quia dicere uotum, & sentētiam, idem est.

Vredo, cuius meminit Vlp. in l. ex conducto. §. 1 ff. locati, est morbus herbarum, frugum, & arborum: in uitibus, & alio nomine carbunculus appellari potest, quod de frigore quoque dicitur. nam & frigus urit. Vergil. Aut boreæ penetrabile frigus adurat. Luca. Vrebant montana niuem. Pro pruritu etiam quandoque uredo ponitur. ut apud Plin. de urtica pisce: Hoc tactu, inquit, uredinem excitat. & ita legendum esse apud Iureconf. in loco supra allegato, apparet ex his quæ ex Plinii monumētis retulimus suprà in dictione

Vlp. locus.

Carbunculus.

ctione Tabes.qnamuis in uulgatis codicibus non uredo,sed urendo malè repositum sit à sciolo aliquo correctore.

Vrephotrophium dictio Græca est locũ significans ad infantes nutriendos paratum. βρέφος enim Græci infantem dicunt. De hoc loco meminit Imperator in l.illud §.1.C.de sacro sanct eccl.ubi codices passim mendosi reperiuntur. *Locus apud Impe.*

Vsuræ trientes quæ sint apud Paul.in l.3.§.ult.ff.ad l.Falc.iure.optimo posset dubitari, eius uerba referro Si reip.in annos singulos legatum sit,cum de l.Fal.quæratur, Marcellus putat tantum uideri legatum, quantum sufficiat sorti,ad usuras trientes eius summæ,qnæ legata est,colligẽdas. Interpretes hic plurimi dissimulanter prætereunt.aliqui cũ Accursio sentiunt:nonnulli etiam fatentur non intelligere, cum tamen sit & põderis & momenti maximi: Difficultas consistit in hoc quæ sint usuræ trientes: Accurs.quem communiter alij sequuti sunt,putabat trientes usuras eas esse,quibus tertiam sortis partem in singulos annos lucrifacere contingeret, sic & semisses quib.dimidiã:besses,quibus duas partes:quadrantes,quibus quartam.ita declarauit Accurs.in l.eos.§.1.C.de usuris.& in l.1.in fi.C.de his quibus ut indig.ubi Imperator fecit mentionem de usuris semissibus, de quibus etiam Paul.meminit in l.cũ quidam in prin.& in §.si debitores.& in §.ult.ff de usuris. & Iulian.in l.tutor qui repertorium.§.ex cæteris.ff.de admi.tutorum.Vsuras(inquiens)quincunces,aut trientes, aut si quæ leuiores in prouincia frequentãtur.& in l.alimenta.§.Basilicæ.ff.de alim.& cib.leg.& in l.qui semisses.ff.de usuris.& Imperat. in l.ulti.C. de fiscal.usur.lib.10.qui tex.clarè probat communem opinioné, dum dicit tertiam partem centesimæ.ad idem tex.in authent.de alienat.& emphy.§.locationes uerò.ibi, non autem maioribus quàm quartam partem centesimæ.& sic.25.pro centenario & in §.hoc autem super ipsis quã in usuris,inquit:non amplius quarta parte centesimę.& *Vsuræ trientes quæ. Locus Iurecõs.*

glos.

glo.ibi in dictione Centesimæ, declarat hanc usuram fieri, quando pro singulo mense soluimus quinque denarios pro libra, & sim.lis tex. in l.hac editali.§.his illud ibi, centesimæ partem tertiam.C.de secund.nup.& in auth.hoc ius porrectum.10.q.2.& utrobique glossator. & hæ auctoritates (iudicio meo) mouerunt Accurs.& Doct.quorum opinio etiam firmatur auctoritate Liuij, qui lib.1.de bello Maced.scribit, Triuncium agrum appellatum, qui pro tertia parte pecuniæ datus fuerat creditoribus populi Romani. Potuerunt etiam duci ratione, quia semis, triens, quadrans, bes.& aliæ partes in diuisione hæreditatis hanc interpretationem in asse accipiunt, ut in libro de Lingua latina docuit Varro & apud nos Vlp.in l.seruum meum.§.ult.ff.de hęred.instit.& Iustinia in §.hæreditas plerunque.insti.de hæred.instit.& retulimus in prioribus memoralibus, in uerbo, *Hæreditas*. Expositionem hanc multis sæculis receptam, quia nemo refragabatur, dicit Hermol.Barb. in castigationibus Plinian.in posterioribus scriptis, se tam diu sequutum esse, quandiu contrarium inuenire ei non licuit. Nunc L.Columella duce lib.4.usuras semisses interpretatur, quotiens de centum nummis (quæ, uerbi gratia sit sors) non quinquagenos, ut alij putauerunt, sed senos tantum nummos usuræ nomine percipimus, & ob id ciuiles & modicæ à Plin.uocatæ sunt: tanto mitiores, quæ trientes & quadrantes appellatur. Capitolinus in Alex.trientarium ait fœnus eum, ut æquissimum & leuissimum exercuisse, ad usum reip. idem in Ant.Pio.Fœnus, inquit, trientarium, hoc est minimis usuris exercuit. Sed uerba Columellæ prætexamus. Is inquit, uinitor licet sit emptus sex, uel potius octo millibus sextertijs, cum ipsum solum octo iugerum totidē millibus nummimorum partum, uineasque cum sua dote, id est cū pedamentis & uiminibus, binis millibus in singula iugera positas duco: fit tum in assem consumatum precium, sextertiorum 29.millium. Huc (inquit) accedūt semisses usurarum, sextertia tria millia & quadringenti

dringenti octuaginta nummi, biennii temporis, quo uelut infantia uinearum cessat à fructu, fit in assem summa sortis, & usurarum, 32. millium quadringentorum octuaginta numerum, quod quasi nomen, si ut fœnerator cum debitore, ita rusticus cum uineis fecerit: eius summæ ut in perpetuum prædictam usuram semissium dominus constituat, percipere debet in annos singulos mille nongentos quinquaginta sextertios nummos. Ex his uerbis Columellæ in 4. lib. euidentissime colligitur ex usuris semissibus non quinquagenos de centenis, sed senos duntaxat in annum redire creditoribus, sicuti quaternos ex trientibus. & hoc etiam apertius conuincitur ex uerbis Paul. in præallegata l. 3. quę superius retulimus, cuius. l. sensus his qui Latine loqui didicissent, secundum Hermol. erat & expeditus, & facilis, licet scrib. pedem efferre nequiuerint. Si reipu. legati essent in annos singulos sextertii, siue aurei (uerbi gratia) quaterni, notandum legatum uideri ab hærede, ac si centenos semel reputare iussus fuisset, quia de centum nummis quaterni colliguntur, usuræ trientis nomine in annos singulos. Quòd si ut nostri interpretes existimant, usura triens esset: non quatuor de centum, sed 33. sequeretur hoc incommodum, secundum eum, quod si hæreditas centum nummorum foret, & ex ea reipu. in annos singulos 25. nummi legarentur, detractioni legis Falcidiæ locus non esset: quoniam 25. in annos singulos tantùndem esse uiderentur, quantum 75. semel, quæ summa dodrantem non excederet. Quis autem obsecro tam stupidus, atque tam nullo sensu, talem hæreditatem adire uellet, quæ quarto demum anno fit absumenda? & obligatio nihilominus legati tota maneat? Iam si 76. legata fuerint, Falcidia hæredi subueniet: si in annos singulos 25. non subueniet. quo quid dici potest absurdius? At quis malit non dico 25. sed & decem tantum in annos singulos, quàm semel 75. imò ipsa planè centum persoluere? Istæ rationes Hermol. quia prima fronte multum urgere uidentur cōtra

Vsura semisses quæ.

A a acom-

communem intelligentiam, me à principio traxerant in eius sententiam. Nihilominus quia artis suæ quisque defensor esse debet, ut inquit Cicero: & officium discipuli sit, præceptorum opiniones sustinere, ut Cassii exemplo docet Iulia. in l. dicere autem. ff. de arbitr. propterea saluando doctores nostros, unico uerbo potest responderi adductis in contrarium. & primò auctoritati Colum. quòd loquitur in lucro rustico, in quo necesse est accipere usuras semisses, prout potest prouenire ex redditu agriculæ, ut uerba intelligantur secundum subiectam materiam l. si uno. in principio. cum gl. ff. loca. & l. si stipulatus. ff. de usuris. cum multis similibus adductis per Do. Iason. in l. 3. in 2. not. C. de transac. & per Can. in c. nam concupiscentiam. de consti. & in c. quoniam Abbas de offic. deleg. & utrobique Dec. Secunda uerò ratio Hermol. quod obligatio legati tota maneat, absumptis uiribus hæreditarijs, est falsa. neminem enim oportet plus legati nomine præstare, quàm ad eum ex hæreditate peruenerit. ita ad literam dicit tex. in l. 1. §. si is qui 400. & ibi Do. Alexan. & Soc. ad hoc not. ff. ad Trebell. Bar. & alii in l. si te bonis. C. de iur. delib. quod etiam hodie expressum est, dummodo inuentarium faciat. auth. sed cum testator. C. ad l. Falc. & latè per Mod. in l. ul. §. 1. C. de iur. del. & per Do. Alex. in l. in ratione. §. quod uulgo. in 11. col. ff. ad l. Fal. & in l. more. col. 3. in 3. not. de acq. hæred.

Artis suæ quisque defensor.

Discipuli officium.

Verba debent intelligi secũdum subiectam materiam.

Imo etiam non conficiens inuentarium, in foro conscientiæ non tenetur ultra uires patrimonii. arg. gl. sing. in c. fraternitas. in gl. ul. ad fi 12 q. 2. per quam ita in specie dicunt Ludou. Roma & Ioan. de Ana. quos cum multis aliis similibus adducit Do Fel. in c. 1. col. 14. uersic. tertius casus extrà de constit. & ante eos ita decidit Bal. in rubri. ff. de acquir. hæred. ubi latè D. Alex. in 2. & 3. col. & alii mod.

Hæres non conficiens inuentariũ, de iure canonico non tenetur ultra uires hæreditas.

Tertia etiam ratio, ꝙ in exemplo posito per eum nõ sit locus Falcidiæ, euidenter falsa est: quia super sunt 25 suprà 75. quæ satis erunt, secundum dispositionem secundi

cundi capituli legis Falcidiæ, de qua in l. prima ff. ad.l. Fal.& in capitulo quædam.2.distinct. Neque necesse est ut fortè credit Herm. ꝙ de illis 75.detrahatur Falcidia, quandoquidem dodrantem non excedunt.d.l.1.§. primo.& declara Azo in summa C.ad l.Fal. Ad alias ratio nes, quibus conatur reducere rem ad absurdum, potest dici,ꝙ non procedant de iure Digestorum, quo tempore usuræ exercebantur etiam centenariæ, non solum quinquagenariæ,& ideo Imperator uolens hoc prohibe re,in l.eos.C.de usuris,restrinxit modum usurarum. nã secundum illa tempora, non erat inconueniens ꝙ quis præstaret.33.pro legato centum nummorum: quia hoc lucrum frequentabatur apud eos, ut innuit Iureconsul. in l.tutor,qui repertorium.§.ex cæteris.ff.de admi.tuto rum.Præterea data paritate temporum, identidem concludunt contra Hermolai intellectum, quod contra cõmunem Prædictis pro confirmatione accedit ratio, quã assignant scrib.quare hodie usuræ non permittantur: ui delicet ne earum dulcedine deseratur agrorum cura: & sic patet,quòd maius lucrum prouenit ex fœnore pecuniarum,quàm ex agriculturæ studio. & hãc rationem assignant Inno.& alij,in rub.extrà de usuris. Host. in c. 2.eodem titulo Panor.& scrib. in capitulo primo extrà eo.Bal.in rubr.C.eo.in 1.col.& consi.449.ius naturale in ult.colum.in 3.lib.quod repetitum inuenies consilio 395.in quinto libro Sal. in authen.ad hæc,in 7.q. C.de usuris.Anto.de Prato inter consilia Alex.consi.49.col. 6.circa med. libr.6. Ex istis potest teneri communis intelligentia ad §.ultim.in d.l. tertia præallegatum. licet Hermol. Barb. uir alioquin consummatissimus, in hoc aliter senserit,reprobando nostros tanquã leguleios, & neotericos interpretes:& eius opinionem sequutus fuerit D.Bertol.Socyn.in commento d.§.ult.in 5.& 6.col. quem non parum demiror,quia maluerit cum extraneo reprehensionis notam incurrere, quàm cum suis bene sentire.ambo enim à uera interpretatione deuiarunt. ꝙ sæpiuscule his solet euenire, qui in alienã messem ma-

Vsuræ quare prohibitæ.

nus illotas tentant inijcere. Ad aliqua alia Soc. fun. non respondeo: quia parũ concludunt. & specialiter ad ea respondit D. Vincentius de Herculanis in d. l. 3. §. ulti. in posterioribus scriptis: qui tamen de prædictis ne uerbũ quidem. Neque me lateat, quod prædictam opinionem Hermol. quam sequutus fuit Socy. nouissimè etiam amplexus sit D. Alciat. Dispunc. lib. 3. c. 2. & ꝙ aliter circa prædicta uisus est sentire Budæus in primo libro de Asse, dicens usuram centesimam ideo dictam quia, singulis centum mensibus sorti æquiparatur. & sic ad computum, 12. pro cento, in anno. singulò enim mense centesimus nummus taxatus est. ut etiam dicit Do. Alciat. Parerg. lib. 2. capitulo 23. Sed tamen glossator in capitulo ea enim 10. quæstione secunda expresse dicit: usuram centesimam illam esse, quæ sorti in anno æquiparatur. & idem etiam dicit Accurs. in §. licentiam. in uerbo, cé tesimæ. in auth. de ali. & emph. Si tamen uellemus ab istis contrarietatibus recedere, non esset forte ab re, si diceremus usuram trientem, & centesimam fuisse diuersimode sumptam, secundum uarias temporum conditiones. nam temporibus calamitosis, ut quando Italia post diutina bella est afflicta, prout ætate nostra quandoque experti sumus, usura centesima etiam cum magna difficultate inuenta fuit, quæ in anno sorti fieret æqualis, licet temporibus quietis, minores usuræ sæpius inuentæ fuerint. de huiuscemodi temporibus loquuntur Budæus & alii, qui temporibus tranquillis scripserunt, & saltem pecunijs non indiguerunt. Et ista omnia (ne uideamur disputasse de lana caprina) possunt etiam hodie conferre in causis Iudæorum, qui in his, quæ animam respiciunt, constitutionibus canonicis nõ arctantur: ut dicit tex. in c. pen. §. 1. de diuortiis. & in c. multi corriguntur. 2. q. 1. sed communi Romano utuntur. & est tex. in l. Iudæi. C. de Iudęis. & in capitulo quã to. de usuris; & ideo habent filios in potestate, ut notatur per glo. elegantem in c. ult. 1. distinctione, & in capitulo Iudæorum. in glo. 1. 28. q. 1. quas ad hoc commendat

Iudæi utuntur iure Romano Iudæi habẽt filios in potestate

dat

dat And.Sicul.in tractat de præst.Card.in 1.q.1. partis in 19.col.& firmat D.Alex.post Bal.in l.itē in potestatē. in 2.addi.ff.de his qui sunt sui uel ali.iur. & in consf.71. pōderatis uerbis.col.1.lib.2.& ꝙ utātur iure Romano, cōsuluit Corn.post Fulg.& D.Alex.in consf.114.licet primo aspectu.in ult.col.in primo lib.ponit ēt D.Felin.in ca.1.colum.12.versi.5.fallit extrà de constit.& D.Ias.in l.si insulā.in 3.not.ff.de uerb.oblig cū decem similibus, quæ in singularib.aggregat Bal.in consf.100.statuto caue tur ꝙ nullus artifex.in 4.lib.Secundò possent conferre ad intellectum eorum quæ scribit Bal.consf.349.ius naturale.in ulti.col.in 3.lib.quod consiliū superfluò inuenio inculcatū consf.395.in ult.lib.ubi disputat,an Christianus possit exigere à Iudæo vsuras à iure permissas.

Et hęc intelligas procedere,tenendo ꝙ de iure ciuili usuræ non sint prohibitæ.ut colligitur in d.l.cos.C.de de usur.tractāt gl.& Doc.maximè D.Ias.in l.1.i 10.col. uersf.primum est,C.de sum.trin.& fid.cath.in lect.Patauina.& in lect.Ticin.in 6.col.uersi.pro introiectu.& in pulchro casu Math.not. 49. nota ꝙ omnes usurarii.& Corn.consf.19.uidetur prima fronte.in 2.lib.quāuis cōtrariū in hoc ult.conclud.D.Maria Socyn.in consf.2. sequendo ordinē prædictarum quæstionum in 3.q.in ult. col.in 1.lib.iunctis his quæ latè congerit D.Ant.de Prato ueteri,inter consilia Alex.consf.49.paucis utar.circa prin.in 4.lib.& Cępol.caut.124.usufructuarius.& caut. 198.qui uult uendere,&c.circa med.& Alex. consf.1.circa primum.in 1.col.in 2.libro.& consf.107. in 1.col.eo. lib. quod est quasi idem consilium cum præallegato.

Christianus an à Iudæo possit usuras exigere.

Vsuræ de iure ciuili an sint prohibita.

Vsuræ possunt permitti à statuto ex cā.& ideo sing.dicit Bal.in auth.& oīno.in 4.co.uer.sed pone.C.ne uxor pro marito.ꝙ ualet statutū principis,ꝙ Iudæi uenićtes ad fœnerandū in hac urbe ꝓ duobus denariis ꝓ libra, tractētur ut ciues:& hoc dictū Bal.cōmendat, & sequitur D.Alex.consf.57.quoniam in quæst.proposita. in 2. col.lib.1.quod est repetitum consi.220.lib.2.& D.Ias. in l.1.col.12.uer.ultra per eum.C.de sum.trin.& fid.ca

th.in lect.& in repe.in 8 col.uer.ad prædicta. ubi reputat sing.& mirabile:sed dicit cogitandū pp dispositioné Clemétinæ unicæ,in prin.de usu.quę generaliter loquitur.Tamé illa Clemen.prima ab aliquibus limitat̄,procedere solū respectu Christianorū, qui usuras exercét, non auté Iudæorum: ut per Doct. in locis præallegatis.

Ego autem puto prædicta solū procedere, in statutis factis à Pont.Max.secus,si a principe seculari:per illud quod not Bal.in l.1.col.3.uers.sed iuxta hoc.C.de sum. trin.& fide cath.cū his quæ latissimè scribit Alex.consi. 1.circa primum.in 1. col.& 4. sequentibus, in 2.lib. de quibus etiam suprà in uerbo, Par in parem. Sed quid in testatore,an possit permittere usuras?uideretur idem dicendum:quia bonū est argumentum,de testatore ad statutum,& econtrà.l.ulti.C.de reb.al.non alien. & tradit D.Ias.in l.testandi.in primo not.C.de testam. tamé contrarium tenet Bartol.in l.2.de his quæ pe.nom.ubi latè Socyn.col.4.& seq.cū similib.ut per D.Alex.in l.diuortio.in prin.in 11.col.uer.idem uidemus in simili.ft.sol. matr.& per omnes in l. 1.C.de sum.trin & fid.cath. ubi latè D.Ias.in utraque lectura. Et ex hoc reprobatur singularit.dictum Bal.in l.1.in 7.colum.uers.3. quæritur. C. de his qui pe. no. ubi decidit ꝙ si testator mandauit hęredi, ut daret mihi mille semel,aut centum quolibet mense,donec uixero:ꝙ possum petere illa centum, cum potius sit legatum alternatiuum, quàm usura. Tamen (ut dixi)ex prædictis reprobari potest: ut etiam dicunt Doct.præsertim D.Iason.in d.l.1. in 2.col.uersic.2. limita.ubi dicit,quòd est singulare & magnum uerbum in materia usurarum, si esset uerum. & contra Bald. etiam latè consuluit Aretin.consi. 152.uiso themate.in 2.col. iunctis his quæ in pulchra quæstione scribit Anch. cōs. 150.quem retuli suprà in uerb.Dos.sol.matr.

Testator an possit permittere usuras.

Vsurarij hodie sunt infames ipso iure, etiam de iure ciuili.casus est in l.improbum.C.de infa.ubi gl. & Bar. & not.Math.49.nota ꝙ omnes, ubi per hoc infert, ꝙ si frater meus instituat usurarium, me præterito, possum

A testa-

teſtamentum per querelam rumpere.iuxta tex.in l. fratres.ubi D.Iaſ.idem tenet.C.de inoffi.teſt.poſt D. Anton.'qui ita dicit ex facto ſe obtinuiſſe, in c. Rainutius, ubi latè Barb circa decimam chartam, extrà de teſtam. Sed illa declarantur non procedere, quando uſurarium iam pœnicuiſſet prioris uitæ.quia ſi uſuras reſtituit,uel ſaltem ſolenniter caueat, famam recuperat : ut eleganter dicit Bal.in l.Caſſius col.ult.ante fi.ff.de ſenator.& approbat Math. nota.117. nota ꝙ uſurarii. & ſequitur Fel.in c.1.col.12.uerſ.limit.8. de probat. ubi addit, ꝙ tamē ſemper remaneat ſuſpicio fraudis. & pro hac limitatione facit ſingul.deciſio D. Alex.in l.1.in 14.col.uerſ. ex his infero duo notabilia.ff ſol.matrim.de qua ſcripſi ſuprà in uerbo, Filiusfam.qui à patre.& propterea dubitatur,an diſpoſitio c.quanquam.de uſur.lib.6.procedat etiam in eo, qui amplius uſuras non exerceret. de quo Ang.in quæſt.Aſtenſis.in 12.quæſtione.in 17.col.concludit ſing.ꝙ ſic. & ſequitur eum Ana. ut refert Fel. in d.c.1.col.12. qui aliter tenet, ſecutus ſing. dictum Bal. in rubr.C.de uſuris.in uerſi.2. quæri, dicit conſtitutio.

Vſurarij laici ſunt nimis fauorabiles:nec mirum, ſecundum Bal.quia eorum dulci facinore mundus ſuſtētatur.ita eleganter Bal.in c.1.§. ſimiliter,in 1.colum. de controuer. inueſt.quem reaſſumit Alex.conſi.107. pro inueſtigatione,col.3.uerſ.tertio,lib.2.

Vxor relicta à uiro, domina uſufructuaria & maſſaria,ſecundum conſuetudinē Bulgari,extantibus filiis inſtitutis,habet ſolum alimenta. glo. eſt ordinaria & uulgata,in auth.hoc locum,in glo.magna. C.ſi mul. ſecundò nup.quę conſuetudo communiter obſeruatur, ſecundum Lud. Rom.conſ.118.quo ad primum. in primo dubio.& Corn.cōſ.5. in hac conſultatione. videtur prima facie col.1.lib.1.& latè Cur. Sen. conſ.14. & ſequen. & præſertim Mediolani. quia ſtatuto municipali hoc confirmatur. Sed quid econtrà, ſi uxor relinqueret maritum dominum uſufructuarium & maſſarium? dic quòd eodem modo maritus uigore legati, non habet niſi ali-

menta propter identitatem rationis,quæ par est in utro que.ita singulariter Baldus in d.authētica,hoc locum. in ultima quæstione.& pro singulari commendat & simpliciter sequitur D. Ias.in ultim.colum. prima in sexto simili.C.de indic.uid.tollen.& conf.112. colum.penul. uersi.tertio principaliter.libro primo Curt.conf.11.co lum.penult.& alter Cur.Iunior conf.6.colum.12.uers. non ob aliud: post Socyn.consil.75.circa princip. libro tertio.& idem etiam tenent Bal.Com. & Flor. in l.Titia cum testamento.§.Titia.de legat.2. Sed tu cogita cu ius sit utilitatis hęc quæstio,cum extantibus filiis totus usufructus spectat patri.l.4.C. de bon.quæ lib.& in pul chra quæstione not.Ang.in l.adoptiuum.§.primo.in fi. ff.de in ius uocan.& Cæpol.cautel.96.propter delictū. Nisi dicamus,quòd potest esse utilis propter filios emā cipatos,iuxta dispositionem §.hoc quoque à nobis. instituti.per quas personas nota.acquiren.& quia in multis casibus magis expedit habere iure legati, quàm usufru.prout etiam in ista materia considerat præceptor meus Pichus in repetitione dicti §.Titia.in 19.quæstio ne. Sed nunquid intelligatur de prima uxore, quam tempore testamenti habebat: an etiam extenditur ad se cundam, quam tempore mortis superstitem reliquit: Baldus singulariter decidit, quòd non extendetur ad se cundam,licet testator loquutus sit per uerbum generale uxor.in l.ult.in penult.colum. uersiculo idem dico si legetur. C. de indi. uid. tol. & pro singula.commendat Crem.not.8 .quid si maritus. Tamen contrarium in hoc consuluit Do.Alexand. consilio 171.uiso processu causæ uertentis.in 2.colum.uersi. non obst. etiam. in 2. lib.De quo admiratur Do. Ias.ubi Bal.sequitur in l.di uortio.§.quod in anno.in pen.col.ff.solu.matri.& in l. duobus reis.§.si ei qui.in 2.col.ff.de iure iuran.licet ad eius rationes aliter non respondeat: sed respondet De cius in cap. quoniam Abbas. in 11. quæstione extrà de offi.delega.& cum Bal. uidetur transire etiam Do.Feli. in cap.ultim.in 2.colum. & latius in penulti. columna.

in tertia limitat.extrà de treg.& pace.dum examinat re gu.l.boues.§.hoc sermone.ff.de uerbo.significa. de qua scripsi suprà in pulchà quæstione Bal.in uerbo Executo res.& latè Pichus in dicto §.Titia quæstione 28.

Sed an sit aliqua differentia in uirtute uerborum utrum dicatur, relinquo uxorem meam usufructuariam donec & quousque fuerit in uiduitate : an ipsa permanente uidua? Videretur quòd sic, quia uerba, ipsa permanente, uidentur conditionalia. & propterea si uxor per aliquod tempus tantum permaneret uidua, non uideretur satisfecisse l.à testatore.cum uulga. de. conditio. & demonstr. & consequenter, si usumfructum pro tempore aliquo percepisset, esset restituendus. Tamen contrarium in specie firmat Cur.Sen.consi.15.sæpè. in fin.& ita communiter obseruatur,& quidem optima ratione,quia cum uarium & mutabile semper fœmina, si tenerentur restituere usumfructum præceptum, cum transirent ad secunda uota,nulla post mariti funus remaneret uidua in casu prædicto.

Vxor suspecta de adulterio, uel quòd maritum ueneno interfecerit,non ob id potest priuari dote sua,de facto:nec per uim, sed requiritur causæ cognitio & si spoliaretur,ante omnia debet restitui.Casus est in l.si maritus. la prima. ubi Bald.eleganter in specie ad hoc nota. C. de dona. inter uir. & uxo. & sequuntur alii relati per D.Fel.ubi plura similia cumulauit in c.Rodulphus. col.29.ad fi.primæ fallen de rescrip.& est moria dignũ, quia ex facto nunc incidit, nam quidam maritus cum uxorem de adulterio suspectam haberet, eam propria auctoritate de domo eiecit. quod non licet per supradicta.& quia separatio thori cõiugum, iudicio ecclesiæ sit fienda : & semper requiritur iudicium ecclesiæ ad hoc,ut maritus posSit uxorem relinquere, uel econtrà, ut expressè tenuit gloss. in c.ex parte.in uerbo,manifesta.de Sponsal.ubi Doct.& glo in c.1.in glo.magna.32. q. 1. quæ plus etiam tenuit, quod etiam si notoriũ sit eius crimen,non propterea debet expelli,nisi publice mora

retur

retur cum adultero, uel nisi coniuncta sit per sententiā, uel in iudicio sit confessa crimen. Tamen contrarium in hoc ult. q. uxor notoriè adultera, possit expelli propria auctoritate, tenet gl. ordi. in c. ult. in gl. magna. circa medium. extrà de adulteriis. & in effectu Abb. in c. significasti. de diuortiis. dum cōcludit, maritum non esse audiē dum contrà restitutionē coniugis expulsæ, uel relictæ, nisi excipiat de adulterio notorio. Prædicta tamen gl. declarat se ipsa dupliciter. Primò, nisi maritus ēt ipse adulterium communiter, quia patria delicta mutua cōpensatione tolluntur. arg. eorum quæ habentur 32. q. 6. per totam. Secundo, nisi post suspicionem criminis cum ea rem habuisset, quia sibi præiudicat, ut eam postea accusare non possit. ut per gl. in d. cap. ult. cum suis concord. de quib. in l. cum mulier. ff. solu. matrimo. & consuluit Paul. de Castr. consilio 128. hæc mulier. quód nota, quia ex facto incidit. & sequitur August. in addi. Angel. in tract. malef. in uerb. che hai adulterato mia donna. uers. quid si maritus scit uxorē adulteram, &c. Qua autem pœna puniatur maritus expellens uxorem de domo sine causa, habemus signandam decisionem Bald. in c. ultim. ad finem de inuest. de re alt. facta, ubi dicit maritum debere condemnari in quarta parte bonorum suorum, dummodo hæc quarta non excedat centum libras auri & hunc casum putat bene notandum, & memoria dignum. cū his quæ eleganter in propriis terminis consulens reassumit D. Alex. consi. 78. uiso & diligēter ponderato. in 1. col. in 5. lib. ubi ponit, an tali casu maritus teneatur dotem restituere, uel fructus dotis.

Uxor atrociter uerberata à uiro, nō debet agere actione iniuriarum, sed solùm actione in factum, ut fama mariti illæsa remaneat. ita singulari. Ioan. Andr. in addi. Spec. in rubr. de iniuriis. de quo scripsi suprà in uerb. Actio iniuriarum. & ultra ea in pulchro casu consuluit Bal. consi. 277. in causa Guilelmi. in ult. lib. ubi mulier agebat actione iniuriarum contra maritum: qui eam accusauerat, tanquā ab ea medicaméta quædā bibéda sumpsisset,

pſiſſet, ex quibus effectus erat frigidus, & maleficiatus.

Sed quia iam ad umbillicum (ut aiunt) uideo me peruenisse, si fortè Lector officiosè scolastica hæc tibi fastidio fuere, hoc arguto elegatique epitaphio leuiabor quod Romæ ex antiquo saxo transcriptum fuit:

Heus uiator miraculum,
Hic uir & uxor non litigant.
Qui simus, non dico.
At ipsa dicam: hic Bebrius.
Hebrius me hebriam nuncupat:
Non dico amplius.
Hei uxor etiam mortua litigas?

Huius epitaphii meminit Pontanus de obedientia libro 3. apud quem plura de matrimonii legibus. & idcirco in prouerbiis Salomonis cap. 21. scribitur. Melius est habitare in terra deserta, quàm cum muliere rixosa & iracunda.

X



ENODOCHIVM, siue mauis xenodocium, sine h, dictio Græca est, de qua meminit Imperator in l. omnia priuilegia, & in l. omnes. §. priuilegiis. C. de episc. & cleri. & in l. illud. §. si quis uero. C. de sacr. sanct. eccle. & significat locum, in quo peregrini pauperes recipiuntur. ut etiam sensit glossator ibi. Alio nomine Xenon appellatur. de quo in l. si quis ad declinandum. §. ubi autem. & §. si autem ampliores. C. de episc. & cle. & in l. penult. in prin. C. de sacr. sanc. eccl. & in auth. de alie. & emphy. §. emphyteosis uerò. *Xenon.*

De xenodochio meminit etiam Spec. in titu. de instr. edit. §. nunc uero aliqua. uersicul. 62. & mentio habetur apud Can. in c. de xenodochiis. extrà de relig. domibus, & in c. non est putanda in quæst. 1. & in clauf. per literas. de præbendis.

Xystici, & Thymelici. de quibus meminit Vlp. in l. athletas. in prin. in ti. de his, qui notãtur infam. qui sint. *Vlp. locus.*

pluries


pluries incidit dubitari. Ideo ſciendum eſt, Xyſticos pugiles dictos, uel ex eo quod in xyſtis & longis porticibus exercebantur: uel quod haſtis decernerent, à Græco uerbo ξυτος, quod haſtam ſignificat, quare Xyſticos, ludiones, quod haſtis depugnarent, uelut gladitores, & xyſtarcas, qui gymnaſio præeſlent, nuncuparunt. Tymelici autem, eiuſdem generis pugiones. ſeu hiſtriones fuerunt habiti: quia Græci hiſtrionicam θυμελικὴν nuncupant. & ideo apud Vlpianum hiſtici & thymelici inter eos athletas connumerantur, qui in theatrum prodibant, ad edendas in ſcena operas. & quia uirtutis gratia hoc faciebant, inter ignominioſos non ſunt habiti. de quibus plura ſcripſit Alexander Genialium lib. 3. c. 9. ubi etiam de pancratiaſtis, & aliis luctatoribus tradit, & de pancratio etiam Vlpia. in l. qua actione. §. ſi quis. ff. ad legem Aquil.

Z

Vlp. locus.  YTHVS uini appellatione non continetur, ſecundum Vlp. in l. ſi quis uinum. ff. de uin. trit. oleoque leg. & ex fructus præparatur apud Aegyptios, ut ait Colum. uel ex

Cerea. ordeo, ſecundum Suidam. in Hiſpania uerò Cerea appellatur. de qua, ſecundum aliquos, ſenſit etiam Vlp. in ea. l. ſi quis uinum. quibus non aſſentio, propter ea quæ ſcripſi ſuprà in uerbo, Camum adhærendo lectioni antiquæ, quæ uera eſt. Strabo lib. 3. de Luſitanis loquens: Montani (inquit) homines duabus anni partibus querna ueſcuntur glande, quam cum ſiccauerint, frangunt, molunt, panes conficiunt, & ad tempus reponunt. Hordeaceo utuntur uino. nam è uite inopia ſumma laborãt.

FINIS.


BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

INDEX

INDEX EORVM, QVAE in his memoralibus obiter per Cottam tractantur.

A

Aleissa

Feudum

arboretum

Feudum

Hæres

Impe-

rum

adi

Pap-

prin-

Reme-

Sportula.

possint

Ven-

Indicis ſecundum literas alphabeti.
FINIS.

VENETIIS, Ex Officina Ioannis Baptiſtæ Somaſchi, ſumptibus Iacobi Antonii, & Iulii Somaſchi,Fratres. 1572.

